


Acquisiti in Moravia An. 1726
8 Feb. Pauli

HOC ONUS HOC OPUS PHILOLOGI

Theologia

Iuris Prudentia

Medicina.

Philosophia Practica.

Philosophia Theoretica.

Studium Antiquitatis.

Logica

Rhetorica

Grammat.

Ioanâ WOWER de POLYMATHIA Tractatio.

Editio novissima.

1665.

LIPSIÆ,
APUD LAURENT. SIGISMUND. CÖRNERUM. MDCLXV.

60

a

129

JOAN. A WOWER
DE
POLYMATHIA
TRACTATIO:

INTEGRI OPERIS DE STUDIIS VETERUM

ἈΠΟΣΠΑΣΜΆΤΙΟΝ.


EDITIO NOVA,

CUM PRAEFATIONE

M. JACOBI THOMASII.

Accesserunt præterea

Autoris Vita & Elogia: In Polymathiam item Tabellæ Synopticæ, cum Indice rerum ac verborum.



LIPSIÆ,

Sumptibus LAURENTII SIGISMUNDI CÖRNERI Bibliop.

Literis CHRISTIANI MICHAELIS.

ANNO M. DC. LXV.

Lectori Benevolo
M. JAC. THOMASIUS.



Væ hic iterum prodit Joannis VVouverii Polymathia, Lector Benevole, anno seculi hujus quarto primùm emissa fuit Hamburgi è Bibliopolio Froi entano. Ut manum operi admoveret Illustris Autor, obtrectatio fecit malevolorum, qui eruditionis prodigiosæ Juveni variarum rerum studia, *h. e.* πολυμάθειαν *exprobabant, nomenq;* Grammatici *objectabãt pro convicio* a). *Ipse ergò, cùm censeret, crimen illud sapienti exoptandum esse* b), *se verò non tàm suam, quàm optimarum artium defensionem sustinere intelligeret* c): *operæ pretium existimavit, ostendere, quantum in illâ præter opinionem obtrectantium honestissimâ incusatione situm esset gloriæ. Ita natus illi hic liber est: cujus*

a 2 ideò

a) *Vid. cap.* 1. *p.* 15. b) *ib. p.* 14. c) *ib. p.* 15.

ideo toto primo capite non tàm reprimit voces lividorum, quibus laudari se potiùs arbitraretur, quàm exspectationem eorum generoso frustratur contemptu. In eodem capite & hæc legimus d), *quæ primam invidiæ occasionem pandunt:* Nuper, *inquit*, exactis pueritiæ annis ductus amabili insaniâ passus sum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qui mihi quasi tentanti vadum futuri favoris præmissus infelicibus auspiciis prælusit. *De Petronio eum suo, quem Anno 1595. editum constat, loqui non agnoscit Lundorpius* e) *modò, sed clarè hæc ipsius ad Gruterum verba profitentur* f): Editio Petronii non mediocrem mihi invidiam apud plerosq; tristiores concitavit, quam aliquo modo amoliri conatus sum in cap. I. Polymathiæ nostræ. *Verùm edi hæc ipsa Polymathia vix potuit, ubi novam scenam instruxit Livor, in quâ velut incubatorem ovi alieni traduceret scriptorem doctissimi operis. Fuerunt, qui Casauboni, quem scirent ejusdem argumenti Volumen meditari, cum ipsoq; aliquandiu fuisse VVouverium, totam esse tractationem illam criminarentur.*

Qu

d) *p.* 10. e) *Homologum. de Petron. p.* 23. f) *In Epist. a.* 1603 *scriptâ, quæ est Epistolarum ejus Centuriæ II, 35. p.* 277.

Quæ fama sic accepta, quasi Casauboni ipsius confessione stabiliretur, adeò pupugit optimè sibi conscium, ut Anno 1605. qui ab editâ Polymathiâ proximus fuit, ad Baudium hæc scriberet g), Mirificè me adfecit, quod de Polymathiâ nostrâ scribis. Nunquam putaram, esse aliquid in isto opere, quod alii suum vellent. Crede mihi, mi Baudi, fama nostra non pendet ex isto libello, cujus residua pars, (*integrum puta opus de Studiis veterum, quod etiam titulus Polymathiæ promittit,*) facilè probabit Auctorem. Non moveor, quicquid maligni de me confingant. Patrocinatur mihi innocentia mea, & noctes inexhausti laboris consciæ. Et sanè, nunquam credideroillum, quem in Occitaniâ noveram, idem asserere, nisi forte de iis, quæ de Criticâ docui. Haud nego, in illis non pauca, quæ de illo didici. De reliquis ne per somnium quidem cogitavit: nec eas Veneres propitias habet, quibus dictantibus istiusmodi opus conficeret. Multa certè in illo Cōmētario, quæ non sunt sui studii; multa

g) *Cent. I. Epist. Worr. 63. p. 127. & Cent. i. Epist. Baud. 86. p. 201.*

quæ ipse ignorabat. Quòd si ille hujus mẽdacii Author maximè omniũ mortaliũ mendacissimum & nequissimum intrepidè pronunciabo. Sed frustrà in iis laboro, quæ innocentissimum hunc animum minimè exulcerant, & sanè non deerit, quo mihi mea asserere possem. *Sunt in his, fateor, in Casaubonum quædam paulò superciliosiùs dicta: sed ea condonanda veniunt sive justo dolori, quem nequicquam ipse dissimulat, sive cæteris Viri virtutibus quas & alibi Baudius* h) *in compensationem admittit humanæ hujus & maximis præcipuè animabus familiaris culpæ. Cæterum qui rumoris ejus, per ista quidem tempora, eventus fuerit, hæc Baudiana responsio declarat* i) Refrixit jam sermo levissimorum hominum, qui Polymathiam tuam plagii su*spicion*

h) *Cent.* 1. *Epist.* 55. *Ann.* 1603. *ad Christoph. Puteanum p.* 130. *de Wovverio*: Ex pluribus indiciis apparet eum non tàm nocendi animo, quàm sui extollendi vanitate solitum detrahere famæ & meritis laudibus amicorum. Demto certè hoc vitio multa habet ingenii naturæq; dona, quibus suprà vulgus sapit, & Illustrium Virorum amicitiam meretur. *Obiter addo, quæ sequuntur ibidem de abjuratione religionis, e dilui ab ipso Wovverio Epistolâ ejusd. Centuriæ* 59 *p.* 143. *quæ inter Wovverianas est Centuriæ I.* 40 *p.* 79.

i) *Cent. I. Ep.* 87. *p.* 209. *Inter Wovverianas quære p.* 44

ſpicione infamabant. Caſaubonus Vir melior & candidior eſt, quàm ut hujus culpæ inſimulandus eſſe videatur. Miſit ad me recens opus de Satyricâ Poëſi Græcorum &c. cum benignisſimis literis, in quibus modum non tenuit circà laudes noſtras. *Huic ipſi Epiſtolæ* k) *ſubjecta ſunt excerpta literarum Caſauboni ad Scriverium, quæ hîc etiam legi cauſæ eximiè intereſt*: Quòd me adeo obnixè rogas, ut de Criticâ, quæ polliciti ſumus, publicemus, agnoſco etiam in eo affectus tui vehementiam: neq; enim ejusmodi noſtra ſunt, quorum causâ vos docti vadimonia deſeratis, Illa enim lucubratio peculiarem habet difficultatem, cùm & ſpinoſa ſit tota, & quædam in eâ contineantur liberiùs adversùs eos diſputata, qui ſcelere immani de ſacrâ paginâ audent detrahere. Addo, quòd otium deſiderat adhuc is noſter fœtus, ſi volumus ὑπηνέμιον eum non eſſe. Lætatus ſum nuper, cum viderem, Johannem Wovverium, juvenem eruditisſimum, ex parte idem argumentum ſuſcepiſſe

k) pag. 210.

tractandum: magis verò lætatus essem, si quæ paramus, omnia essent ab illo occupata, ut legitimam occasionem haberemus supersedendi ab eo labore. Quod quia ab eo factum non est, dabimus θεȣ̃ διδόντος operam, ut tuto desiderio quamprimùm satisfaciamus. *Non potuit innocentia VVovverii testem habere luculentiorem Casaubono. Qui, ut videmus, libello inspecto, laudat juvenem, eruditionem operi nec adimit, nec ut alienam aut malis artibus quæsitam exprobrat. Nunquam sic erat scripturus, si calamum eius ἐπαυτοφώρῳ deprehendisset in scriniis suis. Quid ergò est, quòd insimulatio ista ex obscuris, & jam, ut ita loquar, ad internecionem concisis rumusculis, non dubitavit erumpere posteà in lucem apertam, & existimationem VVovverianam denuò adoriri? Ecce enim Philippi Jacobi Maussaci verba in judicio de Plutarcho & Scriptis ejus* l): Consilium non est hoc loco de studiis antiquorum tractare, nec cereum allucere, aut methodum componere, quà facilis ingressus pateat ad limina disciplina-

l) *p.* 149. ed. *Tolos. Ann.* 1618. *cum libello Plutarchi de fluv. nominibus.*

plinarum & ſcientiarum omnium. Opus enim eſſet peculiari tractatione, quam forte cum DIs faventibus volentibusq́;, ſi res noſtræ nobis otium fecerint, & DEUS vitam dederit, aliquando inſtituturi ſumus, quando Vir ille inter eruditos præcipuus, qui eam nobis pollicitus erat, morte præventus perficere non potuit. De Iſaaco Caſaubono loquor: in cujus meſſem falcem injecit Joannes Wovver, vir certè ingenii non vulgaris, ſed qui opus imperfectum reliquit, quamvis omne quod edidit, à Caſaubono habuerit, dum una cum eo agit Monſpelii. *Magnum, fateor, nomen eſt Mauſſaci, ſed in literis bonis, ubi judicem quoq;, ut exquiſitiſſimæ doctrinæ Virum, libenter feremus. Verùm in præſenti negotio, in quo ipſe ſibi ſumpſit Accuſatoris partes, liceat nobis innocentiæ defenſionem ſuſcipere, melioremq́; ſententiam, abs Tuâ, Lector, æquitate ſperare. Ad quam prodeſſe vel hoc ſolum VVovverio debet, quòd à ſe negatum crimen nullo teſte probat Actor. Viciſſim Reo non teſtis modò, ſed propè Advocatus adeſt Caſaubonus, quo nec magis compertam rem*

 habere

habere, nec minus causæ, cur dissimularet, quisquam potuit. Sed cum hoc tamen fuit VVouverius Monspelii. Fuit opinor aliquando & Maussacus. Num ergò de Lexicis illam Dissertationem Criticam suffuratus est Casaubono Maussacus? Mihi tamen, inquiet, plagii suspectus est VVouverius. Et nobis invidiæ Maussacus. Videamus ab utrâ parte suspicandi se rationes proferant graviores. In ingenium, quale VVouverio fuit, ipsius Maussaci prædicatione non vulgare, cadere solent mores quidam, ut sumus homines, haud optimi: non nego, & tetigi suprà, & erunt in hâc ipsâ Polymathiâ, quæ spiritus juveniles nondum illi planè deferbuisse arguant. Tàm illiberale verò facinus, ut alienis plumis ornare se vellet, qui propriis superbire posset; tàm supina insania, ut vivo Casaubono & spiranti, non adjiciam, amico suam penum interverteret, qui nihil nimis polliceri sibi, quàm patientiam ejus posset: cujus est quæso, nisi hominis vel de se desperantis, vel de industriâ præsentaneam sibi infamiam conquirentis? Quorum ab utroq; si quis unquam afuit, is VVouverius profectò fuit. Citius est, ut æmulatione VVoverii percussum Maussacum, (solet enim hoc vitii ut fabris inter se, sic eru-

ruditis intercedere,) sinistros rumores illos vel sevisse credamus primum, vel satos ab aliis cupidius admisisse, & chartis ad extremum licentius illevisse, quàm gravem virum decebat. Auget suspicionem, quod vivis VVovverio & Casaubono publicè tacuit Maussacius: iis mortuis demùm virus illud evomuit. Obiit suum diem VVovverius Anno 1612. Casaubonus biennio post. Anno demum 1618. judicium Maussaci de Plutarcho m), *& in eo inclemens inculpatio VVovverii Tolosæ prodiit. Occasio fortasse non tulerat prius. Imò verò tulisset in dissertatione Criticâ de Harpocratione & Lexicis, ubi hæc legimus* n): Magna certè & non inutilis movetur quæstio inter eruditos, quomodo in antiquorum scriptis versandum sit, quomodo scribendum: sed hanc non est hujus loci nec temporis agitare; requirit enim illa peculiarem dissertationem, quam sæpiùs in scriptis suis nobis polliceri legi litteratorum, qui ad hoc ævi floruerunt, in hoc genere litterarum principem virum Isaacum Casaubonum, cùm penes se habere de Critica & Critico legitimè in-

forman-

m) *Præmissum posteà & Tomo I. Operum Plutarchi græco lat. Francof. Ann. 1620.* n) *p. 315.*

formando librum profitetur. Utinam τȣτȣ κειμηλίȣ nos jam diu fecisset participes! non ita grassaretur, nec diffusa esset magistellulorum quorundam supinitas, imò nec pari audaciâ veterum monumenta tractarent indocti, nec sibi de ingenio & scientiâ, quam nunquam legitimè degustarunt, præsumerent, non nascerentur quotidiè tot abortivi chartarum conscribellatores, qui quolibet in genere scientiarum, in jure, in humanioribus litteris, in Criticâ, quæ nunquam forte legerunt, trihorio, primo statim oculorum conjectu, ventilant non solùm ea se assequutos, sed impudenter profitentur se primos eorum Autores, licet ab aliis docti fuerint. *Putes hæc scribenti VVouverium fuisse in mente. Non valdè pugnem. Sed cur non & nomen expresſit? Cur illi pepercit posteà, cùm in ipsum aliàs incurreret* o): De Authore Polymath. hîc loquor, quem scio Grammaticam in tres partes divisisse p), ad instar Sexti Empirici, mutato tamen membri unius ad libitum nomine. *Nimirum edebat hæc anno 1614.*

o) p. 354. p) *Respicit ad locum* Wovverii *cap.* 8. *pag.* 65. 66.

1614. aut ante mortem Casauboni (postremum enim hunc ipsi annum fuisse diximus,) aut ante famam certè mortis, quod satis innuunt verba de Casaubono Maussaci. Metuebat ergò, ne vanitatis ipsum Casaubonus convinceret, quem suprà patrocinantem VVouverio audivimus. Differendum fuit crimen, donec extinctus esset liquidissimus bonæ causæ vindex. Qui cùm secum simul umbris involveret promissum toties q) *de Criticâ opus, ad quod provocare de cætero innocentia potuisset, nihil obstabat amplius calumniæ palam exiturien Verùm si credi sibi voluit Maussacus, VVouv rium, quicquid in Polymathiâ edidit, à Casbono habuisse; cur in illâ Grammaticæ pa tione non vapulat ipsi potiùs Casaubonus? n*

a

q) *Vid. suprà lit. K. l. n. & adde: Casaub. Epist. 211. A. 1600. p. 233.* Commentarium de Criticâ pridem affectum habemus: sed labore isto (*notarum in hist. Aug.*) prius defungamur necesse est, quàm aliud quid suscipimus. De illo igitur aliàs tecum plura: neque enim leviter præclaram illam hypothesin sumus tractaturi, si dabitur nobis ἐρανόθεν perficere, quod instituimus. *And. Schotto lib. IV. Tull. Qu. c. 3. p. 281.* Quoniam legitimam hanc Criticam temerè quidam, ut ineptam rident, atq; adeò damnant, de ejus ortu & partibus, brevi tamen & circumscriptè, nunc disseram: uberiùs fortasse alii: promisit enim nuper, & potest, Casaubonus.

ab hoc etiam scimus eum dissentire ausum r). *Cur in judicio de Plutarcho tractationem de Polymathiâ VVovverio, quam paulò post erepturus erat, apertè tribuit* s)? *Utique multa sunt nobis, nec futilia indicia, quæ Maussaci fidem subleſtam faciant, nec obscurè fontem ipsum criminationis aperiant invidiam. Parturiebat ipse libros* de Studiis antiquorum t). *Prævenisse VVovverium licet ingentis operis primitiæ tantùm illa esset Polymathia, æquis oculis pati non potuit. An hoc etiam* [...]*amus nocuisse VVovverio, quod Germanus* [...]? *Solent enim Galli quidam (absit omnes* [...] *feriat querela) de nostris haud aliter sen*[...] *quàm de pumilionibus Gigantes. Qui*[...] *fuit affectus, qui doctissimo Viro, no*[...]*sque ob alias dotes admirando, indignam sibi obtrectationem elicuit, satis ut opinor, dictum est pro VVovverio. Cujus Polymathiam tanto chariorem Tibi, Lector, futuram confidimus, quòd intelligis Maussaco dignam visam, cujus ne Casaubonum quidem puderet. Neque habe-*

r) *p. 36. notar. in Harpocrat. satis modestè, & tacito Casauboni nomine, quod tamen in Indice lit. I. reperies.*

s) *p.* 147. Vir ille doctus, *inquit*, qui aliud agendo locum hunc Caji explicare tentavit in Tractatione SUA de Polymathia cap. 24. (*quære ibi sub finem*) existimavit &c. *ubi contrà Wower. disputat.* t) *Vid. supr. lit. l.*

habemus omninò, quod quidem sciam, hoc de argumento scriptum locupletius, bonâq; frugê refertius, posteaquam nec nostro, quem quidem valdè brevis ævi spacium facilè excusat; nec Casaubano, nec Maussaco licuit exspectationem justi de veterum studiis, omniq; re criticâ operis explere. Itaq; opidò maturè desiderari cœpit in Officinis u) *jamq; diu pretiosissimi thesauri venditorem quærunt Eruditi nec inveniunt. Eum verò nunc habes* Laurentium Sigismundum Cornerum, *Bibliopolam nostrum. Qui cùm operi, quod suis impensis recudendum suscepisset, accessiunculam à nobis optare videretur, facilè persvasit, ut hanc ipsi præfationem gratificaremur. Tantò magis, quia Vir Summus, & qui solus hac ætate relicto per illos, quos ipse* x) *nominat seculi nostri Varrones, labori succedere valeat, THOMAS REINESIUS, ubi de consilio nostro*

b cogno-

u) *Baud. Cent. III. Epist. 31. Anno* 1608. *ad* W*ower. p.* 563. (*in* W*owerianis p.* 481.) Polymathiæ tuæ librum hic habes. Apud Raphelengium exstant aliquot Exemplaria repetitæ editionis, à quo hunc emi. Nusquam, ut opinor, alibi in hac urbe (*Lugd. Batav.*) invenitur. Excussi enim plerasq; Typographorum & Bibliopolarum officinas, ut eum inventum tibi curarem. Scriverii exemplum adjunctum est alteri opusculo, & scatet annotationibus ad marginem.

x) *III. Var. Lect.* 1. *Vide postea in Elogiis* W*owerianis.*

cognovit, non id approbavit modò, sed operam quoque obtulit liberaliter, deque VVouverio nos in sententiâ confirmavit. Cæterùm, ne quid subticeam, capitum ad Summariorum ductum in puncta sectiones M. Joachimo Fellero, *Lector, debes, in his literis egregiè versato Juveni, cui has partes delegavimus, tàm gratas, uti spero, futuras tibi, quam molestum fuit nobis, quoties in capite præsertim longiori, si quid è Summario primùm petebamus, non illicò se daret sub oculum. Eidem & Indicem Rerum ac Verborum imputandum habes. Poteramus fortasse notas etiam aut à nobis adjicere aliquas, aut ab Amicis, â* REINESIO *cumprimis, impetrare plures, nisi hâc parte intactum relinquere VVouverium fuisset visum satius, ad operis certè, quod in has nundinas autumnales extrudebatur, festinationem oportunius. Vale. Lipsiæ Mense Septembri Anni 1665.*



VITA

VITA
JOANNIS WOWERII

Per

GEVERHARTUM ELMENHORSTIUM,

(ex Editione Syntagmatis VVouveriani de Græcâ & Latinâ Bibliorum interpretatione.)

JOANNES WOUVERIUS natus est Hamburgi Honestiss. Parentibus VI. Eid9 Mart. Ao. Christi ∞ D.LXXIV. Puer prima literarum stipendia in schola patria fecit, quam tunc magna cum laude Vir Eruditissimus WARNERUS ROLEVINCIUS moderabatur. Annum agens XIIX. à patre Leydam ablegatur, ubi quinq; solidos annos permansit, sectatus amœna literarum & antiquitatis studia. Coluit ibi conjunctionem gratiæ cum Clariss. Viris JANO GRUTERO JC. DOUSIS,

VULCANIO, MERULA, HEINSIO, MEURSIO, SCRIVERIO, BLIENBURGIO, & quem primo loco nominare debui, magno SCALIGERO, cui etiam impurissimum Scriptorem purissimæ latinitatis dedicavit. Inde in Galliam profectus familiariter innotuit Viris Summis, *Claudio Puteano*, *Francisco*, *Pythæo*, *Jacobo Bongarsio*, *Petro Danieli*, *Isaaco Casaubono*, *Dominico Baudio*, *Theodoro Marcilio*, *& admodum Reverendo Viro Gvittardo Ratæo Episcopo Mompeliensi*, cui Sidonium Apollinarem inscripsit. Posteà iter in Italiam capessit, illicq; biennium exegit, propter excellentes ingenii dotes Principibus, Cardinalibus & Rotæ auditoribus admodum carus & æstimatus, quorum opera etiam sæpenumero ad ipsum Pontificem Romanum aditus ei patuit, qui benignè hominem amplexus est, honestoq; stipendio alere voluit: cujus preces prætextu adversæ valetudinis blanda aversatione sapienter repulit. Ex longa peregrinatione domum redux, ea studia, quæ juvenis tractaverat, studiosè recoluit,

luit, publicavitq; *Minucium Felicem*, *Firmicum*, *Panegyricum ad Regem Daniæ*, *Apulejum*, *Notas Epidicticas in Tertullianum*, *librum de Umbra*, *& Polymathiam* opus operoſisſimum, & quo ad eruderandum animum ab inſcitiæ vepretis à multis retrò annis nullum prodiit utilius. Non longo pòſt intervallo â Generoſo Comite Friſiæ Ennone ad munus conſiliarii honeſtè evocatur; cujus nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comitis legationem ſuſcepit. Deinde propter crebras eruptiones Embdenſium cum junioribus Comitibus in Holſatiam ad Illuſtrisſimum Principem JOHANNEM ADOLPHUM mittitur, quem unico congreſſu, ſvadela ſua & doctisſimis moribus ita totum cepit, ut antequam ab illo diſcederet, ſe valedicturum Comiti Embdano & ipſi operam daturum ſub juramento compulſus fuerit promittere. Ornatur igitur â prædicto Principe titulo Conſiliarii, nihilque magni momenti geritur, cui non ſagax ille & prudens temporum obſervator adhiberetur.

Meruit etiam hac ſua diligentia præfecturam arcis Gottorpianæ (ſplendidæ inprimis dignitatis iſta eſt adminiſtratio, nec niſi nobilisſimis Holſatiæ datur) quam cum laudabiliter per tres annos adminiſtraſſet, incidit in morbum lentum ac gravem, qui eum quotidie erogavit & ſenſim contabefecit. Sentiens igitur ſibi adeſſe fatalem & ſuam horam, accesſiri jusſit ſacerdotem, factaq; ritè exomologeſi & Sacro viatico ſuſcepto, placidè & leniter expiravit Anno Chriſti ∞ DC. XII. III. Kal. Aprilis ætatis ſuæ XXXIIX non ſine Illuſtrisſimi Principis ſui deſiderio, cujus juſſu Slesvvigæ in templo majori honorificentisſimè tumulatus eſt. Ipſius monumento ipſe voluit ut hæc ſaltem verba inſcriberentur.

HIC. SITA. SUNT. OSSA.
JOANNIS WOWERI.

Scripta ab illo edita.

ARbiter *Petronius cum Notis.*

Sidonius

Sidonius Apollinaris.
De cognitione veterum novi orbis.
Minucius Felix.
Firmicus.
Apulejus.
Panegyricus ad Regem Daniæ.
Polymathia.
Notæ Epidicticæ in Tertullianum.
Liber de Umbra.
Syntagma de Bibliorum Interpretatione.
Epistolæ ad diversos.

Desiderantur.

Encomium Asini.
De amore Socratico.
Notæ in Ciceronem.
Elementa Politica.
Commentaria in Tertullianum.

De officio boni Civis.
De officio boni Senatoris.
De officio veri JCti.
De Immortalitate animæ.
De Studiis veterum, opus eruditissimum.
De Crimine Majestatis.
De Magistratibus Romanis.
De publicis Judiciis & Pœnis.
De Tyrannide.
De vera Philosophia.
Della Ragion di Stato.

ELOGIA WOWERIANA.

TH. REINESIUS *Lib. III. Var. Lect. c. 1. p. 305.*

DE Glossariorum apud vetustissimos tàm Græcos, quàm Latinos, quibus barbarorum, peregrinorum, inusitatorum, obscurorum & difficilium vocabulorum

bulorum cujuscunq; generis ἐξηγήσεις continentur, argumento, compoſitione, formâ, omniq́; adeò ratione, & eorum Autoribus tradere occuparunt

Varrones noſtri Seculi

CASAUBONUS anim. ad Athen. l. 3. c. 7. l. 9. c. 7.

VVOVVERIUS de Polymath c. 9. &

PH. JAC. MAUSSACUS Diſſert. Crit. notis in Harpocrationem præmiſſâ noviſſimè,

quorum laboribus in hoc genere abſolutiſſimis uti frui juventutem, ſi quæ ſolidam eruditionem amat, jubemus.

JOSEPHUS SCALIGER,

lib. V. de Emend. Temp. f. 453.

JOANNES à WOVVEREN juvenis mihi propter mores & eruditionem chariſſimus.

ISAACUS CASAUBONUS,

Epiſt. 722. ad Joannem à VVitten, Conſiliar. Princip. Megapolit. p. 950.

Doluit nobis cùm nuper intelleximus, Johannem à Wovveren tuum veterem ſodalem fato functum eſſe. Literæ in eo Viro non mediocrem jacturam fecerunt. Audieram illum occupari in editione parandâ Ciceronis operũ ex emendatione Jani Gvilelmii, qui ante multos annos Avarici Biturigum in Galliâ obiit. Hæc quoq. erit magna Reip. literariæ jactura, ſi propter obitum Domini à Wovveren intermittatur ſuſcepta editio.

DANIEL HEINSIUS,
in Epiſt. ad Elmenhorſt.

Si quis virtutes Wovverianas, acre ac divinum ingenium, judicium incomparabile, magnum animum, neq; tantùm capacem literarum, ſed qui cum illis quoque qui hoc unum egiſſent, in Principum aulis & gravisſimis Reip. negotiis paria faceret, admiratus unquam fuit, ego is fui ſemper.

NICOLAUS KELLINCHUSEN,
Comitis Friſiæ Conſiliarius, in Epiſt.
ad Elmenhorſt.

Vehementer laudo V. C. quòd Wouvverium poſteris narrare, ejusq; imaginem

nem non corporis, ſed quæ pulchrior eſt, mentis depingere, totiq; orbi ſpectandam proponere conſtitueris. Egregia ſanè illa & digna, ad cujus exemplum, tanquam ad ſpeculum, ſuos quisq; mores componat.

PAULUS MERULA
Comment. ad Annal. EnnI pag. 632.

Eruditus Juvenis Janus Wovverius, ab Apolline Muſisq; tenerrimè eductus electusq;, mihi verò ob ſecretiora, quæ tractat diligenter, ſtudia amiciſſimus,

GASPER SCHOPPIUS,
Comment. de Criticis & Philol.

De Johanne à Wouvveren Hamburgenſi quantum mihi pollicear, non temerè prædicanti mihi quisquam accredat. Omnium ferè conatus, aliquid in his Criticis audentium, una Petronii editio ab illo prodita abſterrere poſſit. DEUS modò juvenem hunc diutisſimè ſuperſtitare velit!

AND.

AND. SCHOTTUS, Schol. ad Zenob. *Cent. V. Prov. 25. p. 122.*

Literis hiſce interioribus excellens Joann. â Wouvvere de Polymathiâ cap. IX.


JOANN. JONSIUS, *Lib. I. de Script. Hiſt. Philoſ. c. 10. p. 49.*

Wovverius, quem Vosſius ſuppreſſo illius nomine quandoq; ſequitur, Polymathiæ cap. 9.

IDEM, *Lib. II. c. 17. p. 205.*

Eruditisſimus Vir Johannes Wovverus, non Belga, ut opinatur A. Schottus ad Procli Chreſtomathiam p. 15. *(quanquam ejus nominis Belgam fuiſſe, ſed alium, docet Bibliotheca Belgica Valerii Andreæ) ſed Hamburgenſis lib. de Polymathiâ c. 4.

* Item ad Zenob. Cent. III. Prov. 64. p. 68.



In

In Wovverii Polymathiam Tabulæ Quatuor Synopticæ.

A.

POLYMATHIÆ

Introductio ad Tractationem habetur *Cap.I.p.1.*
Tractatio ipsa continet
- Definitionem, *Cap. II. p. 17.*
- Divisioné in membra duo, *Cap.III p.26.* nempe
  - ARTES LIBERALES. Quarum
    - Divisio à *Cap.IV. ad XXII.* extenditur. Vide Tab. B. C. D.
    - Connexio ostenditur *Cap. XXIII. p. 261.*
      - * Unde nomen illis τῆς ἐγκυκλοπαιδείας, *cap. XXIV. p. 275.*
    - Finis & Princeps, PHILOSOPHIA, *Cap. XXV p. 282.*
      - * Ad quam per gradus adscendēdum, *cap.* XXVI. *p. 303.*
    - Defensio suscipitur adversus Stoicos & Epicureos, qui Liberalia Studia rejiciebant, *cap.* XXVII. *p. 323.*
  - SCIENTIAM, quæ ipsâ rerum inquisitione paratur, *cap.* XXVIII. *p. 332.*
- Defensionem adversus Heraclitum, aliosq; ejus contemtores, *cap.* XXIX. *p. 336.*
- Corruptæ nostro seculo causas, *cap.* XXX. *pag. 357.*
  - * Est autem inter causas corruptrices Avaritia, *cap.* XXXI. *p. 375.*

B

ARTIUM LIBERALIUM

Diviſio uſitata repetitur à Scholis. Ubi hæ ſeptem vulgò numerantur *p. 28. Capitis III.*

Tres Logicæ quæ ſunt.

I. GRAMMATICA. Et hæc cõſideratur tũ

- In ſuâ Antecurſoriâ Grammatiſticâ, *cap. IV p. 31.* Cujus munera duo:
  - Unum in formandâ voce ad lectionem & pronunciationem, *cap. V. p. 45.*
  - Alterum in directione manûs ad
    - Scriptionem, *cap. VI p. 47.*
    - Computationem, *cap VII p 56.*
- In ſeipsâ, à *cap. VIII. ad XIX.* Vide Tab. C. D.

II. DIALECTICA, *cap.* XX. *p. 243.*

III. RHETORICA, *cap.* XXI. *p. 246.*

Quat. Mathemat. quæ ſunt.

IV. ARITHMETICA.

V. MUSICA.

VI. GEOMETRIA

VII. ASTRONOMIA.

(IV.–VII.) *Cap.* XXII. *p. 250.*

De Cap. XXIII. & ſeqq. Vid. Tab. præc.

GRAM-

C

GRAMMATICA

In ſeipsâ conſiderata

Dividitur in tres partes: Nempe

1. τεχνικὴν, ſive μεθοδικὴν, *cap. VIII. p. 64.*

2. ἐξηγητικὴν, quæ in Auctorum enarratione interpretatur obſcuritatẽ tùm eã, quæ eſt

In Verbis, *cap. IX. p. 71.*

In Rebus, *cap. X. p. 81.* Et hoc facit Grammatica Hiſtorica. Cujus

Objectum, Hiſtoria triplex *p. 86.* nempe

Mythica ſeu Fabularis. Figmenta verò ſunt vel de Perſonis: Rebus: Locis. *Cap.* XI *p. 102.*

Vera, *cap.* XII. *p. 119.* Quæ vel Univerſalis Particularis *Cap.* XIII. *p. 138.*

Quaſi vera, ſive Comœdia aut Tragœdia, *cap.* XIV. *p. 146.*

Nomen: appellatur enim hæc Grammaticæ pars propriè Φιλολογία, *cap.* XV. *p. 148.*

3. κριτικὴν à *cap.* XVI. *ad* XVIII. Vide Tab. D.

Commendatur à dignitate & utilitate, *cap.* XIX. *p. 205.*

De Cap. XX. *& ſeqq. Vid. Tab. præced.*

Tertia

D

Tertia Pars Grammaticæ est ΚΡΙΤΙΚΗ'.

Hujus duo sunt munera: Nempe

JUDICIUM: quo
- sua cuiq; auctori opera vindicabant:
- vera & genuina à supposititiis discernebant.
- Omnium Scriptorum quasi quendam censum agebant.

Cap. XVI. p. 158.

EMENDATIO: quâ solebant
- Perperam ab Autoribus scripta ἀθετεῖν:
- Νοθεύοντος notâ appositâ damnare:
- Corrupta emendare:
- Ambiguas Lectiones recensere.

Cap. XVII. & XVIII. p. 175. & 188.

De Cap. XIX. *& seqq. Vid. Tab. præced.*



TRA-



TRACTATIONIS
DE
POLYMATHIA
CAPUT I.

1. Dissertatio adversus invidos & calumniatores, & 2. introductio ad tractationem.



Irtutis possessio tam speciosa & amabilis, ut vel ejus hostes, improbi ac inertes, latrocinio ereptam, aut qvovis injusto titulo occupatam sibi vindicare vellent, nisi prudentior rerum natura sublimem & excelsam in arduo collocâsset, quo nullus patet aditus, nisi per præcipitia & prærupta, quæ furtivos illorum accessus facilè prohibent. Cum itaque prædam, quam inhiabant, flagitia & desidia occupare non sinunt, secedunt tristiores; & dum infestant inqvietos irriti voti tormenta, surrepit maximè vehemens & importunum inter ægrotantis animi morbos malum, invidia, quæ arma in nos movet, quoties aliena comparamus, & inviti nostra non sine ingenti fastidio intuemur, alienam virtutem pro- 1.

priorum vitiorum exprobrationem exiſtimantes
Αἱ γὰρ τῶν ἀγαθῶν εὐλογίαι ἔλεγχος σαφὴς τῶν
τ' ἐναντία ἐπιτηδευόντων. Hujus rei inſigne documentum exitûs Thraſeæ poſteris dedit; cujus virtuti nullum crimen objectum, præterquam quod mœſtus publicis bonis, theatra & templa pro ſolitudine haberet, quod ejus ſectatores rigidi & triſtes Neroni laſciviam exprobrarent. Acceſſit crimini cognitio Senatus; Thraſea tanquam ſi proditorem, & hoſtem induiſſet, non ſine bonorum indignatione, & nefandâ corruptisſimi ſeculi infamiâ, ultimam necesſitatem paſſus eſt. Quare qui vitiorum omnium inimici rectum iter vitæ inſiſtere cœperunt, propter morum differentiam odium habent. Nam ſi vel levi flexu deviârint, protinus innocentia, ſanctiq; mores, quibus ad laudis fructum pervenerant, improborum obtrectationi ludibrium debent; quorum petulantiæ & protervitati optimi cujusq; integritas ſcopus erigi ſolet. Invidia enim cuſtodes ad poſuit moleſtos, inquietos, impudenter curioſos; qui ut Dracones, quos Poëtæ in Heſperidum hortis collocant, indefeſsâ acie ad optimorum fores excubias agunt; eorum mores, actus, & tantùm non nutus diligentiâ plus quàm humanâ obſervant; ad ſecretiora quoq; & occultas cogitationes irrepunt, interius animi domicilium immigrant, ut ubique captent levium errorum auras, quibus calumniæ ſuæ vela impleant. Ita recte facta proborum ſine fructu pereunt, & inter præ-

dones ſtrangulantur, cum maligni ærugine obvoluti ad eorum ſplendorem, quem niſi fluentibus & madidis oculis intueri non poſſunt, prorſus cæcutiant: illa verò, quæ vitio gentis humanæ exile contagium delicti præferunt, & conſenſum quendam erroris fatentur, in apricum protrahuntur, rediguntur ad amusſim, & proſtituta in publicæ famæ tribunali iniquo examine condemnantur, tanquam ſi quis canendi artifex inſignis tibias leni ſpiritu animâſſet, flexamino ſono & pluriformi harmoniæ modo adſtantium aures permulcere parans; interim dum lævis & dextris foraminibus tangendis manus diducit, deceptus fortè conſvetudine digitus exiguo ſpacio à menſurâ aberraſſet, & inde emiſſus diſcrepans ſonus concordiam cantus leviter turbaret; hunc imperiti artis & exaudirent, & irati reprehenderent. Ita maligni cum magnorum virorum vitam intuentur, ſive per mentis anguſtias, ſive innatâ nequitiâ ad optima quæque lippi aut ſurdi, exiguos errores, velut frequentisſimis nůdinis, ſub ingenti præconio proſtituunt, & artificiosâ quadam voce evulgant, ut tanquam inſtitores ad ſplendidas merces emtorem alliciant. Nempe ut corvi, & vultures, prædæ imminentes, ad fætutina & oppletos cadaveribus campos, odore ducti, pernicium alarum remigio evehuntur, animata verò & ſana non ſentiunt, nec quærunt: ita illi in errores bonorum ſollicitè inquirunt, virtutes eorum & rectè facta non capiunt.

Et ſanè negare non auſim, ipſam rerum naturam quodammodo connivere, & quãdam caliginem ob animi oculos nobis offudiſſe, ut etiam inviti minus æquo judicio alienas virtutes æſtimemus. Nam ut in formoſorum facie genæ teretes & ſucci plenæ, atque adeò ipſe candor, qui vel Parium marmor exſtingveret, ſangvini mixtus, non tam retinet vagos & fugientes oculos, quam nævus exili deformitatis nube circumfuſus: ita optimorum virtutes in medio poſitas & notas aliud agentes transvolamus, aut disſimulamus, leviora quæque & properantia errata curioſi nimis ac malevoli captamus & protrahimus; cum potius in ſolatium generis humani legis Perſicæ æquitas revocanda, quæ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς, καὶ τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι æquâ æſtimatione condonare ſolita; ita demum juſto examine unicuique virtutes ſuæ conſtarent. Sed labe ſæculi, ut imperiti ſociatam nervorum concordiam, variatâ modulatione mixtam, tanquam unius chordæ ſonum, audiunt: ita optimi cujusque virtutes æſtimamus. Proinde quoties illuſtre integritatis exemplum contagium ſeculi vicit, & populo invidiosè ſeſe oſtendit, continuò paratam invidiã experitur; quæ ut vaſta corpora æquales umbræ comitantur, ita quò eminentior virtus, tantò major exſurgere conſvevit. Ut enim lætiores agros denſa virgulta, & labruſca ſentibus innexa citius occupant: ita magno animo veræ virtutis & optimæ mentis amanti livor & odium inſidias

ſtruunt

ſtruunt. Novit ergo ſapiens ſe ad hoc ſcamma productum, ut depugnet cum iis, qui maledictis aluntur, ut capreæ venenis. Nec tamen ſupercilium ſubmittit, aut frontem contrahit, iræ & mœroris indicia præferens, ſed facie ridentis, tanquam ſi in theatro mimos ſpectaret, obire amat. Improbum enim votum judicat, præoptare meliorem ſuam conditionem, quam illa, quæ Herculi contigit. Is Jove ſatus impotentiam inimicorum effugere non potuit; alii enim abigeum & furem clamant, alii adulterum, latronē, parricidam proſcribunt, quod tamen non impediit, quo minus ad immortalium ſedem eveheretur; ſiquidem *ſapientis virtus per ea, quibus petitur, illuſtratur*. Quin nec Jupiter, ſi qua fabulis fides, injuriis malorum exceptus, cum illi pasſim cornua & plumas prodigiosè adfingunt, & alieni pudoris expugnatorem narrant; non movetur tamen, nec viribus ſuis utitur, quippe qui nullam injuriam accepit. Æmulatur ſapiens, cœlo cognatus, Deo proximus, & ratione innixus riſus humanos divino animo excipit. Qui ſi immenſa hæc moles compagibus ſuis ſoluta lapſum minaretur, inconcusſi totius orbis motu ſolus ſecurus & tranquillus maneret; inſtar rupis, quæ in mari vadoſo horridi Jovis, & irati, ut ita dicam, Neptuni fervidis aſſultibus undiq; verberata, non cedit aut minuitur, ſed obtendit adſvetum fluctibus latus, & firma duricie tumentis undæ impetum ſuſtinet ac frangit; hunc putemus levibus

hujusmodi concusſiunculis, & convitiorum telis velut per inane jactatis moveri poſſe. Non hærent illa durioribus, cedenti infiguntur. Ideoq; obtuſa irrito niſu concidunt, & ſæpe reciproca petitione ictum emittentis ingenti vulnere ulciſcuntur. Omnis injuriæ inanis eſt exitus, cum munitum patientia pectus offendit. Dolor enim læſi votum eſt lædentis. At injuriæ contemtor animus prævertit, & prædam quam petebat, eripit, atq; ita omni malo liber telum exitio ſuo libratū in inimici caput fortius retorquet. Ut enim aër percuſſus non læditur, imò ne dividitur quidem, ſed refundit ſeſe & ſpisſior redit: ita animus recti conſcius, & ad optima eréctus non admittit obtrectantium adflatus, nec ſentit. Quomodo enim magnitudinem, quam promittit, probaret, ſi humiliter & abjectè ſeſe contraheret, ſi victus adfectu injuriis cederet. Nullæ profecto contumeliæ ſapientem exaſperant, aut ſtatu ſuo movent, nullæ ignominiæ irá accendunt. Quisquis enim in hoc certamine adverſarium agnovit, jam coronam amiſit. Ideo qui ſapit etiamſi ictū recepit, non petit vulneris ſui auctorem, ſed ut optimus gladiator, exiguo corporis flexu manus petentis eludit: ita objecta probra ut viſus nocturnos & vanas ſomniorum imágines digno ſupplicio punit, feſtivo ſcilicet contemtu, & oblivione; vel, ſi tanti eſt, miſericordia elevat. Sed utinam benignior DEUS eandem animi magnitudinem, & invictum adverſus improborum furias

rias robur omnibus indulsisset, ut omnes pari ratione oportunos injuriæ exposuit, & ad eandem conditionem communi auctoramento alligavit. Ego quidem cum retexo seriem fortunæ meæ, licet nihil in me invidiâ dignum deprehendam, tamen adserere non dubito, virtutes meas & ingenii dotes perexiguas ubiq; gentium plures mihi inimicos & æmulos, quam amatores peperisse; adeo ut sæpe surgentis famæ nostræ ratis ad invidiæ scopulos tam acri incursu adflixerit, ut naufragii necessitatem timerem. Sive in eo singulari sim fato, sive temporum infelicitati debeam, quæ tam infesta virtuti, ut absconsa pariter & illustris pro crimine habeatur. Sive enim abditâ humilitate latere constituerit, parum tuta est. Inertia vocatur, & ignobilis umbra objicitur. Si verò è tenebris prospectârit, & vel fugienti indicio in propatulo & celebri hominibus sese ingesserit, dum se ostendit, ut plantæ mox natæ hybernâ aurâ, ita pestilentis lingvæ afflatu occidit. Quanquam gratias agam fato meo, quod tales amicos mihi conciliârit, quibus imputem necesse est, quod lubricæ adolescentiæ flexus non omnino præcipitem dederint. Nam postquam mores mei accuratius sese observari intellexerunt, non facilè potuere induci, ut recti tramitem desererent, sed negantes sibi illicitas voluptates, juventæ insidiis velut fluctibus jactati, rectum cursum quantum licuit, tenuerunt. Nisi tamen malis, inimicos tuos istiusmodi adfectum simili mer-

phiæ, atque adeo infelicium ſtudiorum, alienum furorem æquo animo ferre. Modeſtiam enim Philoſophia imperat, & omni Philoſophia auguſtior cæleſtis diſciplinæ auctoritas, quæ tali ſacramento milites ſuos conſignavit, ut patientia armati cum hoſtibus quotidiè experiantur. Quæ cum præſtantia ſit ingenitæ Deo proprietatis, ut Tertullianus definit, ſapientis vero unicum votum nõ tantum ſe dignum, ſed etiam parem Deo, quatenus homini datum, effingere, nemo mirabitur ſi ſtudiosè adfectem, ut omnes fateantur hanc potius mihi familiarem, quàm iram aut acerbitatem. Et quia durioribus experimentis robur induit, obtrectatio vero quaſi ejus diſciplina, multis diſplicuiſſe gaudeo. Nam ut ſolida & dura arbor, quæ infeſtos ſecures ſæpius rejecit, & cædenti cum dolore ictum reddidit, ipſis plagis conſtringitur & nodis duratur: ita animꝰ humanus delicatus & querulus adſvetudine mali robur ſumit. Nuper exactis pueritiæ annis ductus amabili inſania paſſus ſum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qui mihi quaſi tentanti vadum futuri favoris præmiſſus, infelicibus auſpiciis præluſit. Quibus ſtudiis exceptus fuerit non ſcio, neque ſcire magnifeci, cum in ejus editione non meam ambitionem, aut gloriolæ aucupium, ſed commune rei litterariæ commodum ſpectarim. Equidem jam ſecurus famæ quaſi in ſoporem lapſus requieſcebam, ſed turbarũt conſtantiã meam perverſa quorundam judi-

judicia, quibus si stamus, profecto intererat infelicem fœtum nunquam nasci. Sed cum mihi excidit illa ætate, quæ capere non potest, quam grave posteritatis judicium, & alioquin parum sollicita quid tristiores isti probent, vel supercilio suo proscribant, jacta jam alea satius duxi tollere deformem fætum, quam alienæ misericordiæ impiè exponere; præsertim cum ii qui nos lacessunt, plumbeis pugionibus pugnent; quos rectè, si quid sentio, descripsit Aristides Orator, cujus verba ideo libentius usurpo, quod ea tot seculis ante de hujusmodi hominibus non tam præmeditata oratione dixisse, quam sacro instinctu agitatus velut vaticinio effudisse videatur * Οἱ πλείω μὲν, inquit, σολοικίζουσιν, ἢ φθέγγονται. ὑπερορῶσι δὲ τῶν ἄλλων, ὅσον αὐτοῖς ὑπερορᾶσθαι προσήκει, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξετάζουσιν, αὑτοὺς δὲ οὐδεπώποτ᾽ ἠξίωσαν, καὶ σεμνύνουσι μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκοῦσι δὲ οὐ πάνυ. ὀνειδίζουσι δὲ τοῖς ἄλλοις, οὐ τῶν πραγμάτων καταγνωκότες, ἀλλὰ φθονοῦντες ὅτι αὐτοὶ ταῦτα πράττειν οὐ δύνανται. *Qui sæpius inconditè loquuntur, quam os aperiunt: alios contemnunt ipsi maximè despiciendi: in alios sollicitè inquirunt, in se vero nunquam. Virtutem, quam non exercent, commendant, In aliis improbant, ea quæ ipsi quidem non damnant, sed quod paria facere non possunt, invident.* Omnes interim Veneres & Gratias, quæ ipsos ut infæcunda senticeta deseruerunt, lasciviam & errorem

* *Orat.* περὶ τοῦ παραφθέγματος.

rem appellant, quorum ferreo ori nullæ fidiculæ pudorem extorquebunt; in aliis accusantes, quod suum vellent, si per naturæ genium liceret. Prævaricatores aliorum peccata abdita & latentia infami elogio ventilant, & minus cautæ ac simplici innocentiæ vitiorum præconem conducunt; cum ipsos proprii pudoris decoctores ulceribus & porrigine obsitos fœda flagitiorum scabies jam olim depascat. Stultitia est ex verborum propinquitate de ipsis rebus conjecturam facere. Sed arguenda erant verba illorum, qui factorum sunt innocentes. At te fugere potuit, ais, illud Plinii: *Narrantem similem esse facienti*: Ergo tam difficilis venia levis errati. Admonere nos debuerat lenitatis humanitas majorum, quos propè Mercurii statuam Gratiarum imagines collocâsse Plutarchus * prodit. Favendum scilicet delictis illorum arbitrabantur, quos ingenii amore lapsos constabat. Quantò enim hi proniores errori, tantò paratior iis apud omnes venia, & ignoscendi studium esse debet. Sed profecto oblitus sum mei, qui hæc verbatàm indignè perdam, cum ineptissimos homines mores sui satis ulciscuntur. Illi vero qui dignitatem Musarum & eruditionis gloriam fovent, incensi incredibili quadam sua humanitate ingenium meum amare cœperunt, postea vero frigore tacti paulatim intepuere, quasi omnem ingenii frugem, ut luxuriantes segetes in herba aut flore uno impetu effudissem, damna-

* De Audit.

runt

runt vota ut parum prospera & nimis præcipitata. Patiantur hoc sibi dici optimi viri, nimis citò de ægrotante desperârunt. Si æqui censores, excusare me illis debuerant vitæ desultoriæ continui fluctus, animus æstuans & vagus, nec ocii, quo studia aluntur, patiens: jactura tot annorum, quos itriti errores, & fallacia oblectamenta invito eripuerunt. Utinam illos conscientiæ meæ testes haberem, fallor aut crederent, nunquam mihi animum fuisse literarum laudibus nomen quærere, cum unicus mihi semper ambitus omnem ambitionis suspicionem procul à me spernere, & inanis gloriolæ famem vilissimis hominibus, & ἐπιθυμοδείπνοις, qui eam sollicitè captare coguntur, relinquere. Permittant tamen finiri ludos, & expectent, si tanti est, donec siparium complicetur. Erit fortassis, nisi negociosum ergastulum errantem interceperit, quo ipsorum amorem, qui mihi omni gloria & honore antiquior, demereri possim. Sed ut fatum meũ nunquam à me vultum removet; sive terra, sive mari oberrem, quo tandem cursum flectam, ubiq; sequuntur & urgent gravissimi comites, livor & odium. Ecce subtraxi me mitiori cœlo, & velut longa atq; irrita militia fessus, his tenebris & ocio credidi, ut fortuitis me subducerem, & animus contumelia lassus ac penè sopitus, velut nova tranqvillitatis luce circumfusus, revivisceret. Sed ubiq; irata fortuna me invenit. Obversantur enim ob aures judicia seu potius voces, ut vita

mihi

mihi vaga, ita quoq; ſtudia & doctrinam. Quod convicium tam frequens & vulgare, ut ipſæ popinæ, poſtquam bonorum virorum venæ generoſo flore Liberi incaluerunt, hiſce laudibus meis perſtrepant. Eò enim ſæpe condicere ſolent mei Romulidæ, ut ſaturi quærant, quantum cujusq; virtus valeat. Ubi belli & feſtivi homines accuratè obſervant, ne legibus ludi fraudem faciant, quibus receptum, quod in veteri proverbio eſt, coquum medico præferre. Sed non conſtitui hoc ſchema arcesſito gemitu componere. Auſpicia horum dictatorum exiguis pomeriis finiuntur; & quamvis rei crimen agnoſcamus, non confugimus tamen ad pœnam. Neq; enim adhuc vicerunt nos eam commeruiſſe. Sed ne nihil agam, ſolvo illos hoc metu. Non periclitabuntur accuſatores. Profiteor me crimini ultro accedere, atq; ita favere, ut ejus triumpho neminem intercedere patiar. Eſt enim crimen ſapienti exoptandum, quod ubi oſtendero, fallor aut pœnitebit illos erroris, quod ea mihi tribuerint, quæ nec ipſe in me agnoſco, nec mea vellent, niſi ſibi erepta, quæ non minori invidia petunt & ſuſpirant, quam ii qui adſiduo langvore vexati optimam valetudinem exoptant, & de ejus bono perorant. Puto expugnatus error novis criminationum commentis revocandus; neq; enim aliter culpam emendare licebit. Sed quid attinet eminus velitari. Protrahendum eſt in medium ipſum vitium, & ſignandum aliquo nomine; neq; enim

tam

tam atrox, aut tam aſpero proſcriptionis elogio dignum, ut in concione ſileri debeat. Quod ſi jure civili dimicaremus, & libello & noto crimine accuſatores poſtularent, & teſtes producerent. Sed diſceptamus intra velum, multa deſunt ſolennitati. Variarum rerum ſtudia vitio vertunt; accuſant Grammaticum, doctrinæ, ſi qua eſt, vagæ, incertæ, ſupervacuæ. Ecce horribile carmen, quo infelicis ingenii jugulum petunt, & virginem famæ florem temerare conantur. Sed niſi me animus fallit, hæc flamma inani ſtipula ignominiæ meæ accenſa largisſimo fumo deflagrabit. Crimen interim novum & inauditum, quod nullæ calumniatorum notitiæ, nullæ delatorum tabulæ norunt, quas intereſt novo hoc emblemate illuſtrari. Sed ô ineptos & omnis ingenii profanos, qui non intelligitis crimina nobis objectata, ſapienti magno ambitu expetenda & ultrò profitenda. Quanquam non ita perdidi omnem frontem, ut ea mihi adſciſcã, quorum aliena posſesſio. Sed cum multa ab imperitis, conceſſo obtrectatoribus more, quo alienæ contumeliæ lingvæ ſuæ virus evomere ſolent, in optimarum artium cultores conficta, & maligna loquacitate deblatterata in ore vulgi pasſim oberrent, quæ licet bonæ mentis amatores laudes ſuas interpretentur, tamen cum intelligam, me non tam meam, quam bonarum artium defenſionem ſuſtinere, quam profectô tanta ac tam præclara dignitas, ut vel minimam repre-

pre-

Et ſanè negare non auſim, ipſam rerum naturam quodammodo connivere, & quādam caliginem ob animi oculos nobis offudiſſe, ut etiam inviti minus æquo judicio alienas virtutes æſtimemus. Nam ut in formoſorum facie genæ teretes & ſucci plenæ, atque adeò ipſe candor, qui vel Parium marmor exſtingveret, ſangvini mixtus, non tam retinet vagos & fugientes oculos, quam nævus exili deformitatis nube circumfuſus: ita optimorum virtutes in medio poſitas & notas aliud agentes transvolamus, aut disſimulamus, leviora quæque & properantia errata curioſi nimis ac malevoli captamus & protrahimus; cum potius in ſolatium generis humani legis Perſicæ æquitas revocanda, quæ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς, καὶ τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι æquâ æſtimatione condonare ſolita; ita demum juſto examine unicuique virtutes ſuæ conſtarent. Sed labe ſæculi, ut imperiti ſociatam nervorum concordiam, variatâ modulatione mixtam, tanquam unius chordæ ſonum, audiunt: ita optimi cujusque virtutes æſtimamus. Proinde quoties illuſtre integritatis exemplum contagium ſeculi vicit, & populo invidiosè ſeſe oſtendit, continuò paratam invidiã experitur; quæ ut vaſta corpora æquales umbræ comitantur, ita quò eminentior virtus, tantò major exſurgere conſvevit. Ut enim lætiores agros denſa virgulta, & labruſca ſentibus innexa citius occupant: ita magno animo veræ virtutis & optimæ mentis amanti livor & odium inſidias

ſtruunt.

ſtruunt. Novit ergo ſapiens ſe ad hoc ſcamma productum, ut depugnet cum iis, qui maledictis aluntur, ut capreæ venenis. Nec tamen ſupercilium ſubmittit, aut frontem contrahit, iræ & mœroris indicia præferens, ſed facie ridentis, tanquam ſi in theatro mimos ſpectaret, obire amat. Improbum enim votum judicat, præoptare meliorem ſuam conditionem, quam illa, quæ Herculi contigit. Is Jove ſatus impotentiam inimicorum effugere non potuit; alii enim abigeum & furem clamant, alii adulterum, latronē, parricidam proſcribunt, quod tamen non impediit, quo minus ad immortalium ſedem eveheretur; ſiquidem *ſapientis virtus per ea, quibus petitur, illuſtratur*. Quin nec Jupiter, ſi qua fabulis fides, injuriis malorum exceptus, cum illi pasſim cornua & plumas prodigiosè adfingunt, & alieni pudoris expugnatorem narrant; non movetur tamen, nec viribus ſuis utitur, quippe qui nullam injuriam accepit. Æmulatur ſapiens, cœlo cognatus, Deo proximus, & ratione innixus riſus humanos divino animo excipit. Qui ſi immenſa hæc moles compagibus ſuis ſoluta lapſum minaretur, inconcusſi totius orbis motu ſolus ſecurus & tranquillus maneret; inſtar rupis, quæ in mari vadoſo horridi Jovis, & irati, ut ita dicam, Neptuni fervidis aſſultibus undiq; verberata, non cedit aut minuitur, ſed obtendit adſvetum fluctibus latus, & firma duricie tumentis undæ impetum ſuſtinet ac frangit; hunc putemus levibus

hujuſmodi concusſiunculis, & convitiorum telis velut per inane jactatis moveri poſſe. Non hærent illa durioribus, cedenti inſiguntur. Ideoq; obtuſa irrito niſu concidunt, & ſæpe reciproca petitione ictum emittentis ingenti vulnere ulciſcuntur. Omnis injuriæ inanis eſt exitus, cum munitum patientia pectus offendit. Dolor enim læſi votum eſt lædentis. At injuriæ contemtor animus prævertit, & prædam quam petebat, eripit, atq; ita omni malo liber telum exitio ſuo libratū in inimici caput fortius retorquet. Ut enim aër percuſſus non læditur, imò ne dividitur quidem, ſed refundit ſeſe & ſpisſior redit: ita animus recti conſcius, & ad optima erectus non admittit obtrectantium adflatus, nec ſentit. Quomodo enim magnitudinem, quam promittit, probaret, ſi humiliter & abjectè ſeſe contraheret, ſi victus adfectu injuriis cederet. Nullæ profecto contumeliæ ſapientem exaſperant, aut ſtatu ſuo movent, nullæ ignominiæ ira accendunt. Quisquis enim in hoc certamine adverſarium agnovit, jam coronam amiſit. Ideo qui ſapit etiamſi ictū recepit, non petit vulneris ſui auctorem, ſed ut optimus gladiator, exiguo corporis flexu manus petentis eludit: ita objecta probra ut viſus nocturnos & vanas ſomniorum imagines digno ſupplicio punit, feſtivo ſcilicet contemtu, & oblivione; vel, ſi tanti eſt, miſericordia elevat. Sed utinam benignior DEUS eandem animi magnitudinem, & invictum adverſus improborum in-

rias

rías robur omnibus indulſiſſet, ut omnes pari ratione oportunos injuriæ expoſuit,& ad eandem conditionem communi auctoramento alligavit. Ego quidem cum retexo ſeriem fortunæ meæ, licet nihil in me invidiâ dignum deprehendam, tamen adſerere non dubito, virtutes meas & ingenii dotes perexiguas ubiq; gentium plures mihi inimicos & æmulos, quam amatores peperiſſe; adeo ut ſæpe ſurgentis famæ noſtræ ratis ad invidiæ ſcopulos tam acri incurſu adflixerit, ut naufragii necesſitatem timerem. Sive in eo ſingulari ſim fato, ſive temporum infelicitati debeam, quæ tam infeſta virtuti, ut abſconſa pariter & illuſtris pro crimine habeatur. Sive enim abditâ humilitate latere conſtituerit, parum tuta eſt. Inertia vocatur,& ignobilis umbra objicitur. Si verò è tenebris proſpectârit, & vel fugienti indicio in propatulo & celebri hominibus ſeſe ingeſſerit, dum ſe oſtendit, ut plantæ mox natæ hybernâ aurâ, ita peſtilentis lingvæ afflatu occidit. Quanquam gratias agam fato meo, quod tales amicos mihi conciliârit, quibus imputem neceſſe eſt, quod lubricæ adoleſcentiæ flexus non omnino præcipitem dederint. Nam poſtquam mores mei accuratius ſeſe obſervari intellexerunt, non facilè potuere induci, ut recti tramitem deſererent, ſed negantes ſibi illicitas voluptates, juventæ inſidiis velut fluctibus jactati, rectum curſum quantum licuit, tenuerunt. Niſi tamen malis, inimicos tuos iſtiusmodi adfectum ſimili mer-

cede experire. Notum quidem medicinæ præsidium de ſcalpello & cauterio, fortaſſe utili dolore; urere tamen & ſecare ſævitia eſt Nihil enim agis. niſi quod cruciatum dolore redimas. Sanè & febres morbos quosdam tollunt, ipſaq; adeo quartana flagellis diſcutitur. Nemo tamen, ſi quid ſentio, magnopere optabit ſanitatem morbo debere, aut flagellis ad remedium ſcindi. Sed profuere. Scilicet ut viperæ ſangvis adverſus venena, peſtifera & cruciaria. Agnoſco tamen beneficium fati, quod ita paria compoſuit, ut minimè verendum ſit, ne ancipiti congreſſu occumbam, Nolim enim quenquam æſtimare, me in terrorem perductum certamen detrectare. Non cedam profectò, nec terga vertam: ſed opponam innocentiam meam, omni loricâ & gladio firmius munimentum, & ut ille olim in fabulis Perſeus Gorgonis caput inimicis oſtentabat, ut ab ejus adſpectu in lapides mutarentur: ita integritatis clypeum obvertam, ut os obtrectationi apertũ ſtupeſcat, & in lapides duretur. Quod ſi tantum obtrectatorum acumen, quantus nocendi amor, ſanè magno periculo fortiores laceſſerem. Sed ne falſa ſpe ſibi blandiantur, animos rectè conſcios fabulæ malignorum non terrent. Neque enim ut nutrices infantum pavida pectora, inter ſomni difficultates, oſtensâ quavis obviâ umbrâ aut nebulâ in pariete pictâ formidine exagitant; ita animis virilibus inani verborum ſtrepitu & levibus nugarum

rum ſonis terrorem incutimus. Felices ergo ſumus quod eorum conatus pari conſenſu vires nõ juvent. Nam cum aſpidum morſus tam acris veneni, ut infectæ partes, niſi præſcinderentur, ſanari non poſſent, ſuccurrit periclitantibus benignior natura, & noxioſisſimo animali caliginoſos obtutus dedit; ſimili modo iſtis nimis quam curioſis nocendi vias ſtupor ſuus interclufit. Si vero erumpant, qui præmeditato furore cornua mihi obvertere, protervè inſultare, & famam calumniis onerare ſatis egerint, ii nolim tam valde ſibi placeant, ut putent tantum ocii mihi fore, ut eorum, quæ illi delirant, rationem habendam cenſeam. Nunquam enim feroces ſe nobis fecerint, quaſi digni judicati, quos aſcultaremus. DEUS prohibeat, eo dementiæ progrediar, ut inuſitato actus furore, carmina conviciorum recantare, & cum ipſis γιγαντιᾶν & ampullari velim, in corruptela & laſcivia ingeniorum, quibus gratior maledica vernilitas & inſectatio proborum, quam ulla virtutum exempla. Scitè olim Eubœus ille adoleſcens, ex quo cum pater quæreret, quid Zenonis ſchola ad ſapientiam contuliſſet. Ille vero cunctatione reſponſum eludens mox ſeſe oſtenſurum adſereret. Non tulit tergiverſantis moram pater, ſed incenſus ira plagas illi imponi jusſit, quas Spartana nobilitate excipiens: Agnoſce, inquit, quam leniter impotentiam tuam feram; hoc ſtudiis ſapientiæ debeo. Sit nunc penes nos beneficium Philoſo-

phiæ, atque adeo infelicium ſtudiorum, alienum furorem æquo animo ferre. Modeſtiam enim Philoſophia imperat, & omni Philoſophia auguſtior cæleſtis diſciplinæ auctoritas, quæ tali ſacramento milites ſuos conſignavit, ut patientia armati cum hoſtibus quotidiè experiantur. Quæ cum præſtantia ſit ingenitæ Deo proprietatis, ut Tertullianus definit, ſapientis vero unicum votum nō tantum ſe dignum, ſed etiam parem Deo, quatenus homini datum, effingere, nemo mirabitur ſi ſtudiosè adfectem, ut omnes fateantur hanc potius mihi familiarem, quàm iram aut acerbitatem. Et quia durioribus experimentis robur induit, obtrectatio vero quaſi ejus diſciplina, multis diſplicuiſſe gaudeo. Nam ut ſolida & dura arbor, quæ infeſtos ſecures ſæpius rejecit, & cædenti cum dolore ictum reddidit, ipſis plagis conſtringitur & nodis duratur: ita animꝰ humanus delicatus & querulus adſvetudine mali robur ſumit. Nuper exactis pueritiæ annis ductus amabili inſania paſſus ſum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qui mihi quaſi tentanti vadum futuri favoris præmiſſus, infelicibus auſpiciis præluſit. Quibus ſtudiis exceptus fuerit non ſcio, neque ſcire magnifeci, cum in ejus editione non meam ambitionem, aut glorioſæ aucupium, ſed commune rei litterariæ commodum ſpectarim. Equidem jam ſecurus famæ quaſi in ſoporem lapſus requieſcebam, ſed turbarũt conſtantiã meam perverſa quorundam

judi-

judicia, quibus si stamus, profecto intererat infelicem fœtum nunquam nasci. Sed cum mihi excidit illa ætate, quæ capere non potest, quam grave posteritatis judicium, & alioquin parum sollicita quid tristiores isti probent, vel supercilio suo proscribant, jacta jam alea satius duxi tollere deformem fætum, quam alienæ misericordiæ impiè exponere; præsertim cum ii qui nos lacessunt, plumbeis pugionibus pugnent; quos rectè, si quid sentio, descripsit Aristides Orator, cujus verba ideo libentius usurpo, quod ea tot seculis ante de hujusmodi hominibus non tam præmeditata oratione dixisse, quam sacro instinctu agitatus velut vaticinio effudisse videatur * Οἱ πλείω μὲν, inquit, σολοικίζουσιν, ἢ φθέγγονται· ὑπερορῶσι δὲ τῶν ἄλλων, ὅσον αὐτοῖς ὑπερορᾶσθαι προσήκει, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξετάζουσιν, αὐτοὺς δὲ οὐδεπώποτ' ἠξίωσαν; καὶ σεμνύνουσι μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκοῦσι δὲ οὐ πᾶσι. ὀνειδίζουσι δὲ τοῖς ἄλλοις, οὐ τῶν πραγμάτων καταγνωκότες, ἀλλὰ φθονοῦντες ὅτι αὐτοὶ ταῦτα πράττειν οὐ δύνανται. *Qui sæpius inconditè loquuntur, quam os aperiunt: alios contemnunt ipsi maximè despiciendi: in alios sollicitè inquirunt, in se vero nunquam. Virtutem, quam non exercent, commendant, In aliis improbant, ea quæ ipsi quidem non damnant, sed quod paria facere non possunt, invident.* Omnes interim Veneres & Gratias, quæ ipsos ut infæcunda senticeta deseruerunt, lasciviam & errorem

* *Orat.* περὶ τοῦ παραφθέγματος.

rem appellant, quorum ferreo ori nullæ fidiculæ pudorem extorquebunt; in aliis accusantes, quod suum vellent, si per naturæ genium liceret. Prævaricatores aliorum peccata abdita & latentia infami elogio ventilant, & minus cautæ ac simplici innocentiæ vitiorum præconem conducunt; cum ipsos proprii pudoris decoctores ulceribus & porrigine obsitos fœda flagitiorum scabies jam olim depascat. Stultitia est ex verborum propinquitate de ipsis rebus conjecturam facere. Sed arguenda erant verba illorum, qui factorum sunt innocentes. At te fugere potuit, ais, illud Plinii: *Narrantem similem esse facienti*: Ergo tam difficilis venia levis errati. Admonere nos debuerat lenitatis humanitas majorum, quos propè Mercurii statuam Gratiarum imagines collocâsse Plutarchus * prodit. Favendum scilicet delictis illorum arbitrabantur, quos ingenii amore lapsos constabat. Quantò enim hi proniores errori, tantò paratioriis apud omnes venia, & ignoscendi studium esse debet. Sed profecto oblitus sum mei, qui hæc verbatàm indignè perdam, cum ineptissimos homines mores sui satis ulciscuntur. Illi vero qui dignitatem Musarum & eruditionis gloriam fovent, incensi incredibili quadam sua humanitate ingenium meum amare cœperunt, postea vero frigore tacti paulatim intepuere, quasi omnem ingenii frugem, ut luxuriantes segetes in herba aut flore uno impetu effudissem, damnarunt

* De Audit.

runt vota ut parum proſpera & nimis præcipitata. Patiantur hoc ſibi dici optimi viri, nimis citò de ægrotante deſperârunt. Si æqui cenſores, excuſare me illis debuerant vitæ deſultoriæ continui fluctus, animus æſtuans & vagus, nec ocii, quo ſtudia aluntur, patiens: jactura tot annorum, quos itriti errores, & fallacia oblectamenta invito eripuerunt. Utinam illos*conſcientiæ meæ teſtes haberem, fallor aut crederent, nunquam mihi animum fuiſſe literarum laudibus nomeu quærere, cum unicus mihi ſemper ambitus omnem ambitionis ſuſpicionem procul à me ſpernere, & inanis gloriolæ famem vilisſimis hominibus, & ἐπιθυμοδείπνοις, qui eam ſollicitè captare coguntur, relinquere. Permittant tamen finiri ludos, & expectent, ſi tanti eſt, donec ſiparium complicetur. Erit fortasſis, niſi negociosum ergaſtulum errantem interceperit, quo ipſorum amorem, qui mihi omni gloria & honore antiquior, demereri posſim. Sed ut fatum meũ nunquam à me vultum removet; ſive terra, ſive mari oberrem, quo tandem curſum flectam, ubiq; ſequuntur & urgent gravisſimi comites, livor & odium. Ecce ſubtraxi me mitiori cœlo, & velut longa atq; irrita militia feſſus, his tenebris & ocio credidi, ut fortuitis me ſubducerem, & animus contumelia laſſus ac penè ſopitus, velut nova tranqvillitatis luce circumfuſus, reviviſceret. Sed ubiq; irata fortuna me invenit. Obverſantur enim ob aures judicia ſeu potius voces, ut vita mihi

mihi vaga, ita quoq; ſtudia & doctrinam. Quod convicium tam frequens & vulgare, ut ipſæ popinæ, poſtquam bonorum virorum venæ generoſo flore Liberi incaluerunt, hiſce laudibus meis perſtrepant. Eò enim ſæpe condicere ſolent mei Romulidæ, ut ſaturi quærant, quantum cujusq; virtus valeat. Ubi belli & feſtivi homines accuratè obſervant, ne legibus ludi fraudem faciant, quibus receptum, quod in veteri proverbio eſt, coquum medico præferre. Sed non conſtitui hoc ſchema arcesſito gemitu componere. Auſpicia horum dictatorum exiguis pomeriis finiuntur; & quamvis rei crimen agnoſcamus, non confugimus tamen ad pœnam. Neq; enim adhuc vicerunt nos eam commeruiſſe. Sed ne nihil agam, ſolvo illos hoc metu. Non periclitabuntur accuſatores. Profiteor me crimini ultro accedere, atq; ita favere, ut ejus triumpho neminem intercedere patiar. Eſt enim crimen ſapienti exoptandum, quod ubi oſtendero, fallor aut pœnitebit illos erroris, quod ea mihi tribuerint, quæ nec ipſe in me agnoſco, nec mea vellent, niſi ſibi erepta, quæ non minori invidia petunt & ſuſpirant, quam ii qui adſiduo langvore vexati optimam valetudinem exoptant, & de ejus bono perorant. Puto expugnatus error novis criminationum commentis revocandus; neq; enim aliter culpam emendare licebit. Sed quid attinet eminus velitari. Protrahendum eſt in medium ipſum vitium, & ſignandum aliquo nomine; neq; enim

tam

tam atrox, aut tam aſpero proſcriptionis elogio dignum, ut in concione ſileri debeat. Quod ſi jure civili dimicaremus, & libello & noto crimine accuſatores poſtularent, & teſtes producerent. Sed diſceptamus intra velum, multa deſunt ſolennitati. Variarum rerum ſtudia vitio vertunt; accuſant Grammaticum, doctrinæ, ſi qua eſt, vagæ, incertæ, ſupervacuæ. Ecce horribile carmen, quo infelicis ingenii jugulum petunt, & virginem famæ florem temerare conantur. Sed niſi me animus fallit, hæc flamma inani ſtipula ignominiæ meæ accenſa largisſimo fumo deflagrabit. Crimen interim novum & inauditum, quod nullæ calumniatorum notitiæ, nullæ delatorum tabulæ norunt, quas intereſt novo hoc emblemate illuſtrari. Sed ô ineptos & omnis ingenii profanos, qui non intelligitis crimina nobis objectata, ſapienti magno ambitu expetenda & ultrò profitenda. Quanquam non ita perdidi omnem frontem, ut ea mihi adſciſcã, quorum aliena posſesſio. Sed cum multa ab imperitis, conceſſo obtrectatoribus more, quo alienæ contumeliæ lingvæ ſuæ virus evomere ſolent, in optimarum artium cultores conficta, & maligna loquacitate deblatterata in ore vulgi pasſim oberrent, quæ licet bonæ mentis amatores laudes ſuas interpretentur, tamen cum intelligam, me non tam meam, quam bonarum artium defenſionem ſuſtinere, quam profectô tanta ac tam præclara dignitas, ut vel minimam repre-

prehensionem proximam crimini aspernentur, non permittam, qui non obscurè istarum amatorem profiteor, ut ex me vel levissimæ maculæ
2. ipsis obhæreant. † Constitui igitur rescribere iniquissimæ declamationi, adserere dignitatem optimorum studiorum, & ostendere quantum falsi sint, qui Grammaticen, quam rectè cum Cassiodoro *gloriosam facundiæ matrem, & humani generis ornatricem* dixerim, angustis limitibus includunt. Omnes artes communi quodam vinculo aptas & colligatas convincam, ut quisquis earum unicam negligenter habuerit, eũ reliquæ quoq; deserant. Quod vero de poëtica, & naturalium contemplatione, aliisq; amænioribus studiis, quæ Polymathia complectitur, non egerim, & de ipsis ingenuis artibus minus anxiè & plenè perscripserim, nemo negligentiæ dabit. Neq; ignorata mihi aut oblita existimet, sed reservata integro operi, quod de omni studiorum genere jam suo publicandum indice disposui, cujus nunc primitias quasdam & quasi libamenta damus, quibus honorem Polymathiæ tueri, & calumnias quibus aspergi solet pro capta mediocritatis refutare constitui. Quod dum ago, à carceribus prosiliendum in Circum, ad quem decurrendum mappam misit invidia & stupor imperitorum, cui hinc contra ire adgredior.

CAP.

CAPUT II.

1. Polymathia definita, & divisa in γραμματικὴν πολυμαθίαν, *& veram ac perfectam.* 2. γραμματική, ἐγκύκλιος παιδία. *3. Polymathia* πολυπραγμοσύνη γνώσεως. *4. Homerus* πολυπράγμων. *5. Polymathia quomodo Ciceroni & aliis definita. 6. Nonnullis* ἐγκυκλοπαιδεία. *7. Aliis* Φιλοσοφία. *8. Declaratio definitionis, & exactior utriusq; Polymathiæ distinctio. 9. Eratosthenes* πολυμαθής. *10. Ejus cognomina, eruditio, opera. 11. Criticus & Grammaticus cur antiquis dictus. 12. Aristoteles* πολυμαθὴς καὶ φιλόσοφος, *item Democritus.*

1.

PRæcipuum crimen ΠΟΛΥΜΑΘΕΙΑ; ita appello cum Græcis variarum rerum cognitionem. Ea est duplex: hæc, quæ minus perfecta, & propriè Grammatice. illa, perfecta, & Philosophiæ proxima. De priori Philo περὶ τῆς εἰς προπαιδεύματα συνόδου. Γραμματικὴ ἱστορίας τὰς παρὰ ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσιν ἀναδιδάξασα, νόησιν καὶ πολυμάθειαν ἐργάσεται. *Grammatica historias, quæ apud Poëtas, & alios scriptores enarrans, variarum rerum cognitionem conferet.* Sed Grammatice impropriè πολυμάθεια; jam enim sui oblita terminos transgressa est, quos duæ hæ partes, rectè loquendi scientia, & poëtarum enarratio finiunt. Has autem ut rectè impleret

transmigrare oportuit in alienas colonias. Nam & propter historias, & res varias apud scriptores sparsas, excutienda fuerunt omnia antiquitatis monumenta, & aliarum disciplinarum auxilium advocandum, atq; hinc Philologia, eruditio & literatura πολυμάθεια appellata est. Themistius orat. I. πολυμάθειαν καὶ μνήμην, βιβλία δὲ ἐξαριθμεῖσθαι πόσα καὶ τόσα τῶν Ἀριστοτέλους ἢ Πλάτωνος, κἂν ὑπὲρ Αἰσχύλου πονθάνῃ κἂν ποία νῆσος Σιμωνίδου τοῦ μελοποιοῦ. *Cognitionem & memoriam multarum rerum : enumerare libros Aristotelis aut Platonis, sive de Æschylo interroges, sive quæ patria Simonidis poëtæ.* De hisce enim omnibus disquirere proprium Philologi esse docebo. Cynulcus apud Athenæum lib. XIII. rejiciens πολυμάθειαν nihil conferre, ait, ad sapientiam multa scire vocabula, aut meminisse nomina illorũ, qui equo Trojano inclusi fuerant. Horum vero scientia planè est Grammatici. πολυμαθημοσύνης, inqvit, οὐ κενεώτερον ἄλλο, τί γὰρ ὄφελος τῶν τοσούτων ὀνομάτων, ὦ γραμματικὲ, πάντας ἐπιτρέψαι μᾶλλον, ἢ σωφρονίσαι δυναμένων τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἐὰν μὲν τις σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. Seneca Epistola LXXXVIII. *Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, ajebat: Homerum utraq; materia consummata & Odyssea & Iliade principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est.*

est. Hujus rei argumentum adferebat, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, quia multa vult scire. Nempe πολυμαθὴς, sed Grammaticus πολυμαθής. † Simili ratione 2.
γραμματικὴ, ἐγκύκλιος παιδεία. Tzetzes Histor. Chiliad. --- τὴν γραμματικὴν ἐγκύκλιον παιδίαν Εἶπον κατὰ κατάχρησιν, ἐ λόγῳ δὲ κυρίῳ. Rectè enim notat Tzetzes γραμματικὴν ἐγκύκλιον παιδείαν dici καταχρηστικῶς. Nam alioquin ἐγκύκλιος παιδεία omnes artes liberales complectitur, ad quas transcendit γραμματικὴ, ut plena & instructa sit. Perfectam Polymathian intelligo, notitiam variarum rerum, ex omni genere studiorum collectam, latissimè sese effundentem. Vagatur enim libero & effreni cursu per omnes disciplinarum campos, quatenus eas humanum ingenium indefessâ industriâ adsequi potest; † Synesius Dione πολυπραγμοσύνην γνώσεως appellat. 3.
Vetus auctor, ut videtur, apud Suidam: Ασκληπιόδοτος ὀξύτατος καὶ πολυμαθέστατος τῶν ἡλικιωτῶν, ὥστε καὶ πολυπραγμονῶν, ἐδὲν ἐπαύετο περὶ ἑκάστε τῶν παραπιπτόντων ὧν ἥτε Φύσις ἀπεργάζεται θαυμασίων, καὶ τέχνη ἑκάστη παρέχεται δημιεργημάτων. Asclepiodotum, ait, ingenii acumine, & varia eruditione superâsse æquales, qui hanc doctrinæ curiositatem sectarentur, neq; unquam cessâsse indagare caussas mirabilium, quæ natura aut ars operatur. Latius deinde docet, quæ hæc Asclepiodoti

πολυπραγμοσύνη; peritum fuisse scribit τῶν τε βαφικῶν χρωμάτων μίξεων, καὶ τῶν περὶ ἐσθῆτα κοσμουμένων βαμμάτων, novisse præterea τῶν ξύλων τὰς μυρίας διαφορότητας, καὶ λίθων καὶ βοτανῶν τὰς ποικίλας δυνάμεις τε καὶ ἰδέας. Historiæ quoq; naturalis, & animalium curiosum.
4. Hæc omnia complectitur Polymathia. † Ea ratione Antigonus ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ Homerum appellat πανταχοῦ πολυπράγμονα, Apulejus Apologia; *multiscium & omnium rerum peritum*. Tertullianus de anima: *patrem liberalium disciplinarum*. Vitruvius lib. VII. *omnis Philologiæ ducem*. Strabo libro I. & Plutarchus lib. de Homero πολυφωνίαν καὶ πολυμαθίαν ejusdem
5. Homeri multis ostendere conantur. † Cicero I. de Oratore, Polymathian *studiorum varietatem & copiam* vocat, &, *studia quæ reconditis in artibus, atq; in quadam varietate literarum versantur*. III. de Oratore: *doctrinæ varietatem*. Auctor dialogi de corrupta eloquentia: *multarum ar-*
6. *tium scientiam*. † Auctor ὑποθέσεως librorum Athenæi πολυμάθειαν appellare videtur ἐγκυκλοπαιδείαν, ubi ait Monium poëtam, qui inter Athenæi τραπεζορήτορας optimarum artium cognitione nemini cessisse, & ἐγκύκλιον παιδείαν ita complexum, ut in singulis disciplinis separatim elaborasse videretur. Ita πολυμαθεία à primis annis imbutus. Κατὰ τὴν ἄλλην παιδείαν οὐδενὸς δεύτερος, καὶ τὴν ἐγκύκλιον οὐ παρέργως ἐζηλωκώς, ἕκαστον γὰρ ὧν ἐπεδείκνυτο, ὡς μόνον

τοῦτο

τῦτο ἠσκηκὼς ἐφαίνετο, τοίαυτη πολυμαθεία ἐκ παίδων συνετεάφη. Philo quoq; ἐγκύκλιον παιδείαν & πολυμάθειαν conjunxit, & pro iisdem cœpisse videtur lib. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδε: τον ἐνχορεύοντα ταῖς ἐγκυκλίοις θεωρίαις, καὶ πολυμαθίας ἑταῖρον ὄντα. *Qui ἐγκυκλίων contemplationum choreas concelebrat, & variam eruditionem sectatur.* Photius in Bibliotheca polymathian definit studia Rhetoricæ & Poëticæ, ait enim Helladii Lexicon utile iis, qui Polymathian excolunt, quod contineat multa Rhetorum, & poëtarum testimonia. Χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον τοῖς συγγράφεσι, καὶ τοῖς ἄλλως πολυμάθειαν τιμῶσιν. ἔχει γὰρ καὶ μαρτυρίας ῥητόρων τε καὶ τῶν εἰς ποιητικὴν μέγα κλέος ἐχόντων. ita apud eundem ῥητορικὴ, ποιητικὴ, ἱστορικὴ & passim omne studiorum genus πολυμάθεια dicitur. Grammaticè sane licet quam latissime sese pandat, ampliores tamen Polymathiæ fines, atq; ut dixi, proxima Philosophiæ. † Plato Ἐρασταῖς Philosophum omnium rerum peritum, καὶ τὴν φιλοσοφίαν πολυμάθειαν esse ait. 7.
& II. de Republica: τόγε πολυμαθὲς, καὶ φιλόσοφον ταυτὸν. Strabo initio librorum, quos de Geographia scripsit, multis adserere conatur Geographiam dignum Philosopho argumentnm. Geographia, inquit, est πολυμαθία, vel saltem ejus pars, ergo & Philosophia, quæ est Polymathia. Verba Strabonis: ἥτε πολυμάθεια, δι᾽ ἧς μόνης ἐφικέσθαι τῦ δὲ τῦ ἔργυ δυνατὸν, ὐκ

ἄλλε τινός ἐςιν, ἤ τε τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιϐλέποντος. ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιςήμην φασίν. *Multarum rerum scientia, quæ sola hoc opus perfici potest; nullius est nisi qui divinas & humanas res contemplatur, quarum scientiam, philosophiam dicunt.* Hoc probat exemplo Homeri, Eudoxi, Anaximandri, Dicæarchi, Eratosthenis, qui omnes & Philosophiæ & Polymathiæ periti. Synesius Dione πολυμάθειαν τῆς φιλοσοφίας προοίμιον statuit, Philo Judæus τῆς σοφίας θεραπαινίδα. Non est ergo ipsa Philosophia, sed

8. quam proximè ad illam accedit. † Verùm ut apertius hæc ostendam, πολυμαθὴς medius est inter philosophantem, & illum qui philosophari non audet. Nam immigrat ad Philosophiam sive eruditionis, sive animi caussa, ut etiam philosophari videatur. Jam apparebit discrimen inter πολυμαθίαν, quæ est Grammaticæ, & hanc perfectam. Perfectè πολυμαθὴς tam propè ad Philosophiam accedit, ut philosophari videatur. Grammaticus fines suos agnoscit, leviter & perfunctoriè philosophiam tangit, & in primo ejus aditu hæret. Hinc apud Athenæum Deipnosophist. lib. IX. ἔθος δὲ καὶ γραμματικῶν παισὶ περὶ πάντων τῶν προβαλλομένων λέγειν εἶδος φυτε, εἶδος ὀρνέε, εἶδος λίθε. Grammaticos de iis quæ interrogantur, dicere solere, plantæ speciem esse, aut avis, aut lapidis. Nam in rerum naturalium investigatione satis est Philologo Grammatico leviter & externo quodam modo rem nosse;

nosse; Philosophi enim est arcana naturæ & earum caussas scrutari. Inter hos medius πολυμαθὴς; exactius Grammatico illa exequitur, & transit in partes Philosophi, nec illas tamen omnino integras, sed egressus Philologiæ limites ad Philosophiam immigrat quidem, verùm non pleno & perfecto dominio. Πολυμαθὴς itaq; penè Philosophus; at Philosophus πολυμαθὴς.
† Perfectæ Polymathiæ exemplum Eratosthe- 9.
nem transmisit antiquitas, de quo Strabonis insignis est locus, qui hæc omnia accuratè docet, ita enim lib. 1. Geographiæ scribit: δηλοῖ δὲ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ πραγματεία, καὶ μελέται, καὶ ἔτι ἄλλο τοιοῦτο τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ, διότι μέσος ἦν τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦ μὴ θαρροῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὴν εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασιν τινα ταύτην, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένου πρὸς διαγωγὴν, ἢ καὶ παιδείαν. *Quæ studia,* inquit, *fuerint Eratosthenis tractatio* περὶ ἀγαθῶν *ab ipso edita, & declamationes, atq; alia ejusmodi ostendunt, nempe medius inter eum, qui philosophari vellet, & eum qui non auderet Philosophiæ studium amplecti, sed eò tantum progrederetur, ut Philosophari videretur, & animi vel eruditionis gratia digressionem quandam à κυκλοπαιδείᾳ pararet.* † Inde varia illa cogno- 10
minia tulit: appellatus enim fuit τὰ βήματα, tanquam in ascensu ac gradibus hæreret, nec ad summum pervenire contenderet, & δεύτερος

 ἢ νέος

ἢ νέος πλάτων, quasi secundus à Platone, & πένταθλος, quod in omni disciplinarum certamine depugnare posset. Est enim πένταθλος, omnis agonisticæ peritus. Quod cognomen etiam Democrito dedit antiquitas, ὅτι τῶν ἐγκυκλίων λόγων καὶ περὶ τεχνῶν πάσων εἶχεν ἐμπειρίαν. ut ait Diogenes Laërt. Suidas: Ἐρατοσθένης διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα ἐπεκλήθη. οἱ δὲ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα, ἄλλοι πένταθλον ἐκάλεσαν. ab eadem caussa alii eum βῆτα vocarunt, ut scribit Hesychius in Eratosthene. Simili ratione Plato lib. X. de Republica Homerum non tam sapientiæ auctorem, quam ejus imitatorem; nihil earum rerum verè exhibuisse, quarum tamen cognitionem sese habuisse ostendit. Egisse quidem de medicina, sed Hippocratem medicum longe præstantiorem, de naturalium quoq; scientia scripsisse, ejus tamen peritiorem
1. esse Thaletem. †Clemens vero Alexandrinus & alii Eratosthenem Criticum & Grammaticum vocant, & hoc nomine appellari solitum scribũt. Jam ostendi Grammaticen per doctrinæ varietatem, quam sequitur, Polymathian dici, unde & Longinus apud Suid. πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς, & ipse Eratosthenes Philologus, ut scribit Svetonius in Attejo Philologo. Sive Eratostheni hoc nomen cessit, quod ut Clemens & Suidas produnt γραμματικὰ scripsit. Sane longe excessisse Grammaticæ studia libri ab eo relicti testantur.

Scri-

Scripsisse enim illum φιλόσοφα καὶ ποιήματα, καὶ ἱστορίας, ἀστρονομίαν, περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων, περὶ ἀλυπίας, διαλόγους, narrat Suidas, & Theodoretus Sermone VIII. qui est de martyribus, laudat Eratosthenis περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, in quo tradi scribit, Zenona lingvam quā præmorderat, in tyranni faciem conspuisse, ne victus vi tormentorum conscios conspirationis proderet. Strabo lib. XIII. Eratosthenem insignem Mathematicum & Philosophum narrat, & Lucianus Μακροβίοις Eratosthenem non tantum Grammaticum dicendum, hoc enim peculiari nomine vulgo notus erat, sed poëtam, philosophum, & geometriæ peritum. γραμματικῶν δὲ Ερατοσθένης, inquit, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄντις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην. Adde Plinium, qui Eratosthenem in omnium litterarum genere sollertem scribit. † Aristoteles verò solus sine æmulo 12. clarus, quantum memoria hominum extat pari studio inexuperabili mentis acie polymathian & philosophiam excoluit, quod & libri ab ipso relicti testantur, & tituli illorum, quos injuria vetustatis vicit, & nobis ad invidiam ostendit. Hæc enim verba Ciceronis V. de Finib. de Aristotele, atq; adeo tota schola Peripateticorum: *Ex eorum scriptis & institutis cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest, tum varietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis or-*

natus accedere possit. Agellius lib. XIX. Cap. V. *Aristoteles rei omnis humanæ peritissimus.* Suidas scribit Nicolaum Damascenum æmulum Aristotelis variam ejus eruditionem amasse. Ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας. Democritus quoque Philosophus πολυμαθὴς; *nihil enim excipiebat*, ait Cicero lib. IV. Academicarum Quæstionum, *de quo non profitebatur.* Et Suidas in πένταθλος: ὁ δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἤσκητο τὰ φυσικὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Sed deprecatus fastidium legentis latius singula diducam.

CAPUT III.

1. Duæ partes Polymathiæ. 2. Artes communiter & vulgari modo divisæ in λογικὰς *&* βαναύσους. *3. Tertullianus explicatus, & à supervacua aliorum emendatione defensus. 4 Artes liberales, cur ita dictæ. 5. Earum variæ appellationes. 6. Artes & disciplinæ pueriles. 7.* Προπαιδεία. *8.* Πρώτη παιδεία. *9.* πρῶτα μαθήματα. *10. Artes liberales divisæ in* λογικὰς *&* μαθηματικὰς. *11. Artes logicæ, à quibus Stoici excludunt* γραμματικὴν. *12. Earum ordo vulgaris traditus & defensus.*

Duo

Duo ergo membra Polymathiæ constituo. I.
Doctrinam, quæ constat optimarum artium ac disciplinarum cultu, & scientiam rerum ipsarum inquisitione paratam, quam confert sollers & fructuosa peregrinatio. Inquisitio hæc duplici modo perficitur: Ipsarum rerum inspectione, & consvetudine illorum, qui doctrina & eruditione excellunt. Suidas Ἀσκληπιόδοτον πολυμαθέστατον tradit, peritissimum rerum naturalium, καὶ παντοδαπῶν θαυμασίων. Multa experiundo didicisse, & percontando artifices omnis generis. Historiam stirpium & animalium accuratè excoluisse, plurimaq; in illa comperisse propria inspectione, ea vero quæ inspicere non poterat auditu ex aliis intellexisse, aut lectione veterum didicisse. His duobus Polymathia constat. Ordiar à doctrina, quam in artium cultu positam ajo. † Eæ variè 2.
divisæ. Marius Victorinus de Grammatica: *Ars uniuscujusque rei scientia est. Artium genera tria.* *Animi tantum, ut Poëticæ. Musicæ, Astrologiæ, Philosophiæ. Corporis, ut jaculatio, saltus, velocitas. Animi & corporis, ut ruris cultus, palæstra, medicina.* Sed subtilia illa minutatim persequi nihil ad rem pertinet. Divido ergo vulgari modo in liberales, quæ λογικαὶ, & sellularias, quas Græci βαναύσους & χειρωνακτικὰς vocant. Illæ mentis & rationis servitio utuntur, hæ vero corporis. Aristoteles Politicωn libr. IX. cap. XI. Maximus Tyrius Sermone XXI. Hieronymus

Epist.

Epist. ad Paulinum. Galenus προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας: Ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν τεχνῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σέμναι, τινὲς δὲ εὐκαταφρόνητοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πονῶν, ἃς δὴ βαναύσους ὀνομάζουσιν; εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γένους ἰατρική τε καὶ ῥητορικὴ, καὶ μουσικὴ, γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία καὶ γραμματικὴ, καὶ νομικὴ. πρόσθες δὲ πλαστικήν τε καὶ γραφικήν. εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἰσχύος νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν. *Nonnullæ ex artibus ratione utuntur, & sunt honestæ; aliæ vero contemtæ & abjectæ, quæ corporis laboribus perficiuntur, eis sedentarias appellant. Prioris generis Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, ars computandi, Astronomia, Grammatica & Juris scientia. Adde fingendi & pingendi artem; licet enim manu perficiantur, tamen robore juvenili non egent.* † Tertullianus
3. de Pallio: *Primus informator literarum, & primus numerorum arenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poëta, & qui Musicam pulsat, & qui stellarem conjectat. Omnis liberalitas studiorum meis angulis tegitur.* Tertullianus medicinam studiis liberalibus adnumerat, ut Galenus quoq; & alii. Itaq; vides interpretes frustra acumen suum exercuisse, qui adserebant scribendum esse melicus. Nempe artes liberales cum κατ' ἐξοχὴν artes λογικὰς capimus, quas septem recensent scholæ. Ulpianus l. 1. D. de extraord. cogn. & liberales omnes artes

artes, sive professiones, cum opponuntur χει-
ρωνακτικαῖς: Liberales artes, ut Seneca Epist.
LXXXIIX. quia libero homine dignæ. † Eadẽ 4.
sententia Plinii proœmio lib. XIV. *A maximo bo-
no liberales dictæ artes.* Tertullianus Apologe-
tico, quod iis informamur ad prudentiam &
liberalia officia. † Ciceroni, Aurelio Victori 5.
in Hadriano *ingenuæ artes.* Tacito in Agric. Lam-
pridio in Severo, Symmacho lib. 1. Senecæ Epist.
CV. *bonæ artes.* Manilio lib. V. Aurel. Vict. in
Septimio, *doctæ artes.* † Et quoniam ab iis o- 6.
mnis honesta institutio initium capit, Senecæ
pueriles. Epist. LXXXVIII. *Pueriles sunt hæ artes,
quas ἐλευθέρους Græci, nostri liberales vocant.* Au-
gustino VI. de Musica: *puerilia studia*, Ciceroni
pueriles disciplinæ. lib. 1. de Natura deorum:
*Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lycæo, nihil
ne ex puerilibus quidem disciplinis.* Ita Ammonius
παῖδα definit διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων
δυνάμενον ἰέναι. † Eadem ratione Græcis προ- 7.
παιδεία, & προπαιδεύματα, quod viam muniunt
studiis Philosophiæ. Suidas: προπαιδεία, τὰ
πρῶτα μαθήματα; unde & προτέλεια, ἀπὸ τῶν
προτελείων τῶν γάμων. Photius in Bibliotheca
προπαιδείαν poëtices ac Grammatices studia
vocat. διεπονεῖτο, inquit, ὁ Παμπρέπιος περὶ τὴν
ἄλλην προπαιδείαν, ὡς ποιητικὴ τέ καὶ γραμμα-
τική. Eadem Suidas Παμπρέπιος: Athenis il-
lum adversus Philosophos disputasse, cum ta-
men Philosophiam non attigerat, τὴν ἄλλην
προ-

προπαιδείαν excolens. Idem Suidas γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, προπαιδεύματα vocat. ὁ δὲ Ὠριγένης οὐκ ἐπαύετο παραδίδους γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν καὶ τἄλλα προπαιδεύματα. Vide Clementem Alexandrinum Stromaton lib. I.
8. Suid. Ἀσκληπιόδοτος, & Νόμος. † Synesius Dione πρώτην παιδείαν vocat. Julius Capitolinus Maximino: *Literis Græcis & Latinis imbutus ad primam disciplinam.* Galenus. περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: τὴν πρώτην παιδείαν, ἣν οἱ παρ' ἕλλησι παῖδες ἐξ ἀρχῆς ἐπαιδεύοντο παρά τε γραμμα-
9. τικοῖς καὶ ῥήτορσιν. † Apud eundem Galenum πρῶτα μαθήματα dicuntur, libro περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτη-
10. μάτων. † Hasce artes liberales sive pueriles, quas scholæ docent, cum iis distingvo in Logicas, hoc est, ut D. Augustinus lib. II. de ordine, rationabiles, & Mathematicas. Logica Aristoteli ἡ πᾶσα τέχνη ὀργανική. Ea est triplex: Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Cicero V. de
11. Finibus. Galenus lib. I. Methodi. † Stoici, ut auctor est Diogenes Laërtius Zenone, Grammaticam omittunt; negant enim scientiam, quatenus literarum elementis occupata. Sanè & Clemens Alex. Stromaton lib. I. excludit τὰ
12. γράμματα ab ἐγκυκλίοις μαθήμασι. † Hunc verò ordinem, quem sequitur etiam D. Augustinus, & ejus rationem ostendit lib. II. de ordine cap. XII. & XIII. præscribit Aristoteles, ut Grammatica prima sit; neq; enim res ipsæ enunciari possunt,

possunt, sed earũ σημεῖα, quæ sunt vocabula. lib. *I.* cap. *I.* περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Rhetorica ultima; nemo enim Rhetor, quin pri9 Dialecticꝰ. Dialectica enim suppeditat communia artium instrumenta, definitionem, divisionem & id genus, sine quibus, ut Cicero Partitionibus res neq; inveniri, neq; tractari possunt. Idem ostendit ratio tradendæ disciplinæ, quam servabat Philosophus. Nam *commentationum suarum*, ut scribit Agellius lib. XX. cap. V. *duas species habuisse dicitur Aristoteles, alia nominabat* ἐξωτερικὰ, *alia* ἀκροατικὰ. ἐξωτερικὰ *dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes,* ἀκροατικὰ, *quæ ad disceptationes dialecticas pertinebant. Huic disciplinæ tempus exercendæ dabat matutinum, illas vero vesperi tradebat.* Atqui hæc generatim de artium divisione, & ordine logicarum, quas nunc singulas videamus.

CAPUT IV.

1. Grammaticæ etymon. 2. Ejus antecursoria γραμματιστικὴ *sive litteratio. 3. Ea definita. 4. Distincti Grammatici & Grammatistæ, sive literatores & literati. 5.* γραμματιστῶν *variæ appellationes. 6. Primæ litteræ. quid notent apud Quinctilianum & Galenum. 7. Literiones apud Augustinum. 8. Literæ pro studiis literarum, & ipsa scriptura. 9. Grammatici*

tici, Magistri & Professores dicti. 10. Petronius explicatus. 11. Discrimen inter Ludimagistros & Grammaticos etiam in jure civili observatum. 12. Idem discrimen ostensum in docendi habitu. 13. Sellæ literatorum. 14. Sedentes docebant, & sæpe in saxis. 15. Sellæ Grammaticorum. 16. Cathedræ. 17. Primi literarũ magistri apud Ebræos grammatoisagoges 18. Apud Græcos jam Charondæ temporibus, apud Romanos initio imperii fuere. 19. Distincti ludimagistri & pædagogi apud Romanos. 20. Eorum munus. 21. Pædagogi pueros sequebantur. 22. Manilius explicatus. 23. Plutarchi, Svetonii & Livii dissensus de tempore ludimagistrorum apud Romanos sublatus. 42. Svetonius illustratus. 25. ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, σχολὴν καὶ διατριβὴν ποιεῖσθαι. *26. Acroasis Dioni & Vitruvio quomodo usurpata. 27.* ἀκρόασιν *Latino auditionem vertunt. 28. Lectionem exponere. 29. Prælegere. 30.* ἐπαγορεύειν. *31. Quid apud Ciceronem dictata perdiscere. 32. Discrimen Grammatistarum & Grammaticorum minus anxiè servatum. Vulcatius Sedigitus Grammaticus. 34. Ejus nomen repositum Svetonio.*

G*Rammatica*, inquit Marius Victorinus, ἀπὸ τῶν γραμμάτων, id est, *à litteris à quibus*

bus incipere debet Iſidorus Originum lib. I. cap. III. ex Auguſtini de Ordine. *Primordia Grammaticæ artis literæ communes exiſtunt, quas librarii & calculatores ſequuntur. Quorum diſciplina velut quædam Grammaticæ artis infantia eſt. Unde & eam Varro literationem vocat.* † Græcis γραμματιστική, ars ſcribendi & legendi. Martianus Capella lib. III. de Nuptiis Philologiæ & Mercurii: 2.
Γραμματική dicor in Græcia, quod γραμμὴ linea & γράμματα literæ nuncupentur, mihiq; ſit attributum literarum formas propriis ductibus lineare. Hincq; mihi Romulus literaturæ nomen adſcripſit, quamvis infantem me literationem voluerit nuncupare, ſicut apud Græcos γραμματιστικὴ primitus vocitabar, tum & antiſtitem dedit, & ſectatores impuberes aggregavit. Itaq; adſertor noſtri nunc literatus dicitur, literator antea vocabatur. Hoc quidem etiam Catullus *commemorat dicens: Munus dat tibi Sylla literator. Idem apud Græcos γραμματοδιδάσκαλος vocitatur.* Huc pertinet illud Ciceronis Partitionib. *litteraturam conſtare ex notis literarum.* † Seneca Epiſt. XXCIIX. 3.
Prima illa, ut antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur. Philo. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: τὸ γε μὴν γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν γραμματικῆς τε ἀτελεστέρας ἐπάγγελμα, ἣν παρατρέποντες τίνες γραμματιστικὴν, καλοῦσι. *Scribere & legere Grammaticæ eſt imperfectæ, quam nonnulli convertentes vocabulũ γραμματιστικὴν vocant.* D. Auguſtinus de ordine

4. lib. II. cap. XII. † Grammaticæ itaq; antecursoria ἡ γραμματιστικὴ & diſtincti fuere γραμματικοὶ καὶ γραμματισταὶ, ut apud Latinos litterati, & literatores. Litterati, poëtarum interpretes. Litteratores, qui primas litteras docent. Apulejus Floridis: *Prima cratera litteratoris, ruditatem eximit, ſecunda Grammatici, doctrina inſtruit.* Quinctilianus lib. I. cap. V. *Primus in eo, qui ſcribendi legendiq; adeptus fuerit facultatem Grammaticis eſt locus.* Dio Xiphilini in Severo: Νουμεριανὸς τις γραμματιστὴς τῶν τὰ παιδία γράμματα διδασκόντων. Suidas γραμματιστὴς. Ita Galenus προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας Grammaticos Philoſophis, Aſtronomis, & Geometris, γραμματιστὰς verò pictoribus & plaſtis adjungit. Svetonius de Illuſtribus Grammaticis: *Sunt qui litteratum à litteratore diſtingvant, ut Græci Grammaticum à Grammatiſta, & illum quidem abſolutè & hunc mediocriter eruditum exiſtiment.* Idem diſcrimen apud Lampridium Alexandro: *In prima pueritia litteratores habuit Valerium Cordum, & L. Veturium, Grammaticos Scaurinum.* Capitolin. M. Antonino: *Uſus eſt magiſtris ad prima elementa Euphorione litteratore, Grammaticis Apro & Pollione.* Tertullianus de Idololatria diſcrimen obſervat inter literarum Profeſſores & Ludimagiſtros, quibus litteratoriam eruditionem tribuit. Literatores autem propriè magiſtri literarii, Grammatici Magiſtri & Profeſſores

Aſca-

† Asconius in Divinat. *Magisterludi. Litterarii ludi magistri, omnem enim scholam ludum dixere. Et magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent.* Augustino *primi magistri.* Confessionum lib. I. *Adamaveram Latinas literas non quas primi magistri, sed quas docent qui Grammatici vocantur.* Fl. Vopisco in Bonoso: *Pædagogi litterarii*, & in Tacito: *Magistri litterarii.* Agrætius: *Magister ludi, docens primas litteras.* Ita l. 11. §. ult. D. de mun. & honorib. Demosthenes Æschynem ridens illi objicit, quod γραμματικὸς, διδάσκαλος τῶν πρώτων, γραμμάτων. Suid. τρέμηλος. Ausonius prima elementa, de Anastasio Grammatico Pictau. 5.

Qui rudibus pueris
Prima elementa dabat.

Idem Ausonius Epitaphio Crispi & Urbici: *Qui primævos fandiq; rudes: Elementorum prima docebas Signa novorum.* † Apud Quinctilianum 6.
lib. I. cap. II. *paulum ultra primas litteras progressi*, hoc est, rudes & leviter instituti. † Ita 7.
D. Augustinus lib. contra adversarium legis contemtim literiones vocat, indoctos & imperitos. *Literiones, sic enim potius, quam litterati appellandi sunt, qui legendo literatos, nihil sapere didicerunt.* At Galeno Lexico Hippocratis πρῶτα γράμματα, ἡ πρώτη παιδεία, quæ est ἐγκυκλίων μαθημάτων. † Nam literæ Philologiam 8.
& literarum studia notant, ut apud Ciceronem

de Oratore: *Studium literarum, quod profitentur ii, qui Grammatici vocantur.* Plinius lib. XXXV. *Omnibus litteris eruditus, præcipue Arithmetica & Geometria,* & litteræ, ipsa Scriptura. Petronius: *Et tu litteras scis, & ego ne quæstubus tuis obstem, aliquid aliud promittam.* Huc pertinet nota vox Neronis apud Senecam lib. II. cap. I. de Clementia: *Vellem nescire literas.* L. VI. §. ult. D. de excus. tut. imperiti literarum excusantur à tutelâ. Glossæ: Αγράμματος *Illiteratus.* Columella lib. I. Cap. IIX. *Illiteratus villicus dummodo sit tenacis memoriæ rem satis commodè administrare potest.* Agellius lib. XI. cap. XVIII. *Tacito illiteratoq; consensu oblitteratæ.* Intelligit Jus ἄγραφον. L. VI. de justic. & jure.
9. † Grammaticos Magistros & Professores appellari solitos docent veteres inscriptiones, & illa apud Svetonium de illustrib. Grammaticis in Palæmone: *Vis tu Magister, quoties festinantem*
10. *aliquem vides, abligurire.* † Petronius: *Rogo,* inquit, *magister, quid putas inter Ciceronem & Publium interesse.* Indubie enim alloquitur Grammaticum Criticum. Svetonius in Probo: *Nunquam ita docuit, ut magistri personam sustineret; unum vel alterum postmeridianis admittere solebat, cubansq; inter longos ac vulgares sermones legere quædam.* Idem Svetonius, Orbilium reliquisse filium Grammaticum professorem.
11. † Adverte, non ludi magistrum. Grammatici & Professores literarum. L. VI. magistri studiorum.

diorum. L. VII. C. de profeſs. Jus Civile idem diſcrimen inter Ludimagiſtros & Profeſſores obſervat. Nam literatores, ſive ut Ulpianus L. 1. §. 1. D. de extraord. cognit. ludi litterarii magiſtri, nec Profeſſorum numero ſunt. nec vacationem munerum habent. L. XI. §. eos qui D. de muner. & honor. niſi quod illis Jus extra ordinem dicatur, ut librariis, & notariis, & calculatoribus, quorum artes non liberales, ſed liberabilibus vicinæ. d. l. 1. Grammaticis vero, Oratoribus, Medicis & Philoſophis indulta immunitas, ne hoſpitem reciperent. l. ult. D. de mun. & honor. Angariorum quoq; præſtatio iisdem remiſſa. L. ab his §. III. D. de vacat. † Notemus
12. etiam diſcrimen ipſo docendi habitu. Docebant quidem ſedentes. Svetonius de Illuſtrib. Grammaticis: *Orbilii ſtatua Beneventi oſtenditur, habitu ſedentis ac palliati.* † Sed Magiſtri litterarii
13. minus altæ ſellæ inſidebant, quibus ſcilicet res erat cum parvulis, & quorum opus propiori inſpectione egebat. † Prudentius Hymno Cas-
14. ſiani:

Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, magiſter litterarum ſederat,

Plautus Bacchid.

--- in ſella apud magiſtrum asſideres,
Tum librū legeres, ſi unā peccaviſſes ſyllabam,
Fieret corium tàm maculoſum, quam eſt nutricis pallium,

 Imo

Imò ſæpè in via obviis ſaxis inſidentes docebant. Dio Chryſoſtomus Orat. περὶ λόγου ἀσκήσεως : οἱ γὰρ τῶν γραμμάτων διδάσκαλοι, μετὰ τῶν παίδων ἐν ταῖς ὁδοῖς κάθηνται. καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐμποδών ἐστιν ἐν τοσούτῳ πλήθει, τοῦ διδάσκειν τε καὶ μανθάνειν. *Literarum magiſtri cum pueris in viis ſedent, & nequicquam illos impedit in tanta turba docere & diſcere.* Auguſtinus Confesſionum lib. I. cap. XVI. Vidi Romæ in ædibus privatis, ubi Auguſti ſepulchrum ajunt, tabulæ marmoreæ inciſam effigiem viri, qui volumen manu tenet, inſidens ſellæ ſpecie docentis. A qua parum abit alia ſtatua, quæ in ædibus Tibe-
15. rii Cevolii viſitur. † Grammaticorum vero ſellæ altiores, & propriè cathedræ. Auſonius Profeſs. *Et te quem cathedram temere uſurpaſſe loquuntur, Nomen Grammatici nec meruiſſe putant.* Cælius Aurelianus Acutorum Paſs. lib. I. *fertoria*
16. *ria ſella, vel cathedra.* † Eſt enim cathedra major & altior ſella. unde & Sidon. Apoll. cathedrarii magiſtri. Theo. Sophiſta : ἵδρυται μὲν ὁ διδάσκαλος ἐφ' ὑψηλοῦ τινος, ὥσπερ οἱ δικασταὶ, φοβερὸς, θυμὸν ἐμφανίζων. δεῖ τὸν νέον προσιέναι, ποικίλην ποιησόμενον τὴν ἐπίδειξιν ὧν εὗρεν ὧν συνέθηκε. *Sedet magiſter ſublimiori loco, ut judices, terribilis, iram præ ſe ferens. Cogitur accedere puer, exhibiturus quæ invenit, aut compoſuit.* Quæ autem forma ſellæ Magiſtrorum oſtendit ſtatua M. Metii Epaphroditi, quam itidem Ro-
7. mæ vidi. † Apud Hebræos primi litterarum magi-

magiſtri, quos γραμματοεισαγωγὰς vocant. Auguſtinus de civit. Dei lib.XVIII. cap XXXIX. *Moyſes in podulo Dei conſtituit, qui docendis literis præeſſent, priusquam divinæ legis ullas literas noſſent. Hos appellat ſcriptura grammatoiſagoges, qui Latinè dici poſſunt, literarum inductores, vel introductores eo quod eas inducant vel introducant in corda diſcentium.* †Apud Græcos antiquisſima ferè 18. illorum mentio in legibus Charondæ, quas recenſet Diodorus Siculus lib. XII. Apud Romanos ipſis imperii primordiis fuerunt. Romulum liberaliter inſtitutum Plutarchus, & auctor libri de origine gentis Romanæ. Livius lib. III. de Virginii filia. *Virgini venienti in forum (ibi namq; in tabernis litterarum ludi erant) miniſter decemviri manum injecit.* Ubi obſervamus & puellas magiſtris litterariis uſas, quod & Dionyſius Halicarnarſſæus lib. XI. Antiquitatum Rom. & Plutarchus lib. IX. Sympoſ. tradunt. Idem Livius lib. VI. de Camilli ingreſſu ad Thuſculanos: *Intentos opifices ſuoquemq; operi, & ludos literarum ſtrepere diſcentium vocibus.* lib. V. *Mos erat Faliſcis, eodem magiſtro liberorum & comite uti, ſimulq; plures pueri, quod hodie in Græcia manet, unius curæ demandabantur.* † Nam recepto 19. Romanis more Magiſtri ludi literas docebant, Pædagogi verò ſive Comites cuſtodiæ cauſſa adhibiti. Quamquam & ipſi Magiſtri Pædagogi dicti. Donatus in Phorm. Act. V. Sc. II. Quinctilianus lib. I. Nam & cura morum & ſer-

 monis

20 monis penes illos. † Disertim tamen distingvit Theo Sophista Progymnasmatis, & rectè: τὰ μὲν δὲ τοῦ διδασκάλου τοιαῦτα· ὁ δὲ δὴ παιδαγωγὸς τῶν δεσποτῶν βαρύτερος ἐφεστηκὼς, ἀεὶ μικροῦ καὶ συνημμένος, ἐπεγείρων συνεχῶς, ἐπιπλήττων διαπαντὸς, ῥαστώνης ἀπελαύνων. ἐπὶ δὲ τοῖς μικροῖς ὑπερβαλόντως κολάζων, ἔνοπλος ἑπόμενος, βακτηρίαν ἢ σκῦτος ἐν τῇ δεξίᾳ προφέρων. *Atqve hæc qvidem magistri. Pædagogus vero dominis ipsis gravior semper adest, ferè alligatus, semper excitans, perpetuo reprehendens & objurgans. Ob minima qvæqve acriter puniens, seqvens armatus, scipionem aut scuticam dextra præferens,* Horatius lib. I. Sat. VI.

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat - - -

21. † Hinc in Glossis: Παιδαγωγὸς *Pædagogus, Pedisseqvus.* Seqvebantur enim pædagogi. Homiliæ
22. Græcolat Juvenalis Satyra X. † Manilius lib. IV

Et dominum dominus prætextâ lege seqvatur.

Servum pædagogum domini pueri dominum appellat, propter imperium morum, & diligentiæ, qvod in eum exercebat. Ipsis ergo initiis Ro-
23. mani imperii ludi magistri. † At Plutarchus ῥωμαϊκοῖς: Herculem docuisse Evandrum, cognatos antiqvitus literas tradidisse amicis & propinqvis. Sero cæptum mercede doceri apud Romanos, primum Spurium Carbilium ludum literari-

um

um aperuiſſe. *ὀψὲ δὲ ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρβίλιος, ἀπελεύθερος Καρβιλίου.* Non intelligo qva ratione Spurium Carvilium primum ludum aperuiſſe aſſerat; cum ex Livio notum ante hæc tempora alios ludum literarium exercuiſſe.
† Illa quoque Svetonii legentem retinent: *Primus* 24
in urbem intulit ſtudium Grammatices Crates Mallotes, Ariſtarchi æqvalis, qvi miſſus ad ſenatum ab Attalo rege inter ſecundum & tertium bellum Punicum, plurimas ἀκροάσεις ſubinde fecit, adſidueqve differuit. Sed obſervata diſtinctione rectè conſtabit; ut eos de qvibus Livius, cenſeamus verè literarios magiſtros, & nihil præter primas literas docuiſſe. Spurium Carvilium & ipſum quidem literas docuiſſe, ſed aucta jam arte. Indicio eſt ipſe Plutarchus *ῥωμαϊκοῖς. προβλ.* LIV. ubi ait G litera Romanos ſerius uti cæpiſſe, eamque reliquis adjectam à Spurio Carvilio. At Crates non docuit primas litteras, ſed Grammaticus notæ eruditionis primus Poëtas Romæ publicè interpretatus Grammaticæ ſtudium invexit. Suidas ſcribit Cratetem Malloten *σύγχρονον Ἀριστάρχου ὁμηρικὸν καὶ κριτικὸν* appellatum, *διὰ τὴν περὶ τοὺς γραμματικοὺς καὶ ποιητικοὺς λόγους ἐπίστασιν.* † Ideo & Sveton. Cratetem *ἀκροάσεις* 25
feciſſe, ut Polybius Legat. CXXII. *Ἰσοκράτης γραμματικὸς, τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων.* Vult enim oſtendere non literatorem fuiſſe Iſocratem, ſed Grammaticum Profeſſorem; nam

eundem Legat. CXX. κριτικὸν appellat. Et Ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, verè de Grammatico Professore. Basilius Epist. ad Gregorium σχολὴν καὶ διατριβὴν ποιεῖν. Porphyrius apud Theodoretum Sermone XII. ἦν δὲ τῶν ἐπιλυμωμένων καὶ τάδε σωκράτει, ὅτι εἰς τοὺς ὄχλους εἰσωθεῖτο καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο πρὸς ταῖς τραπέζαις. *Inter alia Socrati objecta, quod turbæ frequentioris concilio sese immisceret, & ad mensas concursu facto*
26 *differeret.* † Dio Chrysostomus ἀκρόασιν quamvis in publico dissertationem vocat. Orat. ταρσικῇ. ά. ἡ μὲν τοιάδε ἀκρόασις θεωρία τις ἐστὶ καὶ πομπή, παραπλήσιον ἔχει τι ταῖς ἐπιδείξεσι τῶν καλουμένων ἰατρῶν. *Talis dissertio in speciem & pompam composita simile quiddam habet ostentationibus Medicorum.* Vitruvius acroasin pro ἐπιδείξει usurpavit. lib. X. cap. XXII. *Eo tempore quidam architectus Callias Rhodum cum venisset, acroasin fecit. exemplumque protulit muri, & supra id machinam in carchesio versatili constituit, qua Helepolim ad mœnia accedentem corripuit, & trans-*
27 *tulit intra murum.* †Seneca ἀκρόασιν auditionem vertit lib. IX. Controversia III. *Cassius Severus ab auditione ejus cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit: Malè.* Epist. CIIX. *Auditionem Philosophorū, lectionemque ad propositum beatæ vitæ trahendam.* & Agellius lib. XXII. cap. II. *Qui easdem auditiones eosdemque Doctores colebamus.* Ergò ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, quod Apulejus Floridis, frequenti Auditorio differere. Hoc autem

autem propriè Philoſophorum & Rhetorum, de quibus Dio & Seneca. † Sed à ſimilitudine & 28
frequentia etiam de Grammaticis uſurpatum, quorum tamen proprium lectionem exponere. Quanquam & hoc pari ratione ad Philoſophorum diatribas translatum. Agellius lib. 1. cap. XXVI. *Interrogavi in diatriba an ſapiens iraſceretur, dabat enim ſæpè poſt quotidianas lectiones quærendi quod quis vellet poteſtatem.* Sed, ut dixi, lectionem exponere Grammaticorum. Auguſtinus Confeſs. lib. VI. Idem & prælegere dicunt. † Sveton. de Illuſtr. Grammaticis, Q. Cæcilio: *Virgilium aliosq́; novos Poëtas prælegere cæpit.* Agellius lib. XIIX. *Si Magiſtrum prælectoremq́; habuiſſet alicujus æris.* † Græcis magiſtris ἐπα- 29
γορεύειν. Homiliis Græcolat. ἐπαγορεύοντος καθηγητοῦ *Dictante Præceptore.* Dictata enim ad interpretationem pertinebant. † Quod au- 30.
tem Cicero ad Q. Fratrem: *Pueri tanquam dictata perdiſcant.* Et in Homiliis Græcolatinis: ἤρξάμην ἀποδοῦναι ἀναλήμματα. *Cæpi reddere ediſcenda.* Ἀναλήμματα enim antea dictata dixerat; ita intelligendum ediſcere ſolitos non ea, quæ ad interpretationem exceperant, ſed ipſius Auctoris verba. Nam & illa dictabant, iisq́ue μετάφρασιν, & enarrationem adjiciebant, ut ex iisdem Homiliis patet. † Sed diſcrimen γραμ- 13.
ματικῶν & γραμματιστῶν parum ſollicitè obſervatum. Diodorus Siculus lib XII. in legibus Charondæ γραμματικὴν vocat ἐπιστήμην τῆς ἀναγνώ-

σεως

σκειν καὶ γράφειν, quæ est γραμματιστική, ut Suidas definit. ἐνομοθέτησε γάρ, inquit Diodorus, τῶν πολιτῶν τοὺς υἱοὺς ἅπαντας μανθάνειν γράμματα. τὴν γὰρ γραμματικὴν παρὰ τὰς ἄλλας μαθήσεις προέκρινεν ὁ νομοθέτης. διὰ γὰρ ταύτης τὰ πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα τῶν πρὸς τὸν βίον ἐπιτελεῖσθαι, ψήφους, ἐπιστολάς. Plutarchus de discrimine adulatoris & amici: γραμματικὸς ἐπιπλήττων παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου. *Grammaticus puerum castigans de tabula & stylo.* Ælianus de historia animalium lib. II. cap. XII. γραμματικὸν γράμματα γράφοντα. cui & πίνακα

33. tribuit. † Svetonius de Ill. Grammat. *Appellatio Grammaticorum Græca consvetudine invaluit; sed initio litterati vocabantur. Cornelius Nepos in libello, quo distingvit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acutè possunt dicere aut scribere: cæterum propriè sic appellandos poëtarum interpretes, qui à Græcis* γραμματικοὶ *nominantur: eosdem literatores vocitatos. Messalla Corvinus in quadam Epistola, non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem aut litteratore Catone, significat haud dubie Catonem Poëtam simul Grammaticumque notissimum.* Sed quis iste quæso Sedigas? Puto aliquis Pœnus, aut Afer, certè minus familiaris Italis auribus. Quare censeo restituendum ex antiquo Codice: *nec cum Sedigito quidem, aut litera-*

34 *tore Catone.* † Notus Vulcatius Sedigitus Gram-

ma-

maticus, quem librum de Poëtis scripsisse Auctor est Agellius lib. XV. cap. XIV. Atque ita demum Sedigiti manes ritè me placâsse arbitror, quod nomen jam fugiens tam illustri loco reposuerim.

CAPUT V.

1. Primum Grammatisticæ munus in formanda voce ad lectionem & pronunciationem. 2. Tertullianus illustratus. Edomator vocis. 3. Grammatistæ quid docuerint. 4. Vocis exercitatio cur antiquis usurpata. 5. Præceptor vocis. 6. Phonascus. Præcentor.

MOnet ordinis ratio, ut pertexam de 1.
γραμματιστικῇ. Ejus munus duplex; in dirigenda scilicet voce & manu. Illam, ad lectionem, & aptam ac rectam pronunciationem; hanc, ad scriptionem & computationem. De lectione, quam Cælius Aurelianus lib. I. litteralem appellat supervacuum existimo Grammaticorum commentarios exscribere. Vide Quinctilian. lib. I. cap. II. Hieronymum Epist. ad Lætam. & Gaudentium. De prima pronunciatione Plato in Protagora. Quinctilianus lib. I. cap. XIX. Homiliæ Græcolat. † Tertullianus de Pallio: *De meo vestiun-* 2.
tur & primus informator literarum, & primus edomator

mator vocis, & primus numerorum arenarius. Edomatorem vocis capio γραμματιστὴν, qui præit puero discenti ad veram pronunciationem, cujus vox adhuc rudis & indomita. Ideo ut cognata & ejusdem artis conjunxit, informatorem literarum, edomatorem vocis, & numerorum
3. harenarium. † Ea enim docebant primi Magistri, sive γραμματισαὶ. Plato VII. de legibus prima institutione doceri scribit literas, artem numerandi, & canendi lyra. Augustinus lib. I. Confessionum: *Primas litteras, ubi legere, scribere & numerare discitur.* Lucianus περὶ γυμνασίων: τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν, καὶ γράμματα γράψασθαι, καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν. *Animum itaq; primùm Musica, & Arithmetica excolimus, & literas pingere, easq; rectè pronunciare docemus.* Non audio illos, qui edomatorem vocis Phonascum interpretantur, & pari errore præceptorem vocis in remediis morborum adhibitum confundunt cum præcentore
4. chori. † Vocis exercitatio antiquis usurpata duplici fini: ad remedium morborum, & vocis cultum. Oribasius lib. I. cap. V. Cum ergo sanandis morbis adhibita, ratione morbi sæpe initio lenis, interdum concitatior & altior ad majorem motum, sæpe remissa & exilis, ut multis docet Plutarchus de tuenda valetudine. Ideoq; adhibiti, qui modum præirent ad vocis tempe-
5. ramentum, † Cælius Aurelianus lib. I. tarda-

rum

rum passionum: *Vocis exercitium Musico monitore adhibitum.* lib. II. Cap. VI. *Vocis exercitatio adhibito Praeceptore.* Ita Neronem narrat Svetonius nihil serio jocovè egisse, nisi adstante phonasco, qui moneret parceret arteriis. † Longe diversis usus Phonascus, quem Glossae vocalem, Auctor libri de mundo κορυφαῖον, hoc est, interprete Apulejo, praecentorem in choris, quem & ducem carminis vocat eodem libro. Plato VI. de legibus χορῶν ἄρχοντα καὶ διαθετῆρα appellat. Augustinus enarrat. Psalmi LXXXVII. *In arte Musica praecentor dicitur, qui vocem promittit in cantu, succentor autem, qui subsequenter canendo respondet.* Varro ὄνος λύρας: 6.

Phonascus adsum vocis suscitabulum,
Cantantiumq; gallus gallinaceus.

CAPUT VI.

1. Alterum Grammatisticae munus in docenda scriptione & computatione. 2. Artis scribendi finis, & modus eam docendi. 3. Praeducere παραγράφειν. *4.* ὑπογραμμός. *5. De triplici scribendi ratione apud antiquos. 6.* σημεῖα. *Notae.* σίγγλαι. *Literae singulariae. 7. Prudentius explicatus. Item l. VI. de bon. poss. 8. Notae ad celeritatem. 9. Notarii* ταχυγράφοι. *10. Notas quis invenerit. 11. Notoria*

ria Augustino & Apulejo quid notet. 12. Notæ occultæ. 13. Litteræ sacræ Ægyptiorum. 14. Antiquarii καλλιγράφοι. 15. Librarii. Eorum latissimus usus. Scribæ librarii. 16. Grammatista pro librario apud Sveton. 17. Notarii excipiebant εἰς τάχος, unde Exceptores, librarii redigebant εἰς κάλλος.

1. ALterum munus Grammatisticæ in directione manus ad scriptionem & computationem. Capitolinus Pertinace: *Puer litteris elementariis, & calculo imbutus.* Vide Lucianum περὶ γυμνασίων. Diodor. Sic. lib. XII. Augustinus de ordine lib. II. cap. XII. *Sed audiri absentium verba non poterant, ergo illa ratio peperit literas notatis omnibus oris ac lingvæ sonis, atq; discretis. Nihil autem horum facere poterat, si multitudo rerum sine quodam defixo termino infinite patere videretur. Ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est. Quibus duobus repertis nata est illa librariorum ac calculorum professio, velut quædam Grammaticæ in-*
2 *fantia, quam Varro litterationem vocat.* † Artem scribendi Aristoteles Politicωn lib. IIX. cap. III. γραμμάτων μάθησιν vocat, & aliis disciplinis addiscendis adjumento esse, πρὸς χρησιμὸν καὶ οἰκονομίαν, καὶ πρὸς πολιτικὰς πράξεις πολλὰς conferre ait. Ejus finis; ut doceat rectè & ornatè literas pingere. Ornatus in eo est, ut

aptæ

aptæ ad lectionem literæ exprimantur, & versus directi margini inclusi. † Scribendi artifices ad 3.
artis compendiariam literarum characteres pingere solent, & ductu præire ad imitationem, quod Latini præducere. In ὁμιλίαις Græcolat. παραγράφειν οὐκ οἶδα. σύ ἐμοὶ παράγραφε ὡς οἶδας. *Præducere nescio, tu mihi præduc, quomodo scis.* hinc Ulpianus l. XI. D. de mun. & hon. *Magistros, qui primis literis pueros inducunt.* In aliis Homil. Græcolat. ἐξάγω γραφίδα. λεαίνω, περιγράφω πρὸς τὸ ὑπογραμμόν. *Educo graphiolum, complano, describo ad exemplar.* † ὑπο- 4.
γραμμὸν appellat tabulam, in qua literæ ad imitationem expressæ. Interdum discentium manus adductum dirigere solebant, aut literarum elementa tabellis insculpere, lineas præducere, quas regulam & amussim sequerentur. Hinc vulgare illud apud Fl. Vopiscum in Tacito: *Dî avertant Principes pueros, & quibus ad subscribendum magistri literarii manus teneant.* Plato in Protagora: οἱ γραμματισαὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων, ὑπογράψαντες τὰς γραμμὰς τῇ γραφίδι, οὕτω τό γραμμάτιον διδόασι, καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν. *Ut literarum magistri, iis qui necdum exactè scribunt, lineas præscribunt, & earum ductum sequi cogunt.* Quinctilianus lib. I. cap. II. *Cum vero jam ductus sequi cœperit, non inutile erit eas* (literas) *tabellæ quam optimè insculpi, ut per illos velut sulcos ducatur stylus. Nam neque errabit, quemadmodum*

modum in ceris, (continebitur enim utrinq; marginibus) neq; extra præscriptum poterit egredi. & celerius ac sæpius sequendo certa vestigia, firmabit articulos, neq; egebit adjutorio, manum suam manu superposita regentis. Quem locum expressit D. Hieronymus ad Lætam his verbis: *Cum verò cæperit trementi manu stylum in cera ducere, vel alterius superposita manu teneri regantur articuli, vel in tabula sculpantur elementa, ut per eosdem sulcos inclusa marginibus trahantur vesti-*
5 *gia, ut foràs non queant evagari.* † Triplex autem scribendi ratio apud antiquos: Notis sive διὰ σημείων, literis singulis, & verbis integris.
6 † Plutarchus in Catone: σημεῖα, ἐν μικροῖς καὶ βράχεσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. *Signa sive notæ parvis & exiguis figuris plurium literarum vim habentes.* Evodius Epiphanio: *Notarum compendia.* Prudentius περὶ στεφάνων, Hymno dicto Cassiano: *Notarum signa.* Sidonius Apollinaris lib. IX. epist. IIX. *Comprehendebant signis, quod literis non poterant.* Græci notas σημεῖα vertunt. Glossæ: σημειογράφος *Notarius.* Hieronymus Epitaphio Nepotiani. Prudentius eodem Hymno: *Puncta.* Ausonius Epigram. CXXXVIII.

Punctis peracta singulis
Ut una vox absolvitur.

Literæ singulæ Nov Justin. σίγλαι. Et Constit. II. ad Antecess. de jur. doc. rat. Agellius lib.

lib. *XVII. In his Epistolis quibusdam in locis inveniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, quas putes positas incondite. Nam verba ex his consici nulla possunt.* Coagmenta syllabarum ductus aut lineæ, quibus literæ connectuntur. † Prudentius *catenas* appellat, eodem Hymno: 7.

Flexas catenis impedire virgulas.

Festus: *Nota nunc significat signum, nunc literas singulas, aut binas* Ergo & notæ litteræ. At l. VI. §. ult. D. de bonor. possess. Notas litteras non esse. Intellige scripturam integram sine notis lib. *XL.* §. 1. de testam. mil. † Hæc scribendi ratio duplici fini potissimum usurpata, εἰς τάχος sive celeritatem, & obscuritatem, scilicet in iis, quæ alios cælare volebant. De velocitate Seneca Epist. *XCI. Quid verborum notas, quibus citata excipitur oratio, & celeritatem lingvæ manus sequitur.* Prudentius: 8.

Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimq; punctis verba præpetibus sequi.

Ausonius Epist.

Puer notarum præpetum
Sollers minister.

Manilius lib. IV.

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,
Quiq; notis lingvā superet, cursimq; loquētis
Excipiat longas nova per compendia voces.

Martialis lib. *XIV.*

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

9. †Notarii verò οἱ γράφοντες εἰς τάχος διὰ σημείων. ita interpretor verbis Galeni lib. I. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. Idem Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: διὰ σημείων εἰς τάχος ἠσκημένω γράφειν. Basilio Epist. ad Diodorum: εἰς τάχος γράφοντες. Nov. *XV.* ταχυγράφοι Philoni περὶ καταστάσεως ἄρχοντος: ὀξυγράφοι. Synesius Epist. *LXI.* & *LXVII.* Asterius ταχυγράφος. Plutarcho in Catone: σημειογράφος. Epiphanius καθ' αἱρέσεων lib. III. Hieronymus ad Julianum: *Apposito notario cogebat loqui, quæ velociter edita vox consequeretur manus, & linguæ celeritatem prenderent signa verborum.* Augustinus lib. II. de doctrina Christiana. Contra Academicos lib. I. cap. 1. Hieronymus de vitando suspecto contubernio. Ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Cassiodorus in Psalm. *XLIV.* Eunapius Proæresio. Suidas,
10 Moscopulus. † Notarum inventio variis adscripta. Isidorus Originum lib. I. cap. *XXI.* ab Ennio inventas, & libertis Mecænatis auctas refert. Dio lib. LV. ipsum Mecænatem earum inventorem ait. Eusebius verò in Chronicis Tyroni Ciceronis liberto adscribit. Apud Græcos

Xeno-

Xenophontem primum notis ſcripſiſſe Auctor Diogenes Laërtius. † Notoria vero apud Au- 11.
guſtinum Epiſt. CLX. & Apulejum Mileſiarum VI. non eſt brevis aut compendiaria ſcriptio, ut aliis perperam viſum; ſed indicium, quo crimina ſive rei deferuntur. L. VII. C. de accuſ. *notoriis inſimulatus*. L. V. D. ad S. Ctum Turp. *Qui per notoria indicia produnt*. Gloſſæ: Μίνησις *Indicatio, Notoria, Indicium*. Tertullianus Apologetico, & lib. ad Scapulam elogium vocat Neq; notoria, quod notis perſcripta, ut alii ridiculè exiſtimant, ſed quod notos faciebat, ſive indicabat reos, ut apud Petronium, & Senecam Epiſt. *XXXIX*. Notor γνωςήρ, ſive is qui ignoti notitiam dat. † De notis occultis, quibus uſi in 12.
iis, quæ alios cælare vellent Cicero ad Atticum: *Quæ ad te de legatis ſcripſi parum intellexiſti credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram*. Agellius lib. *XVII*. Cap. *IX*. occultas litteras vocat, & de earum ſignificatione Probum Grammaticum Commentarios reliquiſſe ſcribit. Firmicus Aſtronomicon lib. III. cap. *XII*. difficiles & abſconſas literas appellat. Harum frequens uſus in ſacris, quorum myſteria occultis notis & literis tradi ſolita, ne profanis paterent. Clemens Alexandrinus Stromatων lib. VI. Apulejus lib. *XI*. *De opertis adyti profert quosdam libros, literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris cujuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes; partim nodoſis, & in modum*

rotæ tortuosis, capreolatimq; condensis apicibus à
13. *curiositate profanorum lectione munita.* † Hujusmodi apud Ægyptios literæ sacræ, de quibus Plutarchus περὶ Ἴσιδος καὶ Οσίριδος. Nam duplex est apud ipsos literarum genus: commune, & sacrum. Illud, omnes passim discebant; hoc, soli sacerdotes. Diodorus Siculus lib. II. Strabo Geographiæ lib. *IX.* refert obeliscum Sesostridis ex Ægypto in urbem advectum, insignitum notis, sive ut Ammianus Marcellinus, scriptilibus effigiatum elementis, quæ rerum naturalium abdita innuebant. Horum inventum Jamblychus de mysteriis ad Hermetem Trismegistum refert. Scribendi verò obscuritas variis modis inducta, sive pictura characterum prorsus à legentium cognitione abludente, sive literarum situ transmutato, sive alia quavis ratione scribentis arbitratu. Svetonius in Jul. Cæsare. *Exstant Epistolæ ejus ad familiares domesticis de rebus. In quibus si qua occultius quædam perferenda erant per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset. Quæ si quis investigare vellet quartam elementorum literam D pro A, & deinde reliquas commutet.* Idem in Augusto: *Quoties per notam scribit B pro* A, C. *pro B, ac deinde eadem ratione sequentes literas ponit.* De simili scribendi latebra Dio lib. *XL* & lib. *LI.* Isidorus Originum lib. *I.* cap. *XXIV.*. Agellius lib. *XVII.* cap. *IX.* qui & alia furtivi scripti ingenia narrat, qualis Laconum σκυτάλη, de

qua

qua Plutarchus Lyſandro, Scholiaſtes Pindari
Olynth. III. Suidas, Auſonius Epiſt. † Altera 14
ſcribendi ratio ad elegantiam ſive εἰς κάλλος,
unde καλλιγράφοι. Latinis Antiquarii. Gloſſæ:
Antiquarius ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. Phi-
loſtratus Apollonio lib. I. ἐξέλαυνε τῆς Ἀντιο-
χείας μετὰ δυοῖν θεράποιν, ὁ μὲν ἐς τάχος γρά-
φων, ὁ δὲ ἐς κάλλος. *Ejecit ex Antiochia cum*
duobus ſervis, quorum alter notarius, alter antiqua-
rius. Auguſtinus Serm. *XLIV. Qui videt literas*
in codice optime ſcripto, & non novit legere, laudat
quidem antiquarii manum admirans apicum pul-
chritudinem. Hieronymus: *Habeo alumnos, qui*
antiquariæ arti ſervient. Vide Græc. Epigram.
lib. VI. Casſiodor. de divinis lectionibus cap.
XV. & *XXX.* Auſon. Epiſt. ad Probum. † Si- 15.
don. Apollin. lib. *IX.* Epiſt. ult. Iſidorus O-
riginum lib. VI. *Librarii, iidem & antiquarii vo-*
cantur; ſed librarii, qui nova & vetera ſcribunt.
Antiquarii, qui tantummodo vetera. Inepta &
non neceſſaria diſtinctio. Librariorum uſus &
nomen latisſimè patet, quorum tota ars circa
chartas & libros; quos deſcribebant & vende-
bant: utrumq; enim librariorum. inde in Gloſ-
ſis: βιβλιογράφος *Librarius.* βιβλιοπώλης *Li-*
bellio. Vario iſto librariorum uſu increbuit, ut
librarii, ſcribæ & notarii dicerentur. Sane vocis
etymon omnibus iſtis commune eſt; ſcribit e-
nim D. Hieronymus Epiſt. ad Niceam: *Scripto-*
res à libris arborum librarios vocaſſe. L. *XC.* D de
D 4 diverſ.

diverſ. reg. jur. librarium conſcripſiſſe verba ſtipulationis. Et L. ult. de jure immun. librarii horreorum, caducorum. In veteri inſcriptione ad diſtinctionem ſcribæ librarii dicuntur.

Q. LVCRETI. QVINTIANI.
SCRIBÆ, LIBRARI.

Et in alia Inſcriptione:

L. VIBIVS. AVG. SER. PAMPHI-
LVS. SCRIBA.
LIB.ET.A.BIBLIOTHECA.LA-
TINA. APOLLINIS.

Palladius de re ruſtica, præfatione libri de inſitione: *Quod volumina hæc ruris colendi ſerius quam juſſeras, ſcripta ſunt, librarii manus ſegnior fecit.* Martialis lib. *II.* Epigr. *IIX.* lib. *IV.* Epigr. ult. Interpres Horatii in Arte & Svetonio Tranquillo: *Scriptor, Librarius, Bibliopola.*

16. † Svetonius de Ill. Grammaticis, Grammatiſtam librarium, ſive Bipliopolam vocat. In Valerio Probo: *Legerat in Provincia quosdam veteres libellos apud Grammatiſtam.* Ita librarius pro Grammatiſta ſive magiſtro literarum apud D. Hieronymum Epiſt. ad Lætam: *Nec erubeſcet*, inquit, *vir doctus id facere in propinqua vel nobili, quod facit Ariſtoteles in Philippi filio, ut ipſe librariorum vilitate initia traderet literarum.* Vicinæ autem & cognatæ artes librariorum, notariorum, calculatorum, & id genus. L. 7. §. dabitur. D. de oper. libert. quos Themiſtius Orat. *XIII.* elegan-

eleganter τὰς τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης
δημιουργοὺς appellat; utpote quorum professio
circa notas & litteras, quibus Ulpianus L. I. §.
VI. D. de extraord. cognit. opponit artes, quæ
sunt extra notas vel literas. † Sed notarii conci- 17.
piebant notis εἰς τάχος, unde exceptores. Ve-
tus lapis:

L. AVRELIO
MARCIANO. AVG.
LIB. EXCEPTORI.

Epiphanius contra Hæreses lib. II. Ἐν οἷς ἐκέ-
λευσαν ταχυγράφοις γράφειν καλλιγράφῃ ἐσκέ-
πλοες, ῥουφίνου τοῦ ἐπάρχου. Historiæ Tripartitæ
lib. V. cap. VIII. *Exceptoribus voces eorum con-*
scribentibus. Librarii & antiquarii recognosce-
bant & redigebant εἰς κάλλος. Eusebius Histo-
riæ Ecclesiasticæ lib. VI. cap. XXI. de Origene.
Ταχυγράφοι δὲ γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀ-
ριθμὸν παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι χρόνοις τεταγ-
μένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες. βιβλιογράφοι τε οὐχ
ἥττους ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ καλλιγραφεῖν ἠσκη-
μέναις. *Plures quam septem notarii statis tempo-*
ribus vices suas alternantes dictanti aderant. Nec
pauciores librarii cum puellis ad eleganter scriben-
dum exercitatis. Expressius Suidas Origines: ὑ-
πηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις, καὶ οἱ βιβλιογρά-
φοι σὺν γυναιξὶν ἔγραφον ἐπὶ τὸ καλλιγρα-
φεῖν ἐξησκημέναις. *Dictavit notariis, & librariis*

ac mulieres edoctæ eleganter scribere descripserunt. D. Hieronymus in vita Hippolyti: *Ambrosius cohortatus est Originem in scripturas commentarios scribere, præbens ei septem & eo amplius notarios, & librariorum parem numerum.* Vides Hieronymum ταχυγράφους vertere notarios. Sophronius verò apud Hieronymum librarios vertit καλλιγράφους. Notarii ergò ut exciperent εἰς τάχος, librarii ut redigerent εἰς κάλλος. Paulus L. IV. §. 1. D. de testam. mil. *L. Titius miles testamentum scribendum notis dictavit, & antequam literis præscriberetur, vita defunctus est.* Primo notis exceptum ait εἰς τάχος, posteà literis sive integra scriptura consignatum εἰς κάλλος. Epiphanius contra hæreses lib. III. Extremo scribit Anatolium opus suum contra hæreses notis excepisse. Hypatium transcripsisse εἰς κάλλος, & emendasse. Actis Synodi Ephesinæ, in Epist. Cyrilli: Μέλλομεν οὖν τοὺς χάρτας τελειώσαντες, τοὺς γενομένους ἐν τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, λοιπὸν ἐπιταχύνειν πρὸς ὑμᾶς.

CAPUT VII.

1. *De* λογιστικῇ, *& duplici computandi ratione, in eam rem plurimi veterum Auctorum loci explicati.* 2. *Ducere & subducere, digitis computare.* 3. *Summam subducere.* 4. ἐκκαθάραι λογισμόν. 5. *Purgare, dispungere*

gere rationes. 6. Sortitionis quædam species gestu digitorum peracta. Micare digitis. 7. Mira antiquorum sollertia in flexu digitorum. 8. Græci in prima institutione etiam Musicen adhibuere.

ALterum Grammatisticæ munus adservi in directione manus, quam format ad scriptionem, & computationem. De priori egi. Reliqua est ars computandi sive λογιστικὴ, qua potissimum utitur ἡ ἐμποριλικὴ, ut docet Plato in Philebo. Hanc Aristoteles VII. Polit. maximè necessariam ait, & ejus usum pluribus ostendit; ideoq; Græcis & Romanis in prima institutione adhibita. Lucianus περὶ γυμνασίων. Horatius lib. I. Satyra VI. Computandi ratio, ut scribendi, duplex; nam aut calculis aut digitis numerabant. In Homiliis Græcol. ἐμπείρῳ οἱ λοιποὶ ὁμοῦ ἀπεκρίνοντο ὅσα πρὸς τοὺς ἀρχομένους κατελέχθη αὐτοῖς, καὶ τὰ χρήζοντα, καὶ ἀριθμοὺς, δακτύλους καὶ ψήφους. *Jam perito pariter reliqui respondebant, quæcunque ad incipientes præbita sunt, necessaria, & numeros, digitos, calculos.* Prior computandi modus recentiori usu inductus, & parum varietatis aut reconditæ doctrinæ alit; totus enim in collatione calculorum consistit, quorum valor ratione situs augetur aut minuitur, de quo insignis est locus Aristotelis lib. I. Cap. I. περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων

ἐλέγχων. Alter modus computandi digitis antiquissimus. Apud Herodotum Thalia ἐπὶ δακτύλων συμβάλλεσθαι, computare digitis, quod expressius Heliodorus ψήφους ἐπὶ δακτύλων συντιθέναι. Artemidorus ὀνειροκριτικῶν lib II. διὰ τῆς θέσεως τῶν δακτύλων σημαίνειν ἀριθμούς. Dio Chrysostomus Orat. IV. de Regno, in descriptione Genii avari: ἀεὶ κινῶν τοὺς δακτύλους. ἤτοι τὴν αὐτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν, ἢ τῶν ἄλλων τινός. *Semper movens digitos, aut suas ipsius supputans divitias, aut aliorum* Palladas apud Stobæum Serm. περὶ ἀδικίας καὶ φιλαργυρίας. Dio Xiphilini in Marco. Ovid. lib II. de Ponto.

--- --- & sibi quid sit
Utile, sollicitis computat articulis.

Lib. III. Fastorum:

---digiti per quos numerare solemus.

Quinctilianus lib. I. *Si auctor circa summas trepidat, si digitorum incerto ac indecoro gestu à computatione dissentit.* Seneca Epist. XXCIIX. *Numerare me docuit Arithmetica & avaritiæ commodare digitos.* Plinius lib. II. Epist. *Agitat digitos, computat nihil.* Plautus Mil. *Digitis rationem computat.* Svetonius Claud. cap. XI. Augustinus de Civit. Dei lib. XIIX. cap. LIII. Ambrosius de Tobia cap. VII. Ex hac numerandi ratione nomina mensurarum digiti, pollicis, & id genus, remansere. Notus autem numerorum varii digitorum flexus & motus ostendebant, quos

quos Tertull. Apologetico digitorum supputatoriis gesticulis intelligit, inde Firmicus Astronomicon, lib. I. *Vides ut primos differentes computos digitos tarda agitatione deflectant.* † Ab 2.
hac agitatione, numerare digitis, ducere & subducere. Donatus ad illa Terentii Adelph. *Nunquam ita quisquam subducta ratione ad vitam fuit. Ducere est digitis computare. Sed ducere est apud alium & palam subducere apud seipsum & secreto.* Acumen Grammatici. Notum quid Ciceroni & Plauto rationem subducere. † Lucillius sum- 3.
mam subducere dixit. Varro V. de lingua Latina: *Ratio putari dicitur, in qua summa fit pura.* Qui subducit rationem, æra singula, ut Cicero in Hortensio loquitur, inspicit, & ex his summam conficit. † Ratio ergo in qua summa subducta, 4.
purgata, sive putata: quod Græci ἐκκαθᾶραι λογισμόν. Plutarchus de discrimine adulatoris & amici. Basilius Orat. περὶ πλούτου. οἱ δανειζόμενοι τόκους εἰς τόκον καταλαμβάνοντες, καὶ πρὶν ἐκκαθᾶραι πρῶτον δεύτερον ἐπεισάγουσι δάνεισμα. † Svetonius in Caligula: *Purgare rationem.* Idem 5.
ferè rationes dispungere. L. VI. D. de statu lib. Nam qui rationem putat in tabulis multa pungit sive punctis notat inducenda, ut rationes puræ fiant. Apulejus de deo Socratis: *Si quotidiana eorum æra dispungas; invenies in rationibus multa prodigè profusa.* Seneca de Beneficiis lib. IV. *Apud me acceptorum expensorumque rationes dispunguntur.* At paullo aliter apud Petronium rationem

nem diducere, ut Plutarchus in Agesilao ἐκκαθᾶραι καὶ διαλῦσαι τὰς ἀμφιλογίας. Ducere tamen & subducere de computatione digitorum dici potest. Variis enim eorum flexibus notas illas numerorum effingebant, nam & constrictos, & apertos & distortos digitos legimus. Sidonius Apollinaris lib. IX. *Digitis propter numerorum indicia constrictis*. Ita capio illud Palladæ apud Stobæum Serm. περὶ ἀδικίας de fæneratore: ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγων. *Digitis usuras complectens & stringens*. Apulejus Apologia: *Quadraginta porrecta palma significantur*. Martianus Capella lib. VII. de Nuptiis Philologiæ & Mercurii: *Septingentos decem & septem numeros, complicatis in eos digitis Jovem salutabunda subrexit*. Seneca de Ira: *Distortis manibus ad computandum relictis*. De variis hisce digitorum schematis Beda in Commentario de ratione computandi per digitos. Cum itaq; Apulejus Apologia: *Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. Cum verò quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significatur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potest digitorum gestu errasse*. Digiti indicis extremus articulus medium pollicem tangens X. notat. Indicis & pollicis extremi ungves mutuo complexu juncti XXX. Interior pollex insertus exteriori indicis dorso XL. Itaq; Æmilianus si X. ostendere voluisset, facile

facilè potuiſſet lab in vicino digitorum flexu; nam ut X. effingantur, extenditur pollex, & circulatur index. Ut verò XXX notentur & index & pollex in circulum inflectitur. XL verò extenſa palma oſtenduntur. Nullus itaq; erroris prætextus. Hieronymus adverſus Jovinianum: *Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipſa digitorum conjunctio, quaſi molliosculo ſe complexans ac fœderans maritum pingit ac conjugem. Sexaginta verò ad viduas eo quod in luctu & tribulatione ſunt poſitæ, unde & ſuperiori digito deprimuntur.* Pollex enim curvatus & inflexo indice incinctus LX oſtendit. Sequitur apud D. Hieronymum: *Centeſimus numerus de ſiniſtra transfertur ad dextram, & iisdem quidem digitis, ſed non eadem manu, quibus in læva nuptæ ſignificantur & viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam.* Petrus Chryſologus Ser. CLXIIX. *Amiſſio unius totum diſſipaverat centenarium numerum, & totum de dextro redegerat ad ſiniſtram, ut diſpendio unius & ſiniſtra clauderet omnes, & dextera nil haberet.* Caſſianus Collat. XXIV. cap. XXVI. & Irenæus adverſus Hæreſes lib. I. cap. III. Juvenalis Satyra X. *Suas jam dextra computet annos.* Omnes numeri in ſiniſtra usq; ad C. in dextra centeſimus incipit. Ergo hæc anus jam centeſimum annum ingreſſa. Notum Epigramma Nicarchi Epigram. Græcor. lib. II.

ἡ χειρὶ λαιῇ Γῆρας ἀριθμοῦσα δεύτερον ἀρξαμένη. *Quæ manu læva ſenium ſecundum numera-*

merare cœpit. In dextra centesimi numeri nota incipit. C. ergo notabit eadem figura, quæ X in sinistra, CC eadem figura, quæ XX. Atque ita usque ad C ∞. Deinde iterato ordine, qua ratione unum in læva numetatur, in dextra cIɔ, in qua numerandi terminus cIɔ ccIɔɔ. Myrias in sinistra repetita, quæ supina medio pectori admota digitis erectis indicabat ccIɔɔ. Primum senium dextra in qua centesimi numeri initium computavit. Alterum senium sinistra numerat. Ergo secundum senium repetitæ sinistræ myrias. Qvinctilianus lib. XI. *Manibus numerum & tempus ostendimus.* Hoc patet ex forma statuæ Jani gemini à Numa dicati, quam Plinius lib. XXXIV. cap. VII. scribit. *digitis ita figuratis fuisse, ut trecentorum sexaginta & quinq; dierum nota per significationem anni, temporis & ævi se Deum indicaret.* Quod apertius refert Macrobius Saturnalium lib. I. cap. IX. *Simulacrum Jani fingitur manu dextera trecentorum, & sinistra sexaginta & quinq; numerum retinens.* Eadem Suidas in Ιανουάριος. Dextra statuæ extremo pollice & indice mutuo contactu junctis CCC. indicat. Sinistra pollice curvato, & presso indice circumflexo, ac digito à minimo secundo erecto LXV præfert. Hæc figura statuæ Jani Gemini. Martianus Capella lib. VIII. de Arithmetica: *Septingentos decem & septem numeros complicatis in eos digitis porrexit.* Pollex dextræ Arithmeticæ extensus, & indicem supernè immi-

imminentem, ungue ad medium ejus articulum erecto ſuſtinens D C C oſtendebat. Siniſtra extremo indicis ungue medio articulo pollicis adfixo, minimo digito cæteris erectis infimæ palmæ impoſito XVII. innuebat. Qvinctilianus lib. X I. *Numerum quingentorum pollice flexo efficientis.* Pollex ſiniſtræ curvatus in Γ inclinis palmæ, notat L. in dextra notat Iↄ. Mira antiqvorum ſolertia in effingendis hujusmodi numerorum ſignis, quorum frequens uſus. † Sortitionis quædam ſpecies, quæ fiebat digitis repentino geſtu ad numerorum notam extenſis. Cicero lib. II. de Divinat. *Qvid enim ſors? Idem propemodum quod micare* Ita enim á ſubita variatione & ἐπαλλάξει τῆς δακτύλων appellabant. Gloſſæ: *Micare* λαγχάνειν. Varro Parmenone apud Nonium: *Micandum cum Græco utrum illius numerum an meum ſequatur.* Hujus ſortitionis uſus in rebus emendis. Vetus inſcriptio: RATIO. DOCVIT. VTILITATE. SVADENTE. CONSVETVDINE. MICANDI. SVMMOTA. SVB. EXAGIO. POTIVS. PECORA. VENDERE. QVAM. DIGITIS. COLLVDENTIBUS. TRADERE. † Non minor dexteritas in manuum motu ad exprimendam animi ſententiam, adeo ut Quinctilianus lib. XI. ſcribere non vereatur manuum motum communem quendã omnium hominum ſermonem videri. Petronius: *Digitis vocem gubernantibus.* Ovidius: *Digitis, per quos arcana loquaris.* Hinc illa vulgata: premere

6. (margin, beside "Sortitionis quædam")
7. (margin, beside "manuum")

pollicem & invertere. Quæ omnia exactè persequitur Quinctilianus lib. XI. extremo. Vt taceam Pantominos, seu χειρονόμους, quorum loquacissimas manus, & linguosos digitos narrat Cassiodorus Variarum lib. IV. de quibus Lucianus περὶ ὀρχήσεως. Macrobius Saturnalium lib. IV. Achilles Statius de amore Leucippes lib. III. Augustinus de ordine lib. II. cap. XI. Sidonius Apollinaris Burgo. Hactenus de iis artibus, quibus pueri instituti, priusquam aliarum disciplinarum studia ingrediebantur, & quæ viam muniunt ad alia studia, sive ut Aristoteles VII. Polit. προοδοποιοῦσι πρὸς τὰς ὕστερον διατριβάς.

8. † Adde ex Græcorum disciplina Diagraphicen & Musicen. Plinius lib. XXXV. cap. X. *Et hujus auctoritate effectum est, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium.* Aristoteles de Republica lib. IIX. cap. III. Plato in Protagora.

CAPUT VIII.

1. Grammatica definita & divisa. 2. Ejus partes expensæ, & ratio divisionis tradita. 3. Γραμματικὴ τεχνική. *Ejus definitio & divisio. 4. Grammatici technici, 5.* τῆς τεχνικῆς *varii auctores.*

Sequar

SEquar ordinem, & subnectam de artibus 1.
Logicis. Inter illas prima Grammatice. Ea est, rectè scribendi loquendiq; ratio; & scientia interpretandi poëtas & historicos. Philo Judæus περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: τὸ γε μὴν γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν γραμματικῆς τῆς ἀτελεστέρας, τῆς δὲ τελειοτέρας ἀνάπτυξις τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν. Diomedes lib. II. *Tota Grammatica consistit propriè in intellectu poëtarum, scriptorum & historiarum prompta expositione, & in rectè loquendi scribendiq; ratione*, Brevissimè quidem in has duas partes divisa Grammatice, sed eæ tam latè sese exerunt, ut penè in omne studiorum genus transmigret. Ideo ut clarius rem ostendam, ex IV. ejus officiis, quæ Marius Victorinus & Diomedes referunt, tres illius partes constituam: τεχνικὴν sive μεθοδικὴν, ἐξηγητικὴν & κριτικήν. † Ad hanc divisionem præit 2.
Varro apud Diomedem lib. II. cujus hæc verba: *Grammaticæ officia, ut asserit Varro, constant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione & judicio, Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cujusq; scripti enunciatio serviens dignitati personarum, exprimensq; animi habitum cujusq;. Enarratio est obscurorum sensuum, quæstionumve explanatio, vel exquisitio per quam uniuscujusq; rei qualitatem poëticis glossulis exsolvimus. Emendatio est qua singula pro ut res postulat dirigimus, existimantes universorum scriptorum sen-*

tentiam diversam: vel correctio errorum, qui per scripturam dictionemvè fiunt. Judicium est, quo omnem orationem rectè vel minus quam rectè pronunciatam specialiter judicamus: vel existimatio, qua poëma cæteraq; scripta perpendimus. Marius Victorinus lib. I. *Grammaticæ præcipua officia sunt quatuor, scribere, legere, intelligere, probare.*

3. † Lectio & enarratio sunt τῆς τεχνικῆς. Emendatio & judicium τῆς κριτικῆς. Sextus Philosophus adversus Mathematicos: τῆς γραμματικῆς τὸ μὲν ἐστιν ἱστορικὸν, τὸ δὲ τεχνικὸν, τὸ δὲ ἰδιαίτερον, διὰ οὗ δὲ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μεθοδεύεται. Easdem partes enumerat Cicero de Oratore: *In Grammaticis poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.* Et Seneca Epist. LXXXVIII. *Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latius evagari vult circa historias. Jam ut longissimè fines suos proferat, circa carmina.* Sed cum Sextus κριτικὴν ἐπισκοπεῖν ποιητὰς, καὶ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγεῖσθαι, hoc autem proprie Grammaticæ historicæ, apparet has partes ægrè segregari. Criticus judicat quæ ab Auctoribus probè aut malè dicta, & discernit adulterina & supposita à veris. Hoc tamen perficere non poterit sine ope Grammaticæ Methodicæ & historicæ Ideo Quinctilianus lib. I. cap. XV. duas tantum Grammaticæ partes constituit, judicium enim omnibus mixtum ait: Eadem ratione Tauriscus Grammaticus

ὑποτάττει τῇ κριτικῇ τὴν γραμματικὴν, ut refert idem Sextus, qui cap. IIX. ejusdem lib. se quidem Grammaticæ tres partes fecisse ait, sed ὡς τύπῳ καὶ ὁλοσχερῶς, alioquin eas se invicem arctissima connexione complecti, neq; enim κριτικὴν sine ἱστορικῇ quicq uā posse, nec ἱστορικὴν sine κριτικῇ. Ut in illis Athenæi lib. XIII ubi Antheia, nō Anteia in oratione Lysiæ scribēdū adfirmat: quia scilicet Anteiæ meretricis nemo meminerat, Antheiæ vero Ennicus, qui ejus nominis Comœdiam scripserat. Ubi vides Historicam Grammaticam conferre Criticæ; nam absq; illa non posset veram præstare emendationem. Apud Servium IIX. Æneidos Virgilii, ex Svetonii de rebus variis: *Propositiones sunt duodequadraginta, qui numerus inter omnes Criticos Grammaticos convenit*. At numerum propositionum adserere, non tàm Critici, quàm Grammatici technici. Dionysius Thrax sex Grammaticæ partes tradit: Ἀνάγνωσιν ἐν τριβῇ κατὰ προσῳδίαν. ἐξήγησιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους. λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν. ἐτυμολογίας εὕρεσιν, ἀναλογίας ἐκλογισμὸν, κρίσιν ποιημάτων. Tauriscus item alias Grammaticæ partes enumerat, ut refert idem Sextus Philosophus. Satius tamen sequi propositam divisionem, quæ varias hasce partes complectitur. Dionysii ἀνάγνωσιν καὶ ἐξήγησιν, ἐτυμολογίας εὕρεσιν καὶ ἀναλογίας ἐκλογισμὸν τῇ τεχνικῇ transcribimus, λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπό-

δοσιν, ἱστορικῇ κρίσιν τῇ κριτικῇ. Taurisci quoq; divisio ad hãc redigi potest. Secundã verò malui ἐξηγητικὴν, quã ἱστορικὴν appellare, neq; enim historias tantũ, sed etiã verba interpretatur. Asclepiades tamen & Dionysius apud Sextum Empiricum auctores sunt, parti historicæ communiter subjici eam, quæ pertinet ad γλώσσας. Sed satius visum appellare generali hoc nomine, secutus Varronem, qui enarrationem vocat, & Simplicium, cujus hæc verba comment. in Epictetum: Μέρος ἓν τῆς γραμματικῆς τὸ ἐξηγητικόν ἐστι. τεχνικὴν igitur sive μεθωδικὴν Quinctilianus lib. I. cap. XV. definit *rationem rectè loquendi*. Ita Tauriscus hanc partem τὸ λογικὸν μέρος ait, & versari περὶ τὴν λέξιν καὶ τοὺς γραμματικοὺς τρόπους. Sextus Philosophus: τεχνικόν ἐστιν ἐν ᾧ περὶ τῶν στοιχείων, καὶ τῶν τοῦ λόγου μερῶν, ὀρθογραφίας τε καὶ ἑλληνισμοῦ. Hæc sane complectitur γραμματικὴ τεχνική; cujus duo officia, ita enim cum antiquis appello. Lectio, & emendata locutio. Lectionis duæ sunt partes: cognitio literarum & syllabarum ad verborum enunciationem. Altera, accentus. Marius Victorinus lectionem definit *secundum accentus ad sensum, necessitatemq́ue pronunciationem*. Lectionis methodum & partes orationis accurate enarrat Dionysius Halicarnassæus περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος: ταύτην γὰρ (γραμματικὴν) ὅταν ἐκμάθωμεν, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα τῶν στοιχείων τῆς φώνης ἀναλαμβάνομεν, ἃ καλεῖται γραμ-

γράμματα. ἔπειτα τύπους τε αὐτῶν, καὶ δυνάμεις. ὅταν δὲ ταῦτα μάθωμεν, τότε τὰς συλλαβὰς αὐτῶν, καὶ τὰ περὶ ταῦτα πάθη, κρατήσαντες δὲ τούτων τὰ τοῦ λόγου μόρια, ὀνόματα λέγω, καὶ ῥήματα, καὶ συνδέσμους. & quæ inibi ſequuntur. Fulgentius lib. III. Mithologiarum: *In omnibus artibus ſunt primæ artes, ſunt ſecundæ, ut in puerilibus literis, prima abcedaria, ſecunda notæ. In Grammaticis prima lectio, ſecunda articulatio.* Vide Ariſtot. de poëtica. Sexti Philoſophi adverſus Methematicos cap. IX. & X. Hippocratis lib. I. de diæta. Theodoreti de providentia Orat. IV. Nicephorum Gregorium in Syneſii περὶ ἐνυπνίων. Homil. Græcolat. Emendata locutio, eſt obſervatio incorrupte loquendi. Ita definit Marius Victorinus, & conſtare ait, ratione, auctoritate conſvetudine. Ratione, ſecundũ technicos. Auctoritate, veterũ ſcilicet lectione. Cõſvetudine, quæ doctorum modo loquendi placita, uſuq; aſſumta ſunt. Casſiodorus Variarum lib. IX. *Grammatica magiſtra verborum, quæ per exercitationem pulcherrimæ lectionis antiquorum nos cognoſcitur juvare exemplis.* † Technici autem vocantur propriè Grammatici, qui artis præcepta 4. tradunt. Apud Suid. in Ἀπολλώνιος. Herodianus τεχνογράφος γραμματικός. Scripſerat autem de conſtructione. De verbo. De verbis derivatis in μι. Stephanus περὶ πόλεων ſæpe laudat Apollonium technicum. Velius Longus apud Casſiodorum de Orthographia: *Conjux*

ſine N putat Nyſius artigraphus eſſe ſcribendum. Apud eundem Papyrianus Gnatum artigraphum laudat. Servius quoq; in lib. I. & II. Æneid. Virgilii artigraphos adducit. Cledonius: *Sectantes chartulariorum imperitiam, deſerunt doctiſſimorum veterum in arte tractatus.* Intelligit technicos. Eunapius omnium artium Profeſſores τὰς τεχνικὰς vocat. Τεχνικὴ ergo, quæ formam loquendi ad certam artem redigit, unde
5. Quinctiliano & aliis μεθοδικὴ. Diomedes lib. II. †Hujus argumenti Ariſtophanis, Ariſtarchi, & aliorum de Analogia. Ariſtophanem Grammaticum de Analogia ſcripſiſſe, ejusq; rationes dediſſe quinque; & eum ſecutum Ariſtarchum, aliamq; adjeciſſe Auctor Chariſius lib. I. Varro lib. IX. de lingva Latina Ariſtarchum analogiam defendiſſe, ſed ejus libros Cratetem rejeciſſe. Idem lib. IIX. *Crates nobilis Grammaticus fretus Chryſippo homine acutiſſimo, qui reliquit ſex libros* περὶ ἀνομαλίας, *his libris contra analogiam atq; Ariſtarchum eſt nixus.* Ariſtodemus quoq; & Ariſtocles, item Ariſtoteles de analogia ſcripſerunt, ut eodem Varrone auctore diſcimus. De Cæſare idem tradit Svetonius in Jul. Cæſ. & Chariſius lib. I. & de Didymo Suidas. Plurima hujus artis reliquiſſe Ariſtophanem & Apollodorum apparet ex Varronis lib. V. de lingva Latina. Huc pertinent Porphirii γραμματικαὶ ἀπορίαι. Plinii dubii Sermonis libri, quos ſæpe laudat Chariſius & ipſe eorum meminit præf. Nat. Hiſt. Scaurii artis Grammaticæ libri. Val-

gii de rebus quæsitis per Epistolam. Nam pleraq; Grammaticæ technicæ in iis libris pertractata ex eodem Charisio patet. Sane & Nepotis exemplorum libri hujus argumenti fuisse indicio sunt, quæ ex iis profert Charisius lib. I. & Nigidii Figuli Commentarii Grammatici, quos sæpè citat Nonius, & Velii Longi de usu antiquæ ocutionis. Ejusdem de quæstione sermonis. Varronis de similitudine verborum. De sermone Latino Capri de Latinitate, & aliorum complurium.

CAPUT IX.

1. Γραμματικὴ ἐξηγητικὴ definita & divisa. De primo ejus subjecto; obscuritate, quæ in erbis. 3. Verba quot modis considerentur. Varro emendatus. 5. Etymologia. 6. Quid ud Arist. παρὰ γράμμα σκοπεῖν τὴν ἀλήσιαν. Etymon τῶν Φρενῶν propositum ex Hipcrate. 8. Plato primus disputavit περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. 9. Diogen. Laërt. explitus. 10. Galeni liber περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. 11. Stoici studiosi ἐτυμολογιῶν. 12. Earum varii Auctores. 13. De modo verborum ρπικῶ. 14. γλῶσσαι. 15. Earum varii Auores. Γλῶσσαι nomina Barbarica Varroni.

 17. Ari-

17. Aristotelis νόμιμα βαρβαρικά. *18. Varii Scriptores* τῶν νομίμων. *19. Theophrasti* περὶ νόμων *cujus argumenti.* *20. Glossarum variæ differentiæ.* *21.* λεξικά. *22.* παροιμίαι, *& earum Auctores.*

1. SEquitur ἐξηγητική, quam Quinctilianus definit *Auctorum enarrationem.* Enarratio est obscurorum sensuum quæstionumvè explanatio, ut Diomedes ex Varrone docet. Obscuritas in verbis aut rebus. Ideo hæc Grammaticæ pars Dionysio Thraci λέξεων καὶ ἱστοριῶν
2. ἀπόδοσις. † Verba usurpata propriè aut figuratè. Sextus Philosophus: *Parti historicæ Asclepiades & Dionysius communiter subjici ajunt id quod pertinet ad lingvas. Narrat enim quod κρήγυον significat verum vel bonum. Similiter & quod pertinet*
3. *ad proverbia & definitiones.* † Aristoteles lib. de Poëtica tria recenset notanda in verbis: τὸ κύριον, μετάφοραν, καὶ κόσμον. Varro persequens etymologias tripertita verba consideranda proponit. VI. de lingva Latina: *Igitur quoniam hæc sunt tripertita verba, quæ sunt aut nostra aut aliena aut oblivia, de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliviis relinquam, quorum partem cum ita invenerim, ut opinor scribam.* Quæ verba fœdissimè corrupta, rectè in veteri codice concepta existimo hoc modo: de obliviis relinquam, quom certum non invenerim,

ut

ut opinor scribam. † Ita ergo Varronem emendabis. Sed statuamus Grammaticum considerare verba propriè ac figuratè posita. Ac propria quidem prima notione capit, eorum usum ostendit, & nudam originem proponit. Aut rerum vocabula ad primum etymon reducens, ex vi verbi rei naturam inquirit. † Anastasius Monachus: Ετυμολογία ἐστιν, ἡ τῆς δυνάμεως τοῦ ὀνόματος ὀρθότης, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος ἑρμηνευομένη. Isidorus Originum lib. I. cap. XXVIII. *Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur.* Hanc Aristoteles σύμβολον, Cicero *notationem* nominavit. Quinctiliano lib. I. cap. III. *Originatio*. Quamquam originatio propriè παραγωγή. Etymologia verò definitio nominis, verbi vim & naturam docet, unde veriloquium; & ex vi vocabuli rem declarat. † Hoc Aristoteles παρὰ γράμμα σκοπεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἠθικῶν μεγάλων lib. I. cap. VI. ἡ δὲ ἠθικὴ ἀρετὴ ἐντεῦθεν τὰς ἐπωνυμίας ἔχει. εἰ δεῖ παρὰ γράμμα λέγοντα τὴν ἀλήθειαν ὡς ἔχει σκοπεῖν. τὸ γὰρ ἦθος ἀπὸ τοῦ ἔθους ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν. ἠθικὴ γὰρ λέγεται διὰ τὸ ἐθίζεσθαι. † Tale est illud apud Hippocratem περὶ ἱερῆς νούσου, ubi sollicitè disquirit de etymo τὸν φρενῶν; & illorum errorem arguit, qui παρὰ τοῦ φρονεῖν dici arbitrantur, inter quos Aristoteles, qui lib. III. cap. X. de Partibus animalium: φρένες ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν. Hippocrates verò se intelli-

ger-

4.
5.
6.
7.

gere non posseait, quam vim habeant præcordia, ut sapiant aut intelligant, quod præ tenuitate exiliant, & anxietate quadam adficiant, cum homo inopinato gaudio perfusus, aut tristitiâ depressus. Consvetudine ergo non ratione nomen accepisse, ut quæ ad cor sitæ τὰ ὦτα appellantur, cum tamen nihil ad auditum conferant. Ita Aristoteles ducto argumento ex verborum ratione αὐτομάτου, μεταβολῆς, αἰθέρος,
8. rerum naturam eruit. † Frequens in hujusmodi Plato, qui hujus partis Grammaticæ peritissimus, ut ostendit ejus Cratylus, in quo de nominum natura ac ratione accuratè disputat, & ex originatione nominis, ipsius rei proprietatem
9. & naturam indagat. † Atqui hoc est quod Diogenes Laërtius ex Phavorini Variæ historiæ lib. IIX. de Platone πρῶτος ἐθεώρησε τῆς γραμματικῆς τὴν δύναμιν. *Primus Grmmaticæ vim inspexit.* Quod paulò post ipse Diogenes interpretatur: διελέχθη, inquit, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Dionysius quoq; Halicarnassæus testatur Platonem primum hujus scientiæ Auctorem
10 lib. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. † Ejus argumenti librum se reliquisse refert Galenus περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων, & lib. II. περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀλάζων ἐστὶ μάρτυς ἡ ἐτυμολογία, πολλάκις μὲν ὁμοίως μαρτυροῦσα τοῖς τἀναντία λέγουσι τῶν ἀληθῶν, οὐκ ὀλιγάκις δὲ τοῖς ψευδομένοις μᾶλλον, ἤπερ τοῖς ἀληθεύουσιν, ἐν ἑτέρᾳ πραγ-

μαθεία δέδεικταί μοι τῆς περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. † Stoici quoq; studiosissimi hujus partis, 11.
ut apparet ex Diogene Laërtio, Plutarcho contra Stoicos, & iis quæ ex Chrysippi de anima adducit Galen. eodem libro Chrysippum XII. lib. ἐτυμολογικῶν scripsisse tradit Diogenes Laërtius. † Sed & alii hanc Grammaticæ partem 12.
excoluerunt, Pamprepii ἐτυμολογιῶν ἀποδόσεις. Orionis περὶ ἐτυμολογίας, & Demetrii Ixionis ἐτυμολογουμένων libri noti ex Suida, Apollodori ex Athenæo, Gabii Bassi de origine verborum ex Gellii lib. III. cap. XIX. † Alter modus, quo 13.
verba considerantur, est τροπικὸς, Aristoteli ξενικὸς lib. de Poëtica cap. XXII. ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. Dionysius Halicarnassæus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: Ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων μέγα δύναται, καὶ ἐστί τις ὀνομασία ποιητικὴ γλωττηματικῶν τε καὶ ξένων καὶ τροπικῶν, καὶ πεποιημένων. † Eustatius Iliad α. γλῶσσαν interpretatur ἀπεξενωμένην διάλεκτον. At Clemens 14.
Alexandrinus Stromatum lib. I. Ἀπειλήπτους δὲ οὔσας τὰς βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. *Barbarorum voces non intellectas, non dialectos, sed glossas dici.* † Ergo 15.
quæ Philoxenus, Callimachus, Democritus, Pamphilus, Simmias Rhodius, quorum meminit Suidas, & quæ Clitarchus, Hermo, Nicander Colophonius, Amerias Macedo & alii, quos passim laudat Athenæus περὶ γλωσσῶν inscripserant,

rant, ea Dorotheus apud Photium in Bibliotheca περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων. & quæ Philoxenus de glossis Homericis, & Artemidorus περὶ γλωσσῶν τῶν ποιητῶν apud Suidam, ea sunt Ptolemæi τὰ παρὰ τῶν ποιητῶν ξένως εἰρημένα.

16. † Varro Aristotelis γλώσσας nomina barbarica interpretari videtur VI. de lingva Latina. *Præfica ut Aurelius scribit mulier ab luctu quæ conduceretur* (Lege: *ut Aur. s. m. ad luctum quæ conduceretur.* Festus: *Præficæ mulieres ad lamentandum mortuum conductæ*) *quæ ante domum mortui, laudes ejus caneret. Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro, qui inscribitur Nomina barbarica.* Et licet Varro testimonium Aristotelis non tam advocet interpretationi vocis, quam ut ostendat ritum hujusmodi obtinuisse, tamen existimarim glossis multa admixta fuisse de antiquorum legibus & institutis: sæpe enim absq; iis vocabula interpretari non peterant. Sanè Charisius lib. II. glossas antiquitatum laudat.

17. † Non repugno tamen III. Viro, qui apud Varronem emendandum censet: νόμιμα βαρβαρικά. Hunc enim titulum præferebant libri Aristotelis, quibus tradiderat Barbarica instituta & leges, variarumq; gentium ritus. Theopompus ἐν τοῖς θαυμασίοις. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἱ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσιν. *Aristoteles in Barbaricis institutis narrat in Caria scorpios nasci, qui peregrinos si pungant,*

gant, non valde lædant, indigenas autem statim occidant. † Athenæus citat Aristotelis νόμιμα τυῤῥηνικὰ. Dipnosoph. XII. Ἀριστοτέλης ἐν νομίμοις τυῤῥηνῶν. τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσιν μετὰ τῶν γυναικῶν, ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ. Præter Aristotelem etiam alii ejusdem argumenti libros reliquerũt. Theodecten Rhetorem scripsisse νόμιμα βαρβαρικὰ docet Suidas. Athenæus lib. II. Posidonium Stoicum in suis Historiis recensuisse πολλὰ παρὰ πολλοῖς ἔτιμα καὶ νόμιμα. Νομίμων Hermodori meminit idem Athen. lib. XI. Νομίμων Nymphodori Clemens Alexandrinus Protreptico: Σαυρόματας σέβειν τὸ πῦρ Νυμφόδωρος ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς ἱστορεῖ. Idem Stromatum lib. I. Serapidis etymon ex Nymphodori III. νομίμων Ἀσίας tradit. Sane & illa quæ ex Nymphodoro profert Harpocration in αἰγὶς, ex ejus νομίμοις depromta existimo. Telephum quoq; Grammaticum περὶ τῶν Ἀθήνῃσι νόμων καὶ ἐθῶν, & Svetonium περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν scripsisse Autor est Suidas. Cleanthis περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν recenset Diogenes Laërt. † Similis argumenti fuisse Theophrasti libros περὶ νόμων manifestum ex illis, quæ adducit Harpocration in ...ρδηπος, Ἀποβάτης, & Φρεάτου. Quinctilianus lib. I. cap. XIV. *Glossemata interpretatur voces minus usitatas.* Varro lib VI. de Lingva Latina: *Camillum, qui glossemata interpretati dixerunt administrum.* Idem Quintilianus cap. XIV. 18. 19.

Inter-

Interpretationem linguæ ſecretioris Græci gloſſas vocant. Galenns ἐξηγήσει τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν. ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστὶ. τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσι. *Voces antiquis temporibus uſitatas, nunc vero obſoletas, gloſſas vocant.* Et eodem libro: δῆλον οὖν ἐκ τούτων εἶναι τρόπον τῶν γλωττῶν ἢ τοῦ κοινοῦ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος τῆς ἐπικρατούσης συνηθείας, ἢ τοῦ γενομένου πρός τινος τῶν παλαιῶν μὴ παραδεχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν. *Apparet igitur ex his gloſſas eſſe, aut cum nomen omnibus commune ſuperante conſvetudine in uſu eſſe deſiit, aut factum ab aliquo antiquorum non omninò uſu receptum ſit.*

20 † Ergo gloſſæ non tantùm vocum peregrinarum interpretationes, ſed etiam difficilium & minus uſitatarum. Auctores verò vocabula ſæpe innovare, aut uſu ſibi peculiaria facere, & transferre à communi conſvetudine ſcribit Galenus, & exempla ex Ariſtophane & aliis proponit, & horum omnium expoſitionem, urbium quoq; & animalium glosſis complectitur. At hoc non erat gloſſarum. Ideo Zenodotus, ut teſtatur idem Galenus, ſcripſit γλώσσας ξενικοὺς, in quibus ſcilicet voces peregrinas, non difficiles aut inuſitatas interpretabatur. Euſtatius Iliados α. citat Auctores γλωσσηματικῶν. Et Feſtus in Ocrem Atteji Philologi libros gloſſematorum Adamantius Martyr apud Casſiodorum vetus Gloſſarium, Chariſius lib. II. Diomedes lib. II.

&

& Varro lil. de lingva Latina veterum Glossas laudant. Earum variæ differentiæ. Nam aut u-nius aut plurimarum gentium voces interpreta-bantur. Ita legimus Philemonis ἀτ]ικὰς λέξεις. Longini Ἀτ]ικῶν λέξεων ἐκδόσεις. Ælii Dionysii, Irenæi περὶ Ἀτ]ικῶν ὀνομάτων apud Suidam, Ari-stophanis Grammatici περὶ Ἀτ]ικῶν ὀνομάτων apud Erotianum in Ἄμβην. Appionis περὶ τῆς ῥωμαϊκῆς διαλέκ]ου. Theaterini & aliorum περὶ ἀτ]ικῶν ὀνομάτων adud Athenæum lib. XV. De-metrii περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκ]ου apud eun-dem lib. IX. Galeni τῶν παρὰ]οῖς ἀτ]ικοῖς συγ-γραφεῦσιν ὀνομάτων βιβ. μή. quorum memi-nit περὶ]ῶν ἰδίων βιβλίων. & περὶ τάξεως τῶν ἰδί-ων βιβλίων. & apud Athenæum Hermonactis γλώσσας Κρητικάς. Aristophanis γλώσσας Λα-κωνικάς, Moschi ἐξηγήσεις]ῶν Ῥοδιακῶν λέξεων. Diodori γλώσσας Ἰταλικάς. Aut certi Auctoris voces explicabant, aut variorum. Erotianus pro-œmio sui Lexici refert Xenocritum Coum, Cal-limachum, Bacchium, Philinum, Apollonium Citteium, Aristarchum, Aristoclem & alios Hip-pocratis vocabula exposuisse. Suidas recenset Longini περὶ]ῶν παρ' ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων. Apollonii περὶ λέξεων ὁμηρικῶν. Ti-mæi & Boëthi περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Evagoræ τῶν παρὰ θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. Phrynichi τῶν παρὰ]οῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων. Athenæus lib. XV. Parthenii παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων testatur

F se

ſe ſcripſiſſe τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων βιβ. γ'. τῶν παρ' Ἀριστοφάνει πολιτικῶν ὀνομάτων. τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων. Interdum adhibitis aliorum Auctorum locis verba interpretabantur, interdum nuda tantùm vocabula ſine aliorum teſtimoniis explicabant. Erotianus ſcribit Bacchium Tanagræum voces Hippocratis expoſuiſſe appoſitis multis poëtarum teſtimoniis, quæ ipſi ſuggeſſerat Ariſtarchus Grammaticus, ut tradit Galenus Procemio ἐξηγήσεως τῶν γλωσσῶν Ἱπποκρ. Ubi & exempla illorum profert, qui ſine aliorum ſcriptorum verbis γλώσσας interpretati, quod & ipſe Galenus
21. ſequitur. † illos verò Commentarios, quibus diverſarum gentium & variorum Auctorum voces interpretabantur λεξικὰ & quidvis potius quàm gloſſas inſcripſerunt. Suidas recenſet Diogeniani, Helladii, Pauſaniæ, Juliani aliorumq; complurium λεξικὰ & Palamedis ὀνοματολόγον. Apud Diogenem Laërtium lego Zenonis & Poſidonii περὶ λέξεων. Et apud Erotianum in λάσιον Artemidori περὶ λέξεων in καμμαρῷ, Zeuxidis ἐξηγητικῶν. in χεῖαι, Calliſtrati συμμικτῶν. Galenus περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων compoſuiſſe ſe ait ἐξήγησιν τῶν ὀνομάτων ἐν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα βιβλίοις. Ita apud Latinos Verrius Flaccus ſcripſerat de verborum ſignificatione, ut Feſtus & alii Grammatici teſtantur. ex quibus etiam noti libri L. Cincii de verbis priſcis, Santræ de verborum antiquitate, Ælii Galli &

Caci-

Cæcilii Galli de significatione verborum, quæ ad jus pertinent. Cloatii Veri, & Hypsicratis verborum à Græcis tractorum, & alii ejus generis. Reliqua est in modo τροπικῷ μεταφορᾷ, καὶ τὸ πᾶν παρὰ τὸ κύριον. Illud pro lubidine & ingenio Auctorum varium & multiforme, ut GrammaticorumCommentarii docent. †Huc 22 pertinet Telephi Grammatici περί τῶν παρ' ὁμήρῳ σχημάτων, & variorum scriptorum περὶ παροιμιῶν, ut Clearchi apud Athenæum, Didymi apud Photium in Bibliotheca, Theæteti apud Suid. ᾠδὴν πρὸς τὸν Διόνυσον. Theophrasti apud Harpocration. in ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Apollonidis Nicæi apud Stephanum in τέρινα. Apuleji de Proverbiis apud Charisium. Seleuci quoque περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. Suidas recitat, & Plutarchi ejusdē Argumēti Lamprias indice librorū Plutarchi. Aristotelis παροιμίας recenset Diog. Laërtius, & veteres parœmiographi. Eo nomine reprehensus Philosophus Cephisodoto Isocratis discipulo, ὡς οὐ ποιήσας λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι. Ut scribit Athenæus lib. 1.

CAPUT X.

1. De altero exegeticæ subjecto, obscuritate quæ in rebus. Ea est Grammaticæ Historicæ. 2. Ostensum latissimum ejus subjectum & utilitas. 3. Historia divisa. 4. Definita & divisa historia fabularis. 5. Ejus partes sigil-

nis, *velut divinis, humanis & heroicis; aut de locis, aut de montibus vel fluviis, aut de figmentis, vel fabulis*. Eruit scilicet reconditas historias, deorum, hominum & heroum fabulas, montium & fluviorum nomina interpretatur, denique quicquid obscurum aut in quæstionem cadere potest, docet. Latissimè ergo patet, & extendit sese ad omne studiorum genus, unde Tauriscus Grammaticus historices subjectum ἀμέθοδον ὕλην vocat, & tot inscriptionum fœcunditates, quibus lasciviunt Grammaticorum ingenia. Præcipuæ tamen ejus partes in poëtarum interpretatione, in quibus observabat abstrusas historias, τὰ μυθολογούμενα aut ποιητικῶς θεολογούμενα, genealogias deorum, & heroum ἀποθεώσεις. Ideoque in prima institutione apud Græcos Grammatice adhibita, & potissimum hæc ejus pars quæ Theologiam & exempla virtutum enarrat. Docebant enim pueros poësin, ut tradit Lucianus περὶ γυμνασίων, & Strabo lib. I. τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ. Qvod & Athenæus lib. XII. scribit. Nemo sane negare audebit in poëtarum libris, præcepta philosophiæ, & exempla virtutum figmentis obvoluta latere, quæ nisi interpretatione illustrâris & protraxeris, sine fructu pereunt. Nam ut uvarum, quas densiores palmites tegunt, nullus est usus, sed putredini relinqvuntur; ita in poëtis, quibus nisi lux accesserit, ab hac Grammaticæ parte, non

 capimus

capimus illa, propter quæ lectione digni à sapientibus judicati. Quam utilis omnis ætatis & ordinis poësis, & quanta ejus ratio habita priscis legumlatoribus, quod præcepta virtutum fabulis abscondita tradat, gravissima oratione ostendere conatur Strabo lib. I. Geographiæ, in disputatione adversus Eratosthenem. Pari utilitate censenda hæc pars Grammaticæ, quæ eas in poëtis potissimùm exsequitur, & revocat ad Philosophiam naturalem ac disciplinam morum. Multa quoque præclara ingenia & Græca & Romana sapientiæ præcepta versibus condiderunt. Palæphatus quidem Atheniensis & Antimachus Heliopolitanus *κοσμοποιΐαν* versibus conscripserunt, ut auctor est Suidas. Extabat item Eratosthenis poëma, cujus index Hermes sive de mundi descriptione, ex quo complures versus recitat Probus in Virgilii Eclogam IV. Xenophantes quoque de philosophia, & Parmenides ac Empedocles de rerum natura versibus scripserunt, teste Diogene Laërtio, ut apud Romanos M. Varro, Lucretius & alii. Musæi *ἀκέσεις νόσων* citat Eustatius Iliad. *α*. Damocratis Servilii & Heliodori poëtæ medici Galenus meminit, Horum aliorumqve infinitorum poëmata enarrat, sed non sine ope Philosophiæ, nam & illam attigisse oportuit, & Astronomiam & Geographiam, cum nobilissimi quique poëtarum, veterum peregrinationes & errores, argumenta, quibus ingenium suum posteris ostenderent, elegerunt, unde apud

apud illos fluminum, montium ac regionum nomina & descriptiones occurrunt, apud quos & syderum ratio observanda: nam ortus & occasus signorum in temporum descriptione narrantur, ut docet Strabo lib. I. † Latissimum ergo subjectum Grammatici historici, quem describit Juvenalis Satyra VII. 2.

Ut legat historias, auctores noverit omnes
Tanquam ungues digitosque suos, ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ, nomen patriamque novercæ
Archemori, dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

Ausonius Profess.

Exesas tineis opicasque evolvere chartas
Major quam promptis cura tibi in studiis.
Quod jus Pontificum, quæ fœdera, stemma quod olim
Ante Numam fuerat sacrifici Curibus.
Quod jus Pontificum, veterũ quæ scita Quiritum,
Quæ consulta patrũ, quid Draco, quidve Solon
Sanxerit: & Locris dederit quæ jura Zeleucus:
Sub Iove quæ Minos, quid Themis ante Jovem.

Eundem describit Epitaphio Staphyli & Crispi Urbici. De Grammatico historico intelligenda ista Tertulliani de Idololatria: *Quibus necesse est Deos nationum prædicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica queq; illorum enunciare.* †† Sextus Empiricus refert Asclepiaden ἱστο- 3.

μικὴν γραμματικὴν trifariam diviſiſſe. *Hiſtoriam* enim *falſam, veram, aut quaſi veram eſſe. Falſam, quæ verſatur in figmentis ac fabulis. Veram, quæ verſatur in rebus, quæ geruntur. Quaſi veram, qualis eſt comœdia & mimi. Falſæ unam ſolam ſpeciem, Genealogiam. Veræ tres partes: Primam, quæ verſatur in deſcriptione perſonarum deorum, heroum, & Virorum illuſtrium: ſecundam, in locis & temporibus, tertiam, in actionibus.* Quæ accuratius conſiderata fortè minus vera ſunt. Sed
4. hæc non tam ſubtiliter dividere, quàm dilucidè tradere, finis eſt inſtituti operis. † Hiſtoria ergo triplex: Mythica, ſive ut Svetonius & Cenſorinus appellant, fabularis, vera & quaſi vera. Haſce hiſtoriæ partes exſequitur Grammaticus
5. hiſtoricus. Hiſtoria mythica complectitur omnis generis figmenta. † Ea ſunt varia: ſed ſtatuam triplicia, ut ſint de perſonis, rebus & locis. Figmenta in perſonis duplicia: De diis aut hominibus. Illa continent *θεογονίαν*, *ἀποθεώσεις* & ſi quæ ad deos & heroas, quæ veterum Theologia edocebat, *πᾶσα γὰρ ἀρχαικὴ θεολογία μῦθοι*, inquit Strabo lib. I. Auguſtinus de Civitate Dei lib. VI. *Varro tria genera ponit Theologiæ, hoc eſt, rationis quæ de diis explicatur. Eorumq; unum mythicon, alterum phyſicon, tertium civile. Mythicon, quo utuntur Poëtæ: Phyſicon quo Philoſophi, Civile, quo populi.* Proclus in Homerum duo fabularum genera tradit. Alterum pueris educandis aptum, moralem virtutem docens, utile omnibus & commune, & facile in-

tellectu; alterum verò mysticum, Deo nos conjungens, paucissimis aptum, arcanum, nec cuiquam patens, nisi post diutina sacrificia, & mysteriorum traditionem. Mythologiam item geminam. Alteram, quæ rectam educationem spectat, & aptis imaginibus ostenditur, tota Philosophica. Alteram sacerdotum, quæ arcanis signis divinam essentiam tradit, ad secretiorem sacrorum rituum administrationem, ac ejus antistites pertinens. Primum genus sive mythicon, præter Poëtas explicant varii Auctores, qui de iis scripserunt. Theophrasti & aliorum Philosophorum περὶ θεῶν. Epimenidis Curetum & Corybantum γένεσιν καὶ θεογονίαν citat Diog. Laërt. Plutarchi περὶ θεῶν. Lamprias indice librorum Plutarchi. Cleanthis, Harpocration in λέγει. Seleuci, Suides. Antiochi Philosophi Plutarch. in Lucullo. Orapionis de diis Ægypti, Tatianus πρὸς ἕλληνας. Et Leonis de diis Ægypti, Clemens Strom. lib. I. Nigidii de diis. Sexti Clodii de diis Græcorum, Arnobius lib. V. Labeonis de diis penatibus Servius in Virgil. Dromocridis Theogoniam & Dionysii Milesii μυθικὰ Fulgentius lib. II. Mythologiarum. Æmilii Macri, Macrobius Saturn. lib. II. Physicon, commenta de diis enarrat, rationibus munit, & ex naturæ caussis interpretatur, quas Physiologias appellant, seu, ut August. Naturalium rationum interpretationes. † Hoc proprium Philosophorum etiam Plato in 6.

Cratylo asserit, in quo multa mythica θεολογούμενα, nomina deorum, & illorum ratio prodita. Minutius de Chrysippo: *Zenonem interpretatione Phisiologiæ in Hesiodi, Homeri, Orphei carminibus imitatur*. Diogenes Laërt. recenset Cleanthis περὶ τῆς τοῦ ζήνωνος φυσιολογίας. Sed cum Orpheus, Homerus & Hesiodus aliiq; Poetæ antiqui disciplinam sacrorum ab Ægyptiis & Chaldæis hauserant, multaq; θεολογούμενα scriptis suis immiscebant, unue & Aristoteli I. Metaphysices θεολογίζοντες, Grammaticis aliisque scriptoribus idem argumentum pertractum. Augustinus Soliloquiorum lib. II. cap. XI. *Grammatica est vocis articulatæ custos, cujus professionis necessitate cogitur humanæ lingvæ omnia etiam figmenta colligere, quæ memoriæ literisq; mandata sunt, non ea falsa faciens, sed de his veram quandam docens afferensq; rationem.* Hujus argumenti Sanchoniatonis περὶ τῆς ἑρμοῦ φυσιολογίας, cujus meminit Suidas. Similis item argumenti Aristotelis Theologumena, quæ citat Macrob. Saturnalium lib. I. & Theophrasti τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας. Hellanici Dios Polytychia. Sosiclis Attici & Euxemenis libri θεολογουμένων apud Fulgentium lib. I. & III. Mythologiarum. Diodoti libri μυθολογιῶν apud Erotianum in Νίωπον. Quarum Auctores quam plurimos passim laudat Diodorus Siculus. Commenta de hominibus (quibus & Heroës includo, quatenus de iis ut hominibus narratur) varia & latissimè

tisſimè ſparſa, Ideo & illis potisſimùm occupati Grammatici hiſtorici, in quibus miris quæſtionibus ſeſe involvebant, frivolis plerisq; & minimè neceſſariis, quales iſtæ apud Senecam Epiſt. LXXXVIII. † *Hoc quidem me quærere, utrū? major ætate fuerit Homerus an Heſiodus, non magis ad rem pertinet, quam ſcire minor Hecuba fuerit, quam Helena, & quare tam malè tulerit ætatem. Quid, inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem exiſtimas pertinere? Quæris Ulyxes ubi erraverit.* & lib. de brevitate vitæ cap. XIII. *Græcorum iſte morbus fuit, quærere quem numerum remigum Vlyxes habuiſſet, prior ſcripta eſſet Ilias an Odyſſea. Ecce Romanos quoq; invaſit inane ſtudium ſupervacua diſcendi. His diebus audivi quendam referentem, quæ primus quisq; ex Romanis ducibus feciſſet. Primus navali prælio Duillius vicit, primus Curius Dentatus in Triumpho duxit elephantos.* Et quæ longa oratione ſequuntur. Apud Svetonium Tiberio cap. LXX. *Maximè curavit notitiam hiſtoriæ fabularis usq; ad ineptias & deriſum. Nam & Grammaticos hujusmodi ferè quæſtionibus experiebatur. Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet, quid Sirenes cantare ſint ſolitæ.* † Quæritur ab antiquis Grammaticis, num aliquis uſus carnis elixæ temporibus Heroicis. Negat ſane Servius ad illa Virgilii Æneidos lib. I. *Ahena locant alij.* Ahena *quibus lavabant carnes, non elixabant. Nam heroicis temporibus non veſcebantur elixis.* Crates 8.

tamen

tamen, ut testatur Eustathius, ex Homeri verbis colligebat, Heroës vesci solitos carne elixa. Verba Eustathii ad illa Homeri Odyss. K. ἐῤῥάψε βοὸς πόδα σημειωτέον βιαζόμενον κατὰ τὴν τοῦ Κράτητος παρατήρησιν λογίζεσθαι, ὡς καὶ ἑφθὰ ἤσθιον ἥρωες. οὐ γὰρ ἂν, φησι, γένοιτο ποὺς βοὸς ὀπτός. Ex iisdem Homeri verbis eandem sententiam elicit Athenæus Deipnosoph. lib. I. aliosq; Homeri versus in hanc rem producit. Manifestum est igitur Heroës apud Poëtas & elixas & assas carnes comedere. Sed notandum est diversa ratione hoc ab illis fingi. Cum enim introducunt personas Illustres, Reges & Principes, in ipsorum conviviis nullus fere locus elixis; cujus figmenti evidens ratio est, quod carnes elixæ condimentis stomacho conciliantur. Indignum autem videbatur regias personas fungi tam vili ministerio, scilicet ut in condiendis cibis laborarent. Ideoq; Athenæus lib. I. Homerum Heroicis personis ἀπο δεδοκέναι τὴν δίαιταν ἁπλὴν, ὀπτὰ κρέα. *Simplicem victum, assas carnes.* Quia obviæ & paratu faciles. Cum verò narrant pauperes & vilioris conditionis homines, aut sceleratorum & crudelium epulas, in iis plerumq; mentio carnis elixæ. Euripides de Cyclope: τὰ δὲ ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα. Ovidius de Licaone, qui humana carne vescebatur. Metamorph. lib. I.

Atq; ita semineces partim ferventibus artus
Mollit aquis ...

& VI. Metamorph. ubi Progne Tereo patri occisum filium in cœnam parat.

Vivaq; adhuc, animæq; aliquid retinentia membra
Dilaniat. Pars inde cavis exultat ahenis,
Pars verubus stridet ---

Idem tradit Seneca Thyeste, in descriptione epularum, quas Atreus ex occisi Tantali & Plisthenis membris Thyesti fratri apposuit. Hoc observandum erat Crateti in illis Homeri Odyss. x. ἔῤῥιψε βοὸς πόδα. Loquitur enim de convivio procorum Penelopes, quos sceleratos & fastuosos inducit. Ovidius VIII. Metamorph. in descriptione tenuis cœnulæ, qua Baucis & Philemon Jovem exceperunt.

Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto
Detulit & minuit, parvoq; admovit aheno,
Quodq; suus conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis, furca levat illa bicorni
Sordida terga suis nigro pendentia tigno,
Servatoq; diu resecat de tergore partem
Exiguam, sectamq; domat ferventibus undis.

† His planè gemina illa apud Petronium, ubi Enotheæ sacerdotis pauperem apparatum narrat: *Mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit, simulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita, & sincipitis vetustissima particula mille plagis dolata.* Intelligit autem sinciput porcinum. Nam suillam durabant sale pauperiores, & in usus quotidianos adser-

adſervabant, ut ſcribit Varro II. de re ruſtica, & auctor Moreti. unde Petronius ait: *Mille plagis dolatam*, id eſt, cui ſæpius particula præſciſſa. Subjungit enim: *Dum illa carnis paululum delibat, & coæqvale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit.* Inde ipſa pars ſuillæ ita aſſervata, ſuccidia antiqvis appellata, ut notant Gramma-
10 tici. † Gorgonis caput Palladis clypeo inſculptum fuiſſe auctor Homerus Iliad. ε Euripides Ione, Virgil. VIII. Æneid. Ovidius VI. Metamorph. Phornutus de natura Deorum, & Martianus Capella lib. VI.

Pectore ſaxificam dicant horrere Meduſam.

Qværunt Grammatici quæ potisſimùm opinio
11. eligenda ſit. † Herculem una nocte L. filias Theſpii, ut Laberii verbo utar, depudicaſſe, Theo Sophiſta in Progymnaſmatis ex Ephori hiſtoria profert: ϗ παρὰ ἐφόρῳ τὸ περὶ τῶν πεντήκοντα θεσίȣ (Scribe: θεσπίȣ) θυγατέρων, αἷς ἁπάσαις παρθένοις ἔσαις φασὶν ἅμα μιγῆναι τὸν ἡρακλέα. At Appollodorus lib. II. Diodorus lib. V. Pauſanias Bæoticis, Tzetzes Hiſtor. Chiliad. lib. II. qvinquaginta noctibus hoc demum perfeciſſe Herculem adfirmant. Digna etiam hæc quæſtio, in qua Grammatici acumen ſuum exerceant, qualis & illa, an Abſyrtus manu Jaſonis cecidit. Ita qvidem ſcribit Apollonius Argonaut. III. At Apollodorus lib. I. & Ovidius Triſt. lib. III. Eleg. IX. Medeæ hoc facinus tribuunt. Scholiaſtes Apollonii ſcribit parturientes res obvias manu prehendere

dere solere, ut aliqua ratione dolorem imminuant, atque ita Latonam in partu Apollinis & Dianæ palmam tetigisse. Plinius lib. XXI. *In Delo palmam natalibus Apollinis & Dianæ nobilem conspici.* Idem adfirmat Scholiastes Euripid. Iphigen. Taurica. Callimachus Hymno in Delum. Catullus vero carmine Sæcul. & Higinus, olivam manu tenuisse ajunt. Euripides Hecuba & olivam & laurum illam apprehendisse scribit Ovidius IV. Metamorph. Plutarchus in Pelopida, & Ælianus palmam & olivam arripuisse tradunt. In hoc dissensu quærunt Grammatici, quænam opinio verior. Augustinus de ordine lib. II. *In quo nostros familiares graviter miserari soleo, qvi si non responderint, qvid vocata sit mater Euryali, accusantur inscitiæ.* Idem Augustinus lib. I. Confessionum: *Non clamant adversum me venditores Grammaticæ, si proponam iis, interrogans utrum verum sit, quod AEneam aliqvando Carthaginem venisse Poëta dicat, indoctiores se nescire respondebunt, doctiores autem negabunt verum esse.* Tale est illud problema apud Plutarchum Sympos. IX. Quæst. IV. in iis Homeri Iliad. ε. ἄκρlω οὔτασε χεῖρα. Maximus orator quærit à Zopyrione Grammatico, utra scilicet Veneris manus vulnerata sit à Diomede. Qvæsivit Zopyrion quo crure Philippus claudus, cumque respondisset Maximus, nulla extare argumenta, qvibus hoc colligi posset, & hærente Zopyrione docuit Venerem dextrâ sauciatam. Similia proponit passim iisdem libris,

&

& de oraculorum defectu, initio istius diatribæ. Qvalis etiam illa Atteii Philologi quæstio: An amaverit Didun Æneas, Charisius enim lib. I. ex Plinio refert Atteium Philologum librum suum sic edidisse inscriptum: An amaverit Didun
12 Æneas. † Hujusmodi quæstiones intelligit Cornelius Nepos via Attici: *Nullus dies temerè intercessit, quo non ad eum scriberet, quo non aliqvid de antiqvitate ab eo reqvireret, modò aliqvam ei quæstionem poëticam proponeret.* Cynulcus apud Athenæum lib. XIII. ridens Grammaticos, ipsos non expedire posse, ait, nomina illorum, qvi eqvo Trojano abditi fuerunt, aut sociorum Vlyxis, & quos ex illis Cyclops devorârit, qnos verò Lestrigones. Hanc Grammaticorum supervacuam curiositatem, & inanem περιεργίαν lepidis locis rident Græci poëtæ Epigram. lib. II. & alias hujusmodi quæstiones recensent, qualis est illa in Epigrammate Philippi εἰ κύνας εἶχε κύκλωψ, &, τίνας ἔδραμεν ἥλιος ὅμους; Καὶ τίνος ἦν πρωτεύς, καὶ τίς ὁ πυγμαλίων; Vide Photii Bibliothecam in excerptis ex Helladii Chrestomathia. Athenæus lib. XI. narrat lepidissimum Ptolemæi Philadelphi factum, quo Sosibii Grammatici nimium studium in hujusmodi quæstionum πολυθρυλλήτοις λύσεσι festivè lusit. † Sanè
13. Grammaticos difficillimis quæstionibus sese exagitare & experiri solitos variis Auctorum locis patet. Cicero ad Atticum: *Sed quoniam Gram-*

Grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolveris, magna me moleſtia liberâris. Ita lib. XVI. ad Famil. conjunxit philologiam & συζητήσεις. Quinctilianus lib. I. *Grammaticus ſi de ratione loquendi diſſerat, quæſtiones explicet, hiſtorias exponat.* Svetonius in Tiberio cap. LVI. *Cum ſoleret ex lectione quotidiana quæſtiones ſuper cœnam proponere, comperiſſetq; Seleucum Grammaticum ex miniſtris ſuis perquirere, quos quoq; tempore tractaret Auctores.* † Huc alluſit Furius Bibaculus apud Svetonium in M. Valerio Catone: 14

Summum Grammaticum, optimum Poëtã
Omnes ſolvere poſſe quæſtiones,
Unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

† Hinc Grammaticorum alii ἐνστατικοὶ, alii λυτικοί. Ἐνστατικοὶ, qui alios propoſitis quæſtionibus fatigabant, λυτικοὶ, qui ſolvebant. Euſtatius Iliad. σ. ἐκ δηλούτων δῆλον, ὡς οὐχ ὑπερεῖσαι ὁ χιτὼν κατὰ τοὺς ἐνστατικοὺς ἐπὶ μόνου τοῦ προσεχῶς ἐπικεχυμένου τῇ σαρκί. καὶ Iliad. X. οἱ δὲ παλαιοὶ λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς λύσιν τῆς ῥηθείσης ἀπορίας. Suidas: Σωσίβιος λάκων γραμματικὸς τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων. Athenæus Deipnoſoph. lib. XI. ταῦτα δὲ ὁ θαυμάσιος λυτικὸς Σωσίβιος. † Nec tantùm Poëticis quæſtionibus ſeſe exagitabant, ſed parati reſpondere de quavis quæſtione propoſitâ: ideoq: quicquid reconditum, obſcurum, aut minus uſitatum, ejus ratio exigi ſolita à Gram- 15 16

maticis, ut docet Ausonius Technopægnio, seu Grammaticomastige. Agellius lib. XXII. cap. II. refert Athenis convenire solitos eruditos, & præmium soluendæ quæstionis posuisse librum veteris Scriptoris, & coronam è lauro plexam. *Quærebatur autem*, inquit, *res hujuscemodi, aut sententia Poëtæ veteris obscura, aut historiæ antiquioris requisitio, aut decreti cujuspiam ex Philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis Sophisticæ solutio, aut inopinati rariorisque verbi indagatio.* Diogenes Laërtius ex Apollodoro Epicurum ad Philosophiæ studia se contulisse ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθησαν ἑρμηνεῦσαι αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ παρ' ἡσιόδου χάους. Tale est, quod narrat Spartianus de Antonino Geta: *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, ut dicerent singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt.* Cumprimis ridicula & inepta sunt illa apud Athenæum lib. I. ἐποίησε δὲ οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας, καὶ ἀνεγίνωσκε δημοσίᾳ, διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' οὔ. καὶ διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθωνίζωνται δ' οὔ. καὶ τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δὲ οὔ. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. V. scribit, plurima ab antiquis Poëtis, Philosophis, aliisque Scriptoribus αἰνιγματωδῶς tradita, ea Grammaticis proponi solita ut interpretarentur. Εὐφορίων γὰρ, inquit, ὁ ποιητὴς, καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ

τα

τὰ τούτοις παραπλήσια. γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται ἅπασιν. † Hujus generis 17.
Καρκίνου ποιήματα, quæ per obſcuritatem locum proverbio dederunt, & variorum Auctorum Γρῖφοι, quos Scholiaſtes Ariſtophanis interpretatur ζητήματα αἰνιγματώδη περιβαλλόμενα ἐν τοῖς συμποσίοις, de quibus Plutarchus συμποσ. προβλημάτ. lib. VII. Probl. I. De iisdem ſcripſerat Ariſtoxenus συμμίκτοις συμποτικοῖς, quæ laudat Athen. lib. XIV. & Apulejus lib. convivalium quæſtionum, quarum mentio apud Sidon. Apoll. lib. IX. In harum interpretatione antiquos laboraſſe Auctor eſt Athenæus lib. X.
† Hujusmodi verò quæſtiones agitaſſe Philoſo- 18.
phos aliosq; literatos ſermones habuiſſe ἐν τοῖς ἀγυιαῖς, περιπάτοις, βιβλιοπωλείοις & βαλανείοις, docent Auctor ὑποθέσεως librorum Athenæi, Agellius plurimis locis, Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, D. Auguſtinus contra Academicos lib. I. lib. de vita beata, & Suidas in Οὐράνιος. † De hiſce autem quæſtionibus plu- 19.
rimi antiquorum ſcripſerunt. Inter illos eminet Ariſtoteles, qui problemata Homerica ſcripſerat, ut teſtatur Ammonius in ejus vita. Et Diogenes Laërtius recenſet Ariſtotelis ὁμηρικῶν ἀπορημάτων libros ſex. Quibus indubiè potisſimùm hoc argumentum amplexus erat. Heraclides ſcripſerat λύσεων ὁμηρικῶν libros ut idem Diogenes tradit. Zeno quoq;, ut eodem Auctore diſcimus, reliquit προβλημάτων ὁμηρι-

κῶν lib. V. De quibus hæc Dionis Chryſoſto-
mi verba Orat: *περὶ ὁμήρου: γέγραφε δὲ καὶ ζή-
νων ὁ φιλόσοφος εἴτε τὴν Ἰλιάδα, καὶ τὴν ὀ-
δύσσειαν, καὶ περὶ τοῦ μαργίτου.* Et deinde: *ὁ δὲ
ζήνων οὐδὲν τῶν τοῦ ὁμήρου λέγει, ἀλλὰ διηγού-
μενος καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ μὲν κατὰ δόξαν,
τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν γέγραφεν, ὅπως μὴ
φαίνηται αὐτὸς αὑτῷ μαχόμενος ἐν τισι δοκοῦσιν
20 ἐναντίως εἰρῆσθαι.* † Ex quibus facilè colligimus,
cujus illa argumenti fuerint, ſcilicet nihil in iis
de Homero Zenonem ſcripſiſſe, ſed ejus poë-
mata enarraſſe, & docuiſſe, quæ capienda ſint
ex opinionum figmentis, & quæ verè ſcripſerit,
ne videretur ipſe ſecum pugnare in iis, quæ
contrariè prolata videntur. Antiſthenem ſer-
monem ſcripſiſſe, quo probavit Homeri poë-
ma partim verè ſcriptum, partim ex opinione
confictum, & Perſeum Zenonis diſcipulum
idem argumentum pertractaſſe, eadem oratio-
ne ſcribit. Metrodorum Lampſacenum & Ste-
ſimbrotum Thaſium, Homeri interpretes, lau-
dat Plato Ione: Et Metrodorum quidem in li-
bro de Homero ineptè diſſeruiſſe, dum omnia
ad allegorias refert, Auctor eſt Tatianus Orat.
πρὸς Ἕλληνας. Sectabatur autem Phyſiologiã,
Scribit enim Diog. Laërt. Anaxagoram primum
aſſeruiſſe Homeri poëma de virtute compoſi-
tum, ad eamque opinionem vocaſſe Metrodo-
rum, qui primus exequutus eſt ea, quæ apud
Homerum ad *φυσικὴν πραγματείαν* pertinent.

Quam-

Quamquam ex iis quæ Strabo lib. I. ex Zenonis Commentariis profert, apparet, Poëtæ versus eum emendâsse, & variè enarrâsse, multaque admiscuisse Critica. Nam variæ & miscellæ hujusmodi quæstiones, quas sine auxilio Critices difficile solvimus. Ita videmus antiquos ingentia volumina ad Homeri interpretationem condidisse, quæ ad Grammaticam Historicam & Criticam pertinebant, quorum meminit Plato in Cratylo. Multos hujus argumenti libros Antisthenis Philosophi & Democriti apud Diog. Läertium legimus. Istiusmodi & Aristonici Grammatici Comentaria περὶ τῆς Μενελάȣ πλάνης, hoc est, ad eam Homerici operis partem, in qua de Menelai peregrinatione agitur, nempe ὀδυσσ. δ. in quibus aliorum veterum Criticorum ἀποφάσεις καὶ συζητήσεις collegerat, ut Auctor est Strabo lib. I. & Cratetis in eundem commentaria, quibus totam Homeri Poësin πρὸς τὰς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις revocabat, nihil ab eo absurdè aut sine ratione fictum asserens. Multa Aristarchi ejus generis, quem antiquissimum Homeri interpretem tradit Tatianus πρὸς Ἕλληνας. Et Aristarchum vatem & divinum appellatum à Posidonio Rhodio Philosopho, quod tam exactè Pöetarum mentes assequeretur, Auctor est Athæneus lib. XII. qui tamen lib. IV. scribit Athenoclen Cyzicenum longè perspicaciorem Aristarcho in expendendis Homeri versibus. Suidas recenset Ptolemæi,

Ariſtarchi diſcipuli, cujus ſcripta & Athenæus laudat, ὁμηρικῶν ὑποδειγμάτων βιϐ. ϛ'. περὶ τῦ παρ' ὁμήρȣ ἄτιδ☉. περὶ ἀςρωπαίȣ τῦ παρ' ὁμήρῳ μνημονευομένȣ. Zenodoti Grammatici λύσεις ὁμηρικῶν ἀπορημάτων. Et Longini προ-
21. ϐλήματα ὁμήρȣ καὶ λύσεις. † Atqui hi eas quæſtiones explicârunt, quas ex uno certoque Auctore excerpſerant; alii vero paſſim collectas interpretati ſunt, vel ad explicandum propoſuerunt, ut Heraclides Ponticus, qui libros III. λεσχῶν reliquerat, difficiles explicatu & dubias continentes quæſtiones, δυσεμβόλȣς, ut ait Suidas, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντας προβαλλομένων ζητήσεων. Scripſerat enim hos libros, ut hujuſmodi quæſtiones explicandas proponeret
22 Apro & Didymo Grammaticis. † Callimachi αἴτια nota Stephani, Martialis, Priſciani, Fulgentii & aliorum teſtimoniis. Servius ad illa Virgilii Æneid. 1. --- *cur dextræ jungere dextram. Majorum hæc fuerat ſalutatio: cujus rei τὸ αἴτιον, id eſt, cauſſam Varro Callimachum ſecutus expoſuit.* Ex quibus liquet ἀπορήματα in iis propoſita, & adjectas fuiſſe eorum λύσεις, ut videmus in Plutarchi αἰτίοις & problematis. At Clemens Alexandrinus Stromat. lib. V. Lycophronis Caſſandram, Pherecydis Syri Theologiam, Euphorionis pöemata, Callimachi αἴτια αἰνυγματωδῶς & obſcurè ſcripta adſerit, uſque eò, ut iis potiſſimùm experirentur Grammaticos. Quibus adde Ptolemæi Grammatici σφίγγας nam Suidas

nam Suidas δρᾶμα ἰσορικὸν fuiſſe ſcribit. Movet me inſcriptio, ut plurima in eo opere αἰνιγματωδῶς ſcripta fuiſſe exiſtimem. Clementis quidem verba ſuſpicionem mihi injiciunt in Callimachi αἰτίοις obſcuras quæſtiones propoſitas fuiſſe, ut in Hellanici λέσχαις; minus tamen apta αἰτίων inſcriptione, quibus ἀπορίαι protrahuntur & ſolvuntur, & earum cauſſæ indagantur. Niſi errore lapſus Clemens Callimachi poëmation, quod Ibin inſcripſerat, dicere voluerit, illud enim Suidas fuiſſe ſcribit ποίημα ἐπιτηδευμένον εἰς ἀσάφειαν. Multa fabuloſa ſive μυθικὰ Callimachum in αἰτίοις pertractaſſe indicio ſunt, quæ ex illis producit Clemens Alexandrinus Protreptico, & ſtudiosè excoluiſſe hanc Grammaticæ partem ex Strabonis lib. XVII. diſcimus. † Sane αἴτια ſunt ἀπορήματα & quæſtiones, quæ ad ſolvendum proponuntur. Multus in iis Plutarchus. Nam Lamprias Indice librorum Plutarchi recitat ejus ἀπορίων λύσεις. αἰτίας γυναικῶν. αἰτίας Ἑλλήνων. αἰτίας ῥωμαικὰς, αἰτίας βαρβαρικὰς. Quæ argumenti ſimilitudine conſentiunt νομίμοις, niſi quod diverſa ratione tractentur. Ipſe Plutarchus in Romulo: ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γένεσθαι. περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐν τοῖς αἰτίοις εἰρήκαμεν. Prolixius ſe dixiſſe ait in αἰτίοις, cur ſponſæ capillos haſtæ cuſpide diſcriminarent, ſci- 23.

 licet

licet ut primas nuptias vi & hostiliter contractas
24 notarent. † Intelligit autem κεφάλαια ῥωμαϊκὰ, in quibus de hoc Romanorum more agit. Ergo αἴτια, κεφάλαια vocat. Atq; ita ἐκ τῶν κεφαλαίων Plutarchi quæ extant, facilè colligimus, quid in αἰτίοις docuerint. Plutarchus παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον: μυρία δὲ ἐπὶ μυρίοις ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα παρατίθεσθαι πρὸς τὸ αὐτὸ κεφάλαιον. *Infinita*, inquit, *adferre aliquis posset ad hanc quæstionem*. Nempe an melius sit vivere, quam mori. De ea enim quæstione agit. Ergo minus aptè interpres. *Sexcenta alia ad hujus capitis demonstrationem adferre possem*.
25. Arnobius αἴτια vertit caussalia. Lib. V. adversus gentes: *Nec myrteas fas sit inferre verbenas, sicut suis in caussalibus scribit Butas*. Ubi malim sequi veteres libros, qui *Plutarchus* scribunt.
26 † Valde enim ignobilis iste Butas. Tironem Tullium de variis & promiscuis quæstionibus libros composuisse Auctor Agell. lib. XIII.

CAPUT XI.

1. De fabulis rerum & locorum. 2. Disquisitum an equæ vento concipiant. 3. ἀλκυονοτοιὀρνιθίαι. *4. Ova* ὑπηνέμια. *5. Ornithiarum etymon. 6. Cur venti septemtrionales Columellæ. 7. Plinius & Horatius explicati. 8. Candidi Favonii. 9. Candor,* λαμπρότης καθαρός.

θαρός. 10. Vopiscus emendatus. 11. Tigres vento concipi opinio veterum. 12. ἱππομανὲς. ἱπποβῖνοι. *Dionysii & Procopii de Euphrate commentum. 14. Ejus caussa ostensa. 15. De Crathi, aliisq; fontibus & fluentis* ἄπιστα. *16. Montium Olympi & Athos altitudo fabulosa. 17. Balenæ fabulosæ magnitudinis. 18.* Παράδοξον *de natura canum. 19.* Απίστων καὶ θαυμασίων *varii Auctores. 20. Ptolemæi* ἡ εἰς τὴν πολυμάθειαν καινὴ ἱστορία *cujus argumenti. 21. Varro emendatus.*

FIgmenta circa res & loca pro rerum locorumq; varietate multa sunt, ut fabulæ & miracula rerum incredibilium, aliaq; portentosa ut Plinius appellat, mendacia, quæ de longinquis & incompertis nullo certo Auctore, aut ratione, sed fama adserente prodita, qualia sunt illa, quæ Agellius lib. IX. cap. IV. ex Aristæa, Isigono, Ctesia & aliis commemorat. *Scythas corporibus hominum vesci: item esse homines sub septemtrionibus unum oculum in frontis medio habentes, alios item homines sub eadem cœli plaga singularia velocitatis: præterea in ultima quadam terra, quæ Albania dicitur gigni homines, qui in pueritia canescant: item Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluvium longè colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abstinere.* Atq; 1.

 alia

alia iſtiusmodi pluria miracula, quæ apud illum ſequuntur, quibus adde Homeri πυγμαίους, Heſiodi ἡμικύνας, Æſchyli κυνοκεφάλους, Daimarchi, Megaſthenis, Mneſarchi, aliorumque, qui Ἰνδικὰ ſcripſerunt, ἀνθρώπους ἐωτοκοίτας, ἀστόμους, μονοφθαλμοὺς, μακροσκέλεις, ὀπισθοδακτύλους, πάνας, σφηνοκεφάλους, & Auguſtini ſine capite mortales, quibus oculi in pectore fixi, quos in partibus inferioris Æthiopiæ ſe vidiſſe ait Serm. XXXVI. ad Eremitas, ſi modo is Auguſtini eſt ſermo. Similia prodita à Plinio, Pomponio Mela, aliisq; Auctoribus, quæ omnia
2. feſtiva oratione explodit Strabo lib. II. † Huc pertinet vulgatisſima veterum opinio, qua equas in Luſitania animalem fœtum edere arbitrabantur, quam plurimi Auctores prodiderunt. Varro de re Ruſtica lib. II. *In Luſitania ad Oceanum in ea regione, ubi eſt oppidum Olyſippo in monte ſacro, quædam è vento concipiunt certo tempore equæ, ut hic Gallinæ quoque ſolent, quarum ova ὑπηνέμια appellant. Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennio vivunt.* Idem tradit Plinius lib. IIX. cap. XLII. Solinus cap. XXXVI. Columella lib. VI. Martianus Capella de Geographia. Virgilius lib. III. Georgicon. Auguſtinus de Civitate DEI lib. XXI. cap. V. *In Cappadocia vento equæ concipiunt, iidemq; fœtus non amplius triennio vivunt.* Mirum ſane quod ſcribit Ælianus lib. VII. cap. XXVII. Oves ſeſe obvertere ad ventum in coitu, & ſi marem pa-

tere

rere desiderent, ad Boream, si fœminam, ad austrum. Varro quidem, & Columella ac Solinus fœtus equarum ita natos numquam triennium ævum trahere, Silius vero Italicus lib. III. septem annos vivere adfirmat.

Hinc adeo cum ver placidum flatusq́; tepescit,
Concubitus servans tacitos grex prostat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aurâ.
Sed non multa dies generi, properatq; senectus,
Septimaq́; his stabulis longissima ducitur ætas.

Orta hæc opinio videtur ex illis Homeri Iliad. Υ.

Τȣ̃ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βȣκολέοντο
Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῆσι.
Τάων καὶ βορέης ἠράσατο βοσκομενάων.
Ἵππω δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ.
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλȣς.

Et sanè licet prodita magnis Auctoribus, atq; adeo ipse Varro incredibilem hanc rem, sed veram putet, tamen inter παράδοξα potius & ἄπιστα referendam censuerim, utpote quæ nulla ratione nitatur, sed poëtico figmento tradita, opinione recepta sit, ideo & Eustathius ad illa Homeri verba, quæ adduximus, ἀδύνατον, ait, τοιȣ́τȣς ἵππȣς γενέσθαι, & refert ad σχῆμα τȣ̃ λόγȣ, ἀπαραλύθητον ὑπερβολὴν. Justinus quoq; lib. XLIV. *In Lusitaniâ equas vento concipere multis Auctoribus proditum, sed hujusmodi fabulas ex equarum fecunditate & multitudine gregum natas esse.* Sane de avibus negare non ausim, & nota apud omnes ova ζεφύρια sive ut Plato in The-

Thexteto ἀιεμίδια, de quibus abundè Aristoteles de Historia animalium lib. II. cap. VI. & περὶ ζώων γενέσεως lib. III. cap. I. Vultures concipere spiritu & nullos nasci mares Auctor est Tzetzes Histor. lib XII. Horapollo Hieroglyphicon. lib. I. scribit Vultures obvertere vulvam Boreæ, & ab eo comprimi quasi per quinque dies. quibus nec cibum nec potum capiunt. Duplex autem eorum genus, horum quidem ova utilia procreando fœtui, illorum verò esui tantum apta. Ælianus de Animal lib. II. cap. XLVI. Plutarch. ῥωμαικοῖς προβλ. XCIII. & Basilius Hexamer. Homilia IIX. cujus verba recitat Michäel Glycas Annalium lib. I. quo argumento etiam Origenes adversus Celsum, in adstruenda Christi nativitate utitur. Naturam scilicet idem posse in diversis animalibus; esse autē animalia quæ sine masculi coitu successionem suam conservant, quod & de vulture adfirmant. Ideoq; minus mirum, si DEUS voluit JESUM sine Maris coitu ex fœmina nasci. Lactantius lib. IV. cap. XII. *Quod si animalia quædam vento & aurâ concipere omnibus notum est, cur quisquam*
3. *mirum putet, cum spiritu DEI, cui est facile quicquid velit, gravatam esse Virginem dicimus?* Alias quoque aves vento concipere scribit Columella lib. VI. cap. XXIII. † Olympiodorus in Aristotelis μετεωρολογικῶν lib β. πράξει κβ. οὗτοι δὲ (βόρειοι ἐτεσίαι) μετ' ἑβδομήκοντα ἡμέρας τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἄρχονται πνεῖν, τοῦ ἡλίου

ὄντος

ὄντα ἐν ἰχθύσιν, οὕστινας Ἀριστοτέλης λευκονότους τε καὶ ὀρνιθίας καλεῖ. λευκονότους μὲν διὰ τὸ ἀτάραχον καὶ γαλήνιον τῆς πνοῆς. ὀρνιθίας δὲ διὰ τὸ ἐπιτηδείους αὐτοὺς εἶναι πρὸς τὴν τῶν ὀρνίθων γένεσιν. τηνικαῦτα γὰρ πνεόντων αὐτῶν ὠοτοκοῦσιν αἱ ὄρνιθες, ὡς καὶ χωρὶς τῆς τοῦ ἄρρενος μίξεως καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, δῆλον ἐκ τῶν γινομένων ὠῶν ἐπανεμίων. οὕτω ζωογόνον ἐστὶ τοῦτο τὸ πνεῦμα. *Boreales Etesiæ*, inquit, *post dies LXX solstitii hyberni spirare incipiunt, Sole in piscibus domicilium habente, hos Aristoteles Leuconotos & Ornithias appellat. Leuconotos propter auræ tranquillitatem & serenitatem. Ornithias, quod aptæ ad avium prolem; iis enim spirantibus ova pariunt aves etiam sine connubio maris, quod verum esse ova ὑπηνέμια ostendunt. Ita aptus est ad fæcunditatem hic ventus.* Ista quidem anni tempestate omnia animalia gestire ad patiendum inter omnes constat, unde apud veterem Poëtam.

Verè concordant amores, verê nubunt alites.

& Lucret. lib. I.

Nam simulac species patefacta est verna diei,
Et reserata viget genitabilis aura Favoni:
Aëriæ primum volucres te, diva, tuumq;
Significant initum, perculsæ corda tua vi.

4

† Non negabo igitur aves sine coitu ova ὑπηνέμια edere, ea vero inania & inanimata Aristotelem secuti adserimus, quod & Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν: τοῖς μὲν οὖν ὄρνισι τὰς ὑπηνεμίους λοχείας καὶ ὠδῖνας ἀτελῶν τινῶν καὶ ἀψύχων ὑπολημ-

λημμάτων ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι. *Quod aves interdum ova ζεφύρια pariant ad imperfectos & inanimatos conceptos referunt.* Quomodo ergo hæc transferamus ad equarum fœtum, quem non
5. tantum vitalem, ſed etiam triennium, imo ſeptennium vitæ excedere ajunt? Quod illorum quoq; opinionem evertit, qui vultures omnes fœminas adfirmant. † Deinde Ornithias alia ratione appellari ſcribit Plinius lib. II. cap.
6. XLVII. *Favonium Chelidoniam vocant ab hirundinis viſu, nonnulli vero Ornithian, uno & LXX. die poſt brumam ab adventu avium flantem per dies novem.* † Columella lib. XII. cap. II. *Cal. Martii Leo deſinit occidere, venti ſeptentrionales, qui vocantur Ornithidæ, per dies triginta eſſe ſolent, tum & hirundo advenit.* † Ubi meritò quæritur, qua ratione Ornithiæ venti ſeptentrionales, cum aliis Auſtrales. Columellæ quidem accedit Auctor libri de mundo interprete Apulejo: *Septentriones ac Zephyri frequentiores ſunt tempeſtate veris, Ornithiæ venti appellantur, Aquilonum genus, ex aëre profati minori niſu, nec jugi perſeverantia ſpiritus perferentes.* Ubi Veteres libri: *nec jugi perſeverantia ſpiritus perſeverantes.* At Ariſtoteles Meteor. lib. II. cap. V. *Auſtrales Eteſias, quos Leuconotos & Ornithias vocant, verna tempeſtate ſpirare.* Eteſias diverſæ cœli regiones emittunt Agellius lib. II. cap. XXII. *Eteſiæ ex alia atque alia parte cœli ſpirant.* Ideoq; ipſorum portæ diverſimodè ſcriptoribus narrantur. Ea mente Ari-

Ariſtoteles Meteor. II. cap. VI. *οἱ δὲ ἐτησίαι περιΐστανται τοῖς μὲν περὶ δυσμὰς οἰκοῦσιν ἐκ τῶν ἀπαρκτίων εἰς θρασκίας, ἀργέστας, καὶ ζεφύρους.* *Eteſias*, ait, *in occiduis plagis ex Septemtrione flantes in Traſcias, Argeſtas & Favonios, in Oriente ex Septemtrionibus in ſubſolanos transmigrare.* Hic eſt ſenſus verborũ Ariſtotelis, cui accedit Diodorus Siculus lib. I. Vitruvius lib. I. cap. VI. Plini9 lib II. cap. XLII. *In Hiſpania & Aſia ab Oriente flatus eſt Eteſiarum, in Ponto ab Aquilone, in reliquis partibus à meridiè.* Qui locus acumen imperitorum effugere non potuit, quod tamen ut in eo exercerent minimè opus erat. Qvis ignorat Hiſpanis Eteſias ab ortu, quod & Strabo lib. III. ex Poſidonii obſervatione adſerit. Qvod in Ponto ab Aquilone Iſidorus lib. XIII. cap. XI. unde Lucretius: *Eteſia flabra Aquilonum*, & Scholiaſtes Apollonii Argonaut. II. *Pontum petentibus Eteſias contrarios ſpirare, quia in illis locis ſint Boreales.* *ὑπάρχουσιν ἐναντίοι οἱ ἐτησίαι τοῖς ἐπιπλέουσι τὸν πόντον, ὄντες βορραῖοι κατ᾽ ἐκείνους τοὺς τόπους.* Reliquas partes ad meridiem quas ait, intellige his oris objectas, atqui hoc eſt, quod auctor lib. de mundo Eteſias *μίξιν ἔχειν τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων.* Niſi potius Columellæ favonii verni, ſeptemtrionales, quia ſcilicet *χειμέριοι*. Theophraſtus *περὶ ἀνέμων*: *ψυχρὸς (ζέφυρος) τῶν ἐνιαυσίων ἐν δύοιν ὥραις ἐαρινῇ καὶ μετοπώρου.* *Duo anni tempora, qvibus Favonii ſpiritus frigidi, vere & autumno; quia flat ab occaſu ex mari & campis aperi-*

aperris solis calore paulatim invalescente. διὰ τὸ πνεῖν, inquit, ἀφ' ἑσπέρας ἀπὸ θαλάττης καὶ πεδίων ἀναπεπταμένων. καὶ ἐστι μετὰ χειμῶνα τοῦ ἦρος
7. ἄρτι τοῦ ἡλίου, κρατοῦντος. hinc Aristoteles Met. II. cap. VI. ὁ γὰρ ἀπαρκτίας ζέφυρος ἐστιν Favonii scilicet septemtrionales quatenus frigidi & hybernum spirant. † *Ventorum* enim *frigidissimi*, inquit Plinius, *qui à septentrione spirant.* Quare perperam vulgus interpretum in illis Horatii lib. III. Ode VII. --- *quem tibi candidi Primo restituent*
8. *vere Favonii* candidos, jucundos & gratos capit. Nam Favonii, ut jam docui, qui à brumali conversione primo vere spirant, minimè jucundi. † Candidos ergo favonios, intellige λευκονότους, seu, ut ipse Horatius, albos notos, lib. 1. Ode VII.

Albus ut obscuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus ---

Quibus verbis expressit etymon λευκονότου, Theophrastus περὶ ἀνέμων: οἱ γὰρ ἠρινοὶ νότοι καθάπερ ἐτησίαι τινές εἰσιν, οὓς καλοῦσι λευκονότους.
9. ἄιθριοι γὰρ καὶ ἀσυννεφεῖς. λευκονότοι, scilicet quod sereni & innubes, sive διὰ τὸ αἰθρίας ποιεῖσθαι. ut Alex Aphrodis. in II. Meteor. † Candor autem propriè lucis, Lucret. lib. VI. *candenti lumine solis.* Cn. Matius: *albicasit Phœbus*, quod Euripides: λευκαίνει. Solis enim & Lunæ color λευκὸς αὐγὴ; & λευκότης; nota serenitatis, unde καθαρὸς ἥλιος Theophrasto περὶ σημείων υδατων Parmenides: πῦρ φῶς καθαρὸν οἰκεῖ ἐν οὐρανῷ. &: καθαρὰς εὐάγεος ἠελίοιο

οιο λαμπάδος ἔργα ἀρίδηλα. Proprium enim ignis lux, unde Mercurio Trismeg. πῦρ & φῶς eadem, & Plato solis Corpus λαμπρότατον καὶ λευκότατον dixit. Alexander Aphrodisæus Naturalium Quæstionum lib. I. cap. II. λαμπρά τε καὶ λευκὰ σώματα τῆς φύσεως ἐστὶ τὸ πῦρ. Quamquam candor λαμπρότης; nec color sed coloris accidens, Græcis στίλβων, Latinis lumen. Tertullian. de Pallio. † Apud Vopiscum Aureliano, ubi vulgo legitur: *Lanestre pallium*. Scribe: *Illustre pallium*. Manilius lib. V. *Tyrias luces*. Illi ergo Favonii grati demum ac lenes, qui exsurgere solent vere jam adulto, de quibus Aristoteles Problem. XXXI. & LV. Alii verò spiritus verni, qui spirare solent, cum radii solis ad vires suas redire incipiunt, Etesiæ venti austrini, & proinde calidi, unde veteribus animales spiritus & fœcundi. Horum ortus quia proximus Favoniis vernis, sereni & jucundi, ideo & eorum naturam referunt: hinc est cur antiqui minus sollicitè discrimen illorum observarunt; nam confusa videas utrorumque nomina & effectus. ita Aristoteles II. Meteor. & ex eo Olympiod. Ornithiis & Leuconotis eam fœcunditatem tribuit, quam idem Philosophus lib. VI. de historia animalium Zephyris dederat. Adeo ut omnem auram mitiorem, & lenè ac molliter spirantem Zephyri crediderint, unde & poetarum elogiis celebratus, Venerum quoque & Cupidinum obsequio nobilis, & ipse Cupido Alcmæoni poëtæ

H Zephy-

Zephyri filius. Sed rerum cohærentium series longius nos provexit, quam ratio instituti poscebat. Quicquid ergo est equas animalem fœtum edere fabulam opinione natam crediderim, & Homerum, quem Auctorem fabulæ ostendi, eam confinxisse, ut commendaret equarum pernicitatem.
11. † Simili ratione credidit antiquitas tigres vento concipi, & omnes fœminas esse. Claudianus de raptu Proserpinæ lib. III. -- *fremit illa marito Mobilior Zephyro.* Cum tamen Oppianus κυνηγετικῶν lib. III. vanissimam hanc fabulam scribat, & mares non facile à venatoribus capi, sed ab eorum adspectu statim aufugere. Aristoteles quoq; & Plinius, & alii scribũt canes à Tigribus comprimi solere, & Gratius
12. ait: *majorem ferre de sangvine fœtum.* † Quamquam eadem opinio ad equarum effrenem libidinem referri possit; hujus enim vim postquam sentire ceperunt, prorsus efferatæ gregem deserunt, & aquiloni & austro sese prostituunt, dones in cursu defatigatæ desistant, unde & desperatæ & insatiabilis libidinis fœminæ dicuntur ἱππομανεῖν. Vide Aristotelis de histor. Animalium lib. VI. cap. XIIX. cujus verba repetit Ælianus de Animalibus lib. IV. cap. VI. qui ejusdem lib. cap XI. mulieres libidinosas ἵππους appellatas scribit. Aristophanes ἱπποβίνους vocat. Vide ejus Scholiasten in Ranis. Adde nunc Insulas extra Oceanum sparsas, incognitas & inaccessas, quales narrat Proclus in Platonis Timæum

mæum ex Marcelli Æthyopicis, & de iis abſurda quæque & incerta, quæ de Inſulis beatourm commenti ſunt antiqui. Pindarus Olymp. Ode II. & ejus Scholiaſtes. Lycophronis interpres eas in Britannia collocat, illic oberrare animas mortuorum, aliaq; figmenta recenſet, quæ nemo auſus eſſet ſomniare. Aliarum item prodigioſa miracula, rara & nullis viſa animalia, fluminum fictos curſus & id genus. Dionyſius Afer ſcribit Hercyniam ſylvam paſcere volucres

--- fulgentibus alis,
Queis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.

Quod & Plinius lib. x. & Solinus cap. xxiv. adfirmant. Nemini tamen incolarum iſtæ aves notæ aut viſæ. De Gryphis quæcunq; tradiderunt antiqui præter Pauſan. lib. i. Plin. lib. vii. Serv. in Virgilii Eclog. iix. falſa docuit Arrianus vide rebus geſtis Alexandri † Auctor eſt Dionyſ. African. Euphratem limum projicere, eumque coactum in ſuperficie hærere, deinde areſcente limo corticem induere ejus firmitatis, ut pedites & equites facili trajectu transmittat. Hoc verè inter fabuloſa, invênit tamen qui mendacio faveret. Procopius enim lib. i. belli Perſici ſcribit: Euphraten ferri in quendam lacum, deinde abſconſo fluxu procedere, non quod ſub terram tranſeat, ſed mirâ quadam cauſâ. Exſurgere enim ſuper ejus aquas limum, qui longitudine L. ſtadia, latitudine XX. æquet, adeo-

que durescere, ut continens videatur, & equites
14. & currus ferre possit. † Sed detegenda est caus-
sa erroris, ne hæc de Euphrate παράδοξα admit-
tamus. Euphraten subterraneo meatu in Arabia
emergere Eratosthenis sententia est. Strabo lib.
XVI. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς, τῶν
πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξό-
δων ἀνοῖξαι πόρους ὑπὸ γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑπο-
φέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων. ἀναθλίβεσθαι δ' εἰς
τοὺς περὶ Ῥινοκόρουραν, καὶ τὸ Κάσιον ὄρους ποταμούς,
καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας. *Eratosthenes palu-
dum, quæ in Arabia mentionem faciens, ait:
Aquam exitum non invenientem aperuisse meatus
subterraneos, ac per illos deferri in Cœlesyriam, e-
rumpere in flumen ad Rhinocoruram, & Casium
montes, atq; illic lacus efficere.* Hoc licet Strabo
sibi non fieri verisimile affirmet, quia Euphra-
tis παρεκχύσεις, quibus in Arabiam in lacus
ac paludes exundat, Persico mari vicinæ sint,
nihilominus apud Philostratum de vita Apollonii
lib. I. legimus. Euphraten post longiorem cur-
sum in terram submergi. De Cydno idem cre-
didit Eratosthenes. Strabo lib. IX. de Cephisso
Græciæ, lib. XI. de Ario Asiæ fluminibus eadem
retulit. & lib. VI. τὸ δὲ περὶ Μάταυρον σπήλαιον
ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη, καὶ ποταμὸν δι'
αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ, μέχρι πόλλου διαστήματος.
Καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ὁ Τίγρις ἐν
15. τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ. † O-
vidius XV. Metamorph.

Gurbis

Crathis & hinc Sybaris vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroq; capillos.

Idem scribit Scholiastes Lycophronis ex Hesigono, Sotione, & Agathostene, & Scholiast. Theocriti, ex Nymphodoro & Theophrasto. Plinius verò lib. XXX. Crathin candorem inducere tradit. Eustathius ιβ. Odyss. Crathin aureos aut candidos capillos facere; quod confirmat auctoritate Aristotelis. Idem refert Iliad. β. Sed hoc meritò inter ἄπιστα, quæ fama tradiderat; tale est illud quod scribit Dionysius Africanus interprete Prisciano:

Sardiniæ postquam pelago circumflua tellus,
Fontibus è liquidis præbet miracula mundo,
Quod sanant ægros, pandunt, damnantq; nefando
Perjuros furto, quos tacto lumine cæcant.

Eadem Solinus cap. X. quæ de aliis etiam fontibus produnt Plinius lib. XXXI. cap. II. Philostratus Apollonio lib. II. † Olympi montis 16
cacumen excelsius illo cœli spatio, quo fulguri & pluviis aliisq; cœli injuriis locus est, pleriq; veterum tradiderunt. Hanc opinionem quibus potissimùm argumentis muniant refert Augustinus lib. I. contra Manichæos: *Mons ille Macedoniæ qui Olympus vocatur, tanta altitudinis esse dicitur, ut in ejus cacumine nec ventus sentiatur, nec nubes se colligant; quia excedit altitudine sua totum istum aërem humidum, in quo aves volant. Quod ab eis perceptum dicitur, qui per singulos an-*

nos solebant, nescio quorum sacrificiorum caussa, memorati montis cacumen scandere, & aliquas notas in pulvere scribere, quas alio anno integras inveniebant. Quod fieri non posset, si ventum aut pluviam locus ille pateretur. Solinus cap. XIIII. Aristoteles II Meteor. οὐχ' ὑπερβάλλει τὰ πνεύματα τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων. Mirandam item altitudinem narrant montis Athos. Solinus cap. XVII. *In Myrinæ oppidi forum mons Athos è Macedonia umbram jacit. Quod non frustra inter mimenla notaverunt. cum Athos à Lemno sex & octoginta millibus passuum separetur. Est sanè Athos adeo sublimis, ut altior æstimetur, quam unde imbres cadunt. Quæ opinio eò fidem concepit, quod in aris, quas in cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur.* Statius IV Thebaid. de Lemno -- *ingenti tellurem proximus umbrâ Vestit Athos* -- Eadem Plinius lib. IV. ex quo discimus inter montem & insulam fuisse stadia IↃCXCVI. Quare si montis umbra pertingit ad insulam, cum Sol ab Horizonte uno gradu sublimatus, altitudo môtis implebit stadia XII, Si gradib9 duob9 æquabit stadia XXIV. At Plutarchus in Paulo Æmilio montium altitudinem non excedere X stadia, idq; instrumentis exploratum, & ratione à Geometris probatum scribit. Proinde hæc montium celsi-
37. tudo famâ scribentium potius recepta est, quàm ratione. † Solinus scribit, Indica maria habere balenas ultra spatia quatuor jugerum. Quod & Ambrosius Hexamer. III adfirmat. Hoc tamen nisi valde credulis minimè persvaserint.

Adjice lapidum & virgultorum occultas vires, animalium miras & abſconſas proprietates, aliaque id genus ἰδιώματα, ſeu ut Medici appellant, ἰδιοπαθείας καὶ ἰδιότητας ἀῤῥήτους, quæ quia nullâ ratione conſtant, ſed experiundo diſcuntur, experimenta vero illarum rariora & difficiliora, inter ἄπιστα ferè & παράδοξα recenſentur. † Tale eſt illud quod Euſtathius colligit 18. ex iſtis Homeri ὀδυσσ. ξ.

Ἕζετο κερδοσύνῃ σκῆπτρον δ' οἱ ἔκπεσε χειρός.

Adſediſſe Ulixem & Scipionem manibus ejeciſſe, cum à canibus inſectaretur, ſingulari ſcilicet κερδοσύνῃ, ne canes morſu infeſtarent, tanquam ſi Poëta innuere voluiſſet, hanc canum naturam, ut parcant ſedentibus, in proſtratos verò aut ſtantes ſævisſimi irruant. Iſtiusmodi admirandæ proprietates pasſim apud Auctores inveniuntur; Inprimis Antigonum & Apollonium, qui ἱστορίας θαυμασίας ex variis collegerunt. Auguſtin. de Civitate Dei lib. XXI. cap. V. Athenæum lib. XIII. & Alexandrum Aphrodiſæum ſive Trallianum problematum lib. I. ubi ſcribit earum indagationem non tantùm Medici, ſed etiam Philoſophi, & Grammatici. Et hæc quidem omnia vitæ uſum nec juvant nec ornant, ſed impedimenta bonæ mentis ſtudiorum inania colludente curioſitate ſvadent, fecunda tamen hujusmodi nugis ingenia humana. A Strabone citari video incertas hiſtorias, καὶ τὰ παραδάξως θρυλλούμενα. † Noti ſunt varii Auctores περὶ 19.

θαυμασίων, ex quibus Phlegon Trallianus, Apollonius & Antigonus συναγωγὴν τῶν θαυμασίων excerpserunt, ipsiusq; adeo Aristotelis quamplurima hujus argumenti, qualis est liber, quem ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων teste Diogene Laërt. conscripserat, ex quo constat Stratonem ejusdem tituli librum reliquisse. Philonis περὶ παραδόξου ἱστορίας. Seleuci περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων. Callimachi περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων. Et ejusdem θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγὴν recenset Suidas.
20 † Ptolemæum Hephæstionis filium τὴν εἰς πολυμάθειαν καινὴν ἱστορίαν scripsisse Auctor est Photius. Ea huc pertinet. Video enim à Suida citari indice παραδόξου ἱστορίας. Libri Nicandri περιπετειῶν hujus erant argumenti, ut docent quæ ex illis profert Athen. lib. XIII. Theophrastus ἐν ἐρωτικῷ, aliiq; τῶν ἐρωτικῶν Auctores pluria hujusmodi miracula libris suis immiscent. Nymphodorus quoque scripserat περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ut testatur Athen. lib. XIII. qui & Polæmonis περὶ θαυμασίων citat lib. XII.
21. † Similis argumenti Varronis de rebus admirandis, sive Gallus Fundanius, ita enim inscripserat. Ex quo hæc profert Nonius: Aboriatur. *Varro Gallo Fundanio de admirandis rebus: Vinum quod ibi in quodam loco natum sit, si prægnans biberit, fieri ut aboriatur.* Illa: *in quodam loco*, ab alienâ manu sunt. Apud eundem Nonium in

in Putei: *Varro Gallo vel Fundanio: De miris, secundo de statutis aquis, ut sunt, lacus, & stagna, & putei & maria.* Emenda: *Varro Gallo Fundanio, vel de miris secundo: de stativis aquis, ut sunt lacus.*

CAPUT XII.

1. *Historia vera definita & divisa.* 2. *Eaunde incipit.* 3. *Historia sacra.* 4. *Indigitamenta. Eorum Auctores.* 5. *Numæ Pontificalia. Argumentum Pontificalium* 6. *Historiæ sacræ varii Auctores.* 7. *Divisa historia rerum humanarum. Ejus partes definitæ.* 8. *Historia Virorum Illustrium; & ejus varii Scriptores.* 9. *Commentaria rerum memorabilium.* 10. χρεῖαι. 11. *Inter notas optimæ historiæ observatio temporis.* 12. *In eâ Grammatici antiqui plurimùm laborârunt.* 13. διδασκαλίαι. διδάσκειν. διδάσκαλοι. 14. *Docere fabulam.* 15. *Argumentum* διδασκαλιῶν, *& earum Auctores.* 16. *Varii Scriptores Chronologi.* 17. *Aristoteles primus Auctor* διδασκαλιῶν. 18. *Isaaci Casauboni vera laus.* 19. *Dicæarchi Hypotheses fabularum.* 20. θεατρικῆς ἱστορίας *varii Scriptores.* 21. *Menæchmi* περὶ τεχνιτῶν τεχνίται. 22. *Artifices.* 23. *Varronis de scenicis originibus, de scenicis actionibus.* 24. *Attii didascalicon cujus argumenti,*

1. HIs ita expoſitis expedita ratio hiſtoriæ veræ; nam ut illa omnis generis figmenta, ita hæc veras narrationes exſequitur; quæ apud Græcos à Theſei demum temporibus cepit; ſuperiorum enim temporum res geſtæ commentis fabularum involutæ erant, ut Auctor eſt Plutarchus in Theſeo. Theſeum vero πρεσβύτερον τῶν τρωικῶν μιᾷ γενεᾷ Clemens Stromat. lib. 1. ſcribit. Et Diodorus Siculus proœmio ſuæ Bibliothecæ nihil ſe definire ait, de iis quæ ante bellum Trojanum, illorum enim nullam certam rationem poſteris traditam. τὰς μὲν, inquit, πρὸ τῶν τρωικῶν ἐ διοριζόμεθα βεβαίως, διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειλῆφθαι περὶ τούτων πιστευόμενον. Euſebius vero lib. X. εὐαγ. προπαρ. ex Africano, nihil certi in Græcorum hiſtoriâ ante inſtitutas Olympiades. Verba Africani: Μέχρι μὲν τῶν ὀλυμπιάδων ἐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς ἕλλησι πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων. At inter Olympiades & Trojæ halosin Diodorus Siculus ex ſententia Apollodori, Clemens Alexand. ex Eratoſthene & ipſe Euſebius numerant annos CD IJX. Superiora ergo tempora heroica obumbrata fabulis Trojanorum, Argonautarum, Herculis, Theſei & aliorum, ideoq; Varroni mythica. Tria enim temporum diſcrimina tradebat, ut ſcribit Cenſorinus de die Natali. Primum ab hominum principio ad cataclyſmum priorem, quod propter igno-

ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum à cataclyſmo ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabuloſa, mythicon. † Tertium à pri- 2.
ma Olympiade, hiſtoricon, quòd res in eo geſtæ veris hiſtoriis continentur. Hiſtoriæ autem prima lex, ut Cicero II. de Oratore, ne quid falſi dicere audeat, & ne quid veri dicere non audeat, hoc eſt, accurata veritas, uſq; adeò, ut Polybius lib. XII. ſcribere non vereatur, narrationem hiſtoricam ſine veritate exosſi corpori ſimilem, cujus nullus eſt uſus. Hiſtoria ergo vera, de re qualibet vera narratio. Ea variis modis diviſa, quam tamen ſi circa perſonas, res, & loca occupari ſtatuamus, tota res ratione inſtituti ſimpliciori viâ deducetur. Nam licet præcipua rerum geſtarum narratio, cui locorum & rerum deſcriptio neceſſariò immiſcetur, ut docet Polybius lib. III. & V. tamen ſigillatim hæc argumenta multis pertractata. Hiſtoria ergo propriè & κατ' ἐξοχὴν ita appellata, quæ circa perſonas, ut antea docui, duplex; Divina & humana, ſive de rebus divinis & humanis, quas complexus eſt Varro libris Antiquitatum, quos in rerum divinarum & humanarum libros diſtribuerat. † Res divinas libris XVI. quorum hanc 3.
partitionem tradit D. Auguſtinus de Civitate Dei lib. VI. cap. III. *Sunt autem omnes ſedecim, & iſtorum exordio unum ſingularem, qui prius de omnibus loqueretur, appoſuit: quo abſoluto, conſequenter ex illa quinquepartita diſtributione tres*

præ-

præcedentes, qui ad homines pertinent, ita subdivisit, ut primus sit de Pontificibus, secundus de auguribus, tertius de quindecemviris sacrorum. Secundos tres ad loca pertinentes: Ita ut in uno eorum de sacellis, altero de sacris ædibus diceret, tertio de locis religiosis. Tres porro qui istos sequuntur, ad tempora pertinent, id est, ad dies festos: ita ut unum faceret de feriis, alterum de ludis Circensibus, de scenicis tertium. Quartorum trium ad sacra pertinentium, uni dedit consecrationes, alteri sacra privata, ultimo publica. Et quæ sequuntur. Ex hisce manifestum est, quas res historia sacra, sive historia rerum divinarum potissimùm exsequatur. Quas & libri Pontificum narrant, qui indigitamenta dicuntur. Servius ad illa Virgilii 1. Georg. *Studium quibus arva tueri. Nomina hæc numinũ in indigitamẽtis inveniũtur, id est, in libris Pontificalibus, qui & nomina deorũ & rationem ipsorum numinum continent.* † Glossæ: *Indigitamẽta ἱερατικὰ βιβλία.* Horum frequens mentio apud
4. Grammaticos. Granius Flaccus de indigitamentis ad Cæsarem scripserat, & inter Varronis Logistoricos liber de indigitamentis recensetur. † Fulgentius de prisco sermone laudat Numæ
5. Pompilii, Rutilii Gemini, & Varronis Pontificalia. Argumentum Pontificalium librorum Numæ Pompilii, Rutilii Gemini, & Varronis Pontificalia. Argumentum Pontificalium librorum Numæ pleniùs narrat Tertullianus de præscriptio-

ptionibus adverſus hæreticos: *Si*, inqvit, *Numæ Pompilii ſuperſtitiones revolvamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & privilegia, ſi ſacrificalia miniſteria & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum ac votorum curioſitates conſideremus, nonne manifeſtè Diabolus moroſitatem illam legis Judaicæ imitatus eſt.* De hiſce enim omnibus ut propriis ſacrorum indubiè agebat Numa Pontificalibus, ideoqve ea intellexiſſe videtur Tertullianus. Qvanqvam libris Pontificalibus non tantùm concepta fuit hiſtoria ſacrorum, ſed etiam aliæ res geſtæ P. R. Pontificibus enim permiſſa poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabulas conferendi, ut tradit Macrob. I. Saturnal. Seneca Epiſt. CIIX. *Quem nos Dictatorem dicimus apud antiquos magiſter populi vocatus. Hodieq; id extat in Auguralibus libris. Provocationem ad populum à regibus fuiſſe. Id eſſe in Pontificalibus libris notat Feneſtella.* † Augurum libros citat Varro I. & V I. 6. de lingua Latina, libros Sibyllinos lib. V. libros ſacrorum apud Athenienſes lib. IV. Appii Claudii Auguralis diſciplinæ libros, Catonis de Auguribus, de indigetibus, Verannii de auſpiciis laudat Feſtus, Tagetis haruſpicinam Fulgentius, Sulpitii de ſacris deteſtandis, Nigidii Figuli augurii privati Agellius, Trebatii de religionibus idem Agellius & Macrobius. Sunt & alii varii libri rituales, & commentarii Qvindecimvirorum apud Cenſorinum de die natali, libri de auſpiciis augurum P. R. libri ſacerdotum P. R. apud Agelli-

Agellium, qui historiam sacram complexi, de qvibus agam in Collectaneis juris Pontificii. Sanchoniathonis Philisti & Palæphati Αἰγυπτιακὴ θεολογία nota ex Suida. Porphyrius apud Eusebium ἐυαγγελικῆς προπαρασκευῆς lib. X. Sanchoniathona Theologiam suam collegisse ex memorabilibus scriptis urbium, & libris sacris, qvi templis dedicari soliti. Σαγχωνιάθων δὲ, inqvit, ὁ κατὰ τὴν τῶν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως πᾶσαν τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας. Theodoretus quoque πρὸς Ἕλληνας Orat. II. hujus Sanchoniathonis meminit & Manethona Ægyptiorum Theologiam conscripsisse, Cornutum verò Philosophum Græcorum Theologiam tradidisse, scribit. Qvod & Clemens Alexandrinus affirmat Stromat. lib. I. & Manethona qvidem ex Ægyptiorum sacris literis monumenta sua transcripsisse testatur Josephus adversus Appionem, qvi & Sanchoniathonis meminit, qvem Porphyrius Berytium appellat, Suidas Tyrium. Andronis περὶ θυσιῶν citat Antigonus ἱστορ. θαυμ. Nicephorus Callistus Historiæ Ecclesiasticæ lib. X. cap. XXXVI. ubi de diis gentium, seu veterum Theologiâ agit: *Ad eam rem cognoscendam sufficerit Aristotelis peplum, Dionysii corona, πολυμνήμων Rhegini, qvi rebus eorum expositis Theologiam posteris reliqvere.* Adde Cleanthis Cyziceni περὶ τελετῆς, aliorumque ejus argumenti, quorum

rum freqvens mentio apud Athenæum. † Historia rerum humanarum sive generalis est, & 7.
omnium gentium historias narrat, de quâ copiosè Diodorus Siculus proœmio Bibliothecæ, sive partis, & certi cujusdam populi res exponit: eaque perpetua, aut distracta sive sejuncta. Perpetua, quæ continuata serie res gestas unius gentis enarrat, de qua Cicero ad familiares lib. v. epist. xi. & Dionysius Halicarnass. περὶ ἰδιώματος θουκυδίδου. Sejuncta sive singularis, quæ unius belli eventus, aut certæ alicujus rei gestæ historiam tradit, quam non sine ratione rejicit Polybius lib. iii. licet Cicero lib. iv. epist. ad famil. eam commendet. † Sejuncta historia etiam vitas Illustrium Virorum complectitur, 8.
quod argumentum multi tractârunt. Hieronymus epist. ad Augustinum: *Legisti & Græcos & Latinos, qui vitas Virorum Illustrium descripserunt, verbi gratia, Ducum, Philosophorum, Historicorum, Poëtarum, Epicorum, Tragicorum.* Exstabat Philochori συναγωγὴ ἡρωίδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν. Pamphili Amphipolitæ Philosophi περὶ ζωγράφων ἐνδόξων. Telephi Grammatici περὶ τραγικῶν καὶ κωμικῶν. Demetrii Phalerei de Poëtis, ut testatur Suidas. Chamæleontis Heracleotæ de Poëtis Lyricis, & Adæi περὶ ἀγαλματοποιῶν meminit Athenæus. Aristotelis librum de Poëtis citat Diogenes Laërt. in Platone. Eundem Aristot. vitas Sophistarum conscripsisse ex Laërt. Empedocle, Prota-

Protagora, & Pyrrhone colligo. Porphyrius quoque omnium Philosophorum vitas & successiones in historia Philosophica, quam scripserat, complexus erat, ut testatur Nicephorus Callistus Hist. Eccles. lib. X. Ex eâ multa producit Theodoretus adversus Græcos. Similis argumenti Sosibii, Satyri, Clearchi, Socicratis, Niciæ, & aliorum complurium monumenta, quorum mentio apud Athenæum, & Diog. Laërt. Plutarchi περὶ ἐνδόξων ἄνδρων recenset Lamprias. Amphicratis, Athenæus lib. XIII. Adde variorum scriptorum genealogias, quas & Hecatæum Milesium scripsisse ex eodem Athenæo patet. Quò pertinent & Messalæ & Attici volumina, quæ de familiis condiderunt. Quod argumentum exsequutus Varro in libris hebdomadon, sive de imaginibus, ut colligo ex Agellii lib. III. cap. XI. & epistolâ Symmachi, cujus initium: *Studium quidem Menippæi Varronis*. Vide Plin. Natural. Histor. lib. XXXV. cap. II. Cornelium Nepotem de Viris Illustribus scripsisse, testimonio Agellii constat. Higini Exempla ad hoc argumentum pertinere videntur. Nam & in iis Illustrium Virorum vitas proposuisse indicio sunt, quæ ex illis Agellius adducit lib. X. cap. XIIX. cujus testimonio eundem Higinum de vitâ rebusq; Illustrium Virorum scripsisse didicimus. Huc pertinent Myrsili Lesbiaca, Megasthenis Indica, Ctesiæ Persica, quorum mentio apud Antig. & Apollon. θαυμασ. Demetrii Ægyptia-

gyptiaca, Niciæ Arcadica, Agatarchidis Europica & id genus laudata Athenæo. Aristotelis item πολιτεῖαι, quas diversissimarum urbium CLVIII. collegerat, ut scribit Laërt. In iis præter alia varios ritus & leges historicâ narratione exponebat. Quæ autem istæ respublicæ fuerint, passim ex Athenæo, Strabone & Suidâ discimus.
† Præter hæc ad Historiam sejunctam referenda 9.
collectanea factorum & dictorum memorabilium, στραταγεμάτων, & id genus ἀξιομνημονευμάτων, sive ut Arnobius appellat, scriptorum memorabilium. Verrii Flacci commentarii rerum memoriâ dignarum auctore Agellio innotuerunt. Aristotelis μνημονικὰ Diogenes Laërtius in Catalogo librorum Aristot. enumerat. Julii Cæsaris dicta collectanea Svetonius. † Similis 10
argumenti Aristotelis χρεῖαι, ex quib9 multa producit Stobæus. Quas & Aristippum scripsisse Diog. testatur. Adde Lyncei Samii aliorumq; Apophtegmata, quorum meminit Athen. lib. IIX.
† Cum verò tempus veritatis index & examen, 11.
memoriam rerum gestarum posteritati conservet, historia atq; adeo ipsarum rerum ratio digestam seriem temporum desiderat, quorum accurata & distincta observatio meritò inter notas optimæ historiæ. Nam ut rectè Tatianus πρὸς Ἕλληνας: παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφὴ, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν δύναται. *Apud quos confusa & dissoluta temporum ratio, illis nec historiæ veritas*

conſtare poteſt. Ideò & Hellanicus reprehenditur à Thucydide, & Fabius Pictor à Dionyſio Halicarnaſſeo, quod minus exactè tempora obſervarunt. Cum ergo notatio temporum ad tuendam rerum geſtarum memoriam neceſſaria, ab iis hiſtoricis, qui legem perfectæ & abſolutæ hiſtoriæ implere conati ſunt, accuratè obſervata, & antiqui Philologi hoc argumentum, conſcribendi ſcilicet temporum rationes, dignum judicarunt, quò poſteris eruditam ſuam diligentiam probarent. † Nam Thallum,
12 Phlegontem, Caſtorem, Philochorum, Eratoſthenem, Timæum, Appionem Grammaticum, Dionyſium Halicarnaſſeum, Apollodorum & alios in colligendâ temporum ratione laboraſſe, patet ex Tatiano, Clemente Alexand. Joſepho, Philone & Euſebio. Et Clemens quidem Stromaton lib. I. ubi probare conatur Judæos & Barbaros Philoſophiam excoluiſſe, antequam Græci eam tetigerunt, poſtquam varios diverſarum rerum inventores enumeravit, *τοὺς χρόνους*, inquit, *τούτων παῖδες παραδιδόασι γραμματικῶν*. Stephanus *περὶ πόλεων* Callimachi, Apollonii, Dexippi aliorumque *χρονικὰ* citat. Mendeſii *περὶ χρόνων* meminit Clemens Protreptico. Soſimi, Apollodori, & aliorum Athenæus & Diogenes Laërt. Apud Latinos Varro, ut Cenſorinus ſcribit, caliginem diſcuſſit, & diverſarum civitatum conferens tempora, & defectus eorumq; intervalla retrò dinumerans lucem oſtendit,

dit, per quam numerus certus non annorum modò, ſed & dierum perſpici poſſet. In quo & Licinium Macrum, Feneſtellam, & Svetonium laboraſſe ex eodem Cenſorino patet. Verrium item Flaccum faſtos emendaſſe, & à ſe ordinatos publicaſſe Svetonius in ejus vita ſcribit.
† Huc pertinent veterum Grammaticorum διδασκαλίαι. Διδάσκειν fabulam populo ſpectandam dare. Plutarchus Ariſtide: Ἀντιοχὶς ἐνίκα, Ἀριστείδης ἐχορήγει, Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε. Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto: Εὐφρόνιος τραγῳδῶν ποιητήν φασι, καὶ διδάξαι ἡρακλείδας. Νεφέλαις, βατράχοις, & pasſim apud eundem, & omnibus ferè argumentis fabularum Ariſtophanis, Medeæ Euripidis, & Agamemnonis Æſchyli pari notióe reperitur. Poëtas verò τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδῶν διδασκάλους λέγουσι, ut notant Suidas & Harpocration. Dio Chryſoſtomus orat. IV περὶ βασιλείας. Scholiaſtes Ariſtoph. τῶν γὰρ κυκλίων χορῶν εἰσι διθυραμβοποιοὶ διδάσκαλοι. † Ita Latini docere fabulam. Vitruvius lib. VII. de Architectura: *Primum Agatarchus Athenis Æſchylo docente tragœdiam ſcenã fecit.* & διδασκαλία ipſa fabulæ actio. Ariſtoph. Grammatic. in hypotheſi Antigonæ Sophoclis: Φασὶ δὲ τὸν σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς ἀντιγόνης. Plutarchus in Cimone: πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος. Inde veteres Grammatici libros ſuos, quibus in Comico-

micorum fabulas inquirebant, & quo tempore & loco actæ erueбant, διδασκαλίας inſcripſe-
15. runt. † Hujusmodi enim argumentum τῶν διδασκαλιῶν ex plurimis veterum Grammaticorum locis patet. Ariſtophanis Scholiaſtes βατράχοις: τετραλογίαν Φέρουσι τὴν ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι, ἀγαμέμνονα, εὐμενίδας, &c. Argumento εἰρήνης: Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ τὴν αὐτὴν καθῆκε. Νεφέλαις: ἴσαρχος δέ φησιν ἀφ᾽ οὗ αἱ πρῶτον νεφέλαι ἐδιδάχθησαν. Πῶς οὖν δύναται καὶ τοῦ μαρικοῦ μεμνῆσθαι, ὃς ἐδιδάχθη μὲν πρὸ τῶν νεφελῶν. Et ſtatim: δῆλον δὲ ὅτι πρῶτος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δὲ φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τῶν Μαρικᾶν τῶν νεφελῶν. Et quæ ſequuntur. In Hypotheſi Rheſi Euripidis: τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου. Τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει χαρακτῆρα. Ἐν μὲν τοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται. Ariſtophanes Grammat. Hypotheſi Oedipi tyranni Sophocleæ: εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πρότερον αὐτὸν οὐ τύραννον ἐπιγράφοντες διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν, καὶ διὰ τὰ πράγματα. Ex hiſce aliisq; veterum interpretum locis ſatis apparet Auctores τῶν διδασκαλιῶν de Poëtis ipſis accuratè diſpexiſſe, eorum tempora indagaſſe; notaſſe præterea quo tempo-

tempore & ordine, & quibus locis fabulæ actæ, & quo favore receptæ; deinde ipſas fabulas ratione temporum in iis diſpoſuiſſe. Hoc etiam oſtendunt Hypotheſes fabularum Ariſtophanis, in quibus plerumq; breviter notata, quæ ab antiquis in didaſcaliis tractata docui, ex quibus indubiè illa excerpta; earumq; Auctores intelligendos exiſtimo, quoties incerti Auctoris verba in hanc rem producunt, ut in argumento Νεφελῶν, & Antigones Sophocleæ. Tota autem hæc antiquorum commentatio, non tantùm conferebat ad intelligenda veterum Poëtarum dramata, ſed etiam ad colligenda rerum geſtarum tempora. In ludis Olympicis, aliisq; Græciæ feſtivitatibus, præter varios ἀσκητὰς productos ſcenicos artifices, aliosque τεχνίτας περὶ τὸν Διόνυσον, ut appellat Ariſt. Probl. Sect. xxx: variasq; illorum commisſiones, ut Sveton. Aug. celebratas ex Plutarcho, Pauſania, aliisq; Scriptoribus notum. Quod & Imperatores Romani æmulati, & inprimis Domitianus, qui ad exemplum ludorum Olympicorum Agonem Capitolinum inſtituit, unde poſtea annus magnus non per luſtra, ſed per Capitolinos agonas cæptus eſt numerari, ut ſcribit Cenſorinus de die natali cap. XIIX. Et Græcos ſecundum has feſtivitates annos ſuos ſupputare ſolitos vulgò notum. Inde facilè colligere licet, cur veteres Chronologi in colligendâ temporum ratione ad præſidia τῶν διδασκαλιῶν confugerint. Hinc

est quod tantâ diligentiâ in Poëtarum aliorumq;
Illustrium Virorum vitas & ætates inquisiverint.
Nam cum fasti deessent, aut nulla alia præsidia
parata, observatâ quovis indicio illorum ætate,
temporum rationem colligebant. Seneca Epist.
LXXXVIII. *Annales evolvam omnium gentium,*
& quis prima carmina scripserit quæram; quantum
temporis inter Orphea interfit & Homerum, cum
26. *fastos non habeam, computabo.* † Hoc & Apol-
lodorum in Chronicis diligenter notasse indicio
sunt, quæ ex illis profert Diog. Laërt. Eudoxus
Εὔδοξος Σικελιώτης ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑ-
λὼν, ἀστικὰς μὲν τρεῖς, ληναϊκὰς μὲν πέντε, κα-
θά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, Tatianus
orat. Ἕλληνας ubi ostendere conatur Moysen
Homero antiquiorem, de Homeri Poësi, genere
& tempore, quo inter mortales clarus, studio-
siùs inquisivisse scribit Theagenem, Stesimbro-
tum, Antimachum, Herodotum, Dionysium O-
lynthium, Ephorum, Philochorum, Megaclidem
Philosophos Peripateticos: Grammaticos verò
Aristophanem, Callimachum, Cratetem, Erato-
sthenem, Aristarchum, Apollodorum. Hi ergo
omnes temporum rationem investigare conati
sunt, ideoq; & ætates Poëtarum accuratiùs scru-
tati. Aristophanem Grammaticum hoc studium
suscepisse testantur Athenæus Deipnosoph. lib.
IIX & aliquot Tragædiarum Didascaliæ quæ
extant. Callimachum idem argumentum trà-
ctasse constat; quod & ostendit ejus liber, quem

inſcripſerat πίνακα καὶ ἀναγραφὴν τῶν κατὰ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν, ut Auctor eſt Suidas. Hujus libri Scholiaſtes Ariſtophanis ſæpius meminit. De Cratete, Ariſtarcho & Apollodoro adfirmat Clemens Alexand. Stromaton lib. I. Et Ariſtarchum quidem potisſimùm hoc argumentum exſecutum in eo libro, quem inſcripſerat Ἀρχιλόχεια ὑπομνήματα exiſtimo. Ea enim Clementi in hanc rem laudata, & præcipuè vitas Muſæi. Orphei, Homeri, Heſiodi & Archilochi excutere adhoc inſtitutum opus erat, unde & Epigenes ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὄρφεα ποιήσεως in eandem rem à Clemente citatur. Heraclides ſcripſerat περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας. περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου, ut Diogenes teſtatur. Eratoſthenes omnium, qui in hoc argumento laborârunt, veterum teſtimoniis clarisſimus, ſive magnitudinem, ſive varietatem operum ſpectes. Sanè & is in ſuis Chronologiis exactisſimè Poëtarum vitas enarrat. Harpocration: δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους, ἐλεγείων ποιητάς. καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν ἀμφοτέρους λέγων παρίους εἶναι. Meminit ejusdem Eratoſthenis περὶ κωμῳδίας in Μεῖον, & Μετάλλεῖς. & περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας in δικάζων. Cujus mentio etiam apud Galenum ἐξήγησι τῶν γλωσσῶν ἱπποκράτους. & Athen. lib. XI. Scholiaſtes Ariſtophanis ſæpisſimè ejus verba citat, & quidem ex iisdem, ut videtur, libris. † Primus Ariſtoteles Didaſcalias ſcripſit, quas Dio- 17.

νόσῳ laudat Arist. ἐν τοῖς κωμικοῖς. Hisce libris summus Philosophus omnis generis fabulas recensuit, & totam ἱστορίαν θεατρικὴν complexus est. †Aristotelis studium imitatus est Dicæarchus, ut ex veterum Grammaticorum testimoniis idem πολυμαθέστατος Casaubonus docet. At Dicæarchus non scripserat didascalias, sed fabularum hypotheses. Sextus Philosophus adversus Mathematicos cap. XIX. ubi disputat de significatione vocis hypotheseos: *Hypothesis uno modo dicitur dramaticum argumentum, ut Tragicam & Comicam dicimus Hypothesin, & quasdam Dicæarchi Hypotheses fabularum Euripidis & Sophoclis.* Ex his ergo excerpta sunt illa, quæ in Hypothesi Oedipi tyranni, & Ajacis Lorarii Sophocleæ Dicæarchi testimonio probantur. Quare opus non est illius Dicæarchei operis indicem indagare. Dicæarchum ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ scripsisse Empedoclis carmina in ludis Olympicis recitata à Cleomene Rhapsodo, Auctor est Athen. lib. XIV. Dicæarchi περὶ μουσικῶν ἀγώνων, & Demarchi περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων laudat Scholiastes Aristophanis in Vespis. Dionysius Halicarnasseus scripserat Μουσικῆς ἱστορίας lib. XXXVI. ἐν δὲ τούτοις, ait Suidas in Herodianus, αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ ποιητικῶν παντοίων μέμνηται. Extabat item Rufi Μουσικὴ ἱστορία, quæ τραγικῶν, καὶ κωμικῶν διθυραμβοποιῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἐν τοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων ποικίλην ἱστορίαν continebat, ut ex Photii Bibliothecâ 20

difcimus, qui eundem Rufum δραματικὴν ἱστορίαν fcripfiffe teftatur. † Amaranti περὶ σκηνῆς, Ne-
20 ftoris θεατρικὰ ὑπομνήματα laudat Athen. lib. X. & Protagaridis libros τῶν κωμικῶν ἱστοριῶν lib. III. Ulpianus Scholiaftes Demofthenis in Orat. περὶ παραπρεσβείας citat incerti Auctoris θεατρικὰς ἱστορίας. Nota Athenæi teftimoniis Jubæ θεατρικὴ ἱστορία, quam & Svetonius lib. de fpectaculis complexus, ut ex Tertulliani de fpectaculis patet, quamvis hoc argumentum,
21. de quo agimus, non fpectârit ‡ Athenæus lib. XIV. citat Menæchmi Sicyonii περὶ τεχνιτῶν, in quibus ἱστορίαν θεατρικὴν tradiderat. Sunt enim Græcis τεχνῖται, θυμελικοὶ, ὀρχισταὶ, & id genus, quos Διονυσιακοὺς appellant. Diodorus Siculus lib. XX. Ἀντίγονος προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν πανταχόθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας
22 ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἠθροίκει. † A-gell, lib. XX. cap. IV. ita Latinis quoq; artifices, qui Theatro operam collocant. Livius lib. XXIX. *Multi artifices ex Græcia venerunt honoris ejus caussa, athletarum quoque certamen tunc primo Romanis spectaculo fuit.* In his ergo περὶ τεχνιτῶν, de artificibus fcenicis fcripferat, ex quibus refert Athen. Sappho Anacreonte antiquiorem. Hieronymi περὶ κιθαρῳδῶν citat idem Athenæus, & librum feptimum operis de Poëtis aic, ex eoq; colligit Terpandrum Lycurgo æquævum, & ab eo primam Olympiadem conditam. Suidas recenfet Philochori περὶ τῶν

ἀθλῶν-

ἀθλητῶν ἀγώνων, quem Atticam historiam conscripsisse, & temporum studiosum alii ejus libri loquuntur. Tatianus & Clemens Alexand. & hunc & Dionys. Halicarnass. inter Chronologos numerant, unde manifestum est, quæ caussa potissimùm impulerit, ut hoc argumentum tractandum susceperint, & quid in eo spectarint, temporum scilicet rationem, cujus investigatio etiam Aristoteli in similis argumenti libris præcipuus finis. Apud Romanos Varro, horum exemplum imitatus, rationem temporum inire conatus est, iis libris, quos de Scenicis originibus scripsit † Hoc enim argumentum illis ex- 23
sequutum fuisse Varronem docet Censorinus de die Natali cap. XVII. & fortasse vicini iis argumenti ejusdem libri de Poëtis Latinis, & de actionibus Scenicis, quorum meminit Charisius. Nam ut in illis, quos de Scenicis Originibus inscripsit, ad Græcorum Didascalias respexit, ita in his, quibus imposuit indicem de actionibus Scenicis, Græcorum *δραματικὴν ἱστορίαν* expressit. † Attius Græcam inscriptionem retinuit. 24
Ejus libros Didascalicorum passim laudant Grammatici. Magnum opus fuisse numerus librorum ostendit. Nam ex Attici Didascalicon lib. IX. hæc adducit Charisius lib. I. *Quam varia sint genera Poëmatorum, Bæbi, quamque longè distincta ab aliis nosce* Ex hisce & iis, quæ ex primo ejus Didascalico profert Agellius lib. III.

cap.

cap. XI. & quæ Nonius ex ejusdem lib.II.profert in Inimicitiæ, ſatis conſtat in illis libris Attium egiſſe de generibus poëmatum & fabularum, ætatibus Poëtarum, eorumq; interpretatione, quod plane eſt τῶν διδασκαλιῶν, ſive διδασκαλικῶν.

CAPUT XIII.

1. Hiſtoria rerum diviſa. 2. Disquiſitum de libris Ariſtotelis, quos de Animalibus & eorum naturâ reliquit & diverſi eorum tituli, ad idem corpus reducti. 3. Diſputatum de ejusdem Problematis, & libris περὶ Μακροβιότητος. 4. Varii Scriptores hiſtoriæ animalium. 5. Philetæ ἑρμηνεία. 6. Hiſtoria locorum & ejus varii Scriptores. 7. Variorum περιηγήσεις, & ſimiles libri. 8. Varronis Littoralia. 9 Hygini προπεμπτικὸν Cinnæ. 10. Hiſtoria communis. 11. Ariſtotelis ἄτακτα. Varia opera & multiplices inſcriptiones librorum communis hiſtoriæ. 13. Sotionis & aliorum κέρας Ἀμαλθείας. 14. Pandectæ. 15. Eclogarii, Libri περὶ εὑρημάτων ad hiſtoriam communem pertinent. 16. Atteji Philologi Muſæ. 17. Ejusdem Hyle.

1. HIſtoria rerum univerſalis aut particularis. Univerſalis, quæ omnium rerum hiſtorias complectitur, qualis eſt Platonis Timæus, Ariſto-

Ariſtotelis ἱςορία Φυσικὴ, cujus ipſe meminit περὶ ζώων κινήσεως cap. II. & Varronis de rerum naturâ, aliiq; ejus argumenti libri. Particularis, quæ certarum rerum hiſtorias continet, ut animalium, plantarum, & id genus; qualis Ariſtotelis περὶ ζώων ἱςορίας, & περὶ τῶν ζωικῶν, cujus meminit Apollonius συναγωγῇ ἱςορ. θαυμ. & Athenæus Deiphnoſoph. lib. VII. Idem Apollonius ἱςορ. θαυμ. Ariſtotelem condidiſſe diverſa opera, & τῶν ζώων, & τῶν ζωικῶν. † Sanè ingens diſſenſus ſcriptorum in numero librorum Ariſtotelis, quos in hoc argumento compoſuit. Diogeni Laërtio ſunt IX. Plinio lib. ilX. quinquaginta. Antigono ἱςορ. παραδ. LXX. Quæ diverſitas inde nata, quod fortaſſe plures in eodem argumento libros diverſi indicis & editionis reliquerat, unde & diſcrepans ac confuſanea iſtorum laudatio emerſit. Seu potius quod totum corpus τῶν ζωικῶν veteres Grammatici in varias partes ratione argumenti diſtribuerant. Nam & Scriptores cum adducunt verba ex iſtis libris, ratione ſubjecti, de quo agunt, illos laudant Athenæus ergo lib. VII. Αριςοτέλης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ ἢ περὶ ἰχθύων. Nempe eâ parte τῶν ζωικῶν, ubi agit de piſcibus. Quare cum idem Athenæus citat Ariſtot. ἐν τῷ περὶ ἰχθύων, intelligendum eſt opus περὶ τῶν ζωικῶν, ſed ea operis pars, quæ eſt περὶ ἰχθύων. Ita apud eundem Athenæum: ἐν τῷ περὶ τῶν τῶν ζώων ἠθῶν. Scilicet eo loco ubi de 2.

ani-

animalium moribus differit, id eſt, Hiſtoriæ animalium lib. IX quem ita orditur Ariſtoteles: τὰ δὲ ἤθη τῶν ζώων ἐστὶ, τῶν μὲν ἀμαυροτέρων, καὶ βραχυβιωτέρων. Simili ratione quem Athenæus citat Ariſtotelis περὶ τῶν τῶν ζώων ἠθῶν, eundem puto cum illo, quem Antigonus ἱστορ. παραδ. περὶ τῆς τῶν ζώων ἐντρεχείας. Nam & Theophraſtus imitatione Ariſtotelis ſcripſerat
3. περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους, ut Auctor eſt Diog. Laërt. † Eadem controverſia in libris problematum Ariſtotelis. Diogenes Laërt. recenſet libros ἀποθεαμένων προβλημάτων & ἐκ τῶν Δημοκρίτου προβλημάτων. Athenæus lib. I Antigonus, Agellius, Macrobius Saturnal. lib. VII. utuntur teſtimoniis φυσικῶν προβλημάτων. & idem Agellius lib. XX. profert nonnulla ex Ariſtotelis encycliis problematis, quæ in illis, quæ hodie exſtant, leguntur. Varia ergò Ariſtotelis problemata, unde illa apud Auctores varietas. Ex iis coactum hoc opus problematum, quo utimur, ſed multis locis interpolatum. Nam nonnulla ab antiquis laudata in illis re-
4. periuntur, nonnulla verò nuſquam comparent. † Huc pertinent ejusdem Ariſtotelis περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου. περὶ Μακροβιότητος. Diſputabat enim in iis περὶ Μακροβίων, aliisq; animalium idiomatis hiſtoricâ quadam collectione, cujus indicium faciunt, quæ ex illis producit Apollonius συναγ. θαυμασ. Et Athenæus lib. X. quæ quidem in illo commentario, qui inter Ariſtotelis libros ea inſcriptione proſtat, non leguntur.

Phasgo quoq; περὶ Μακροβίων scripsit, ut est apud Diog. Laërt. in Epimenide. Theophrastus inter omnes maximè hanc historiæ partem excoluit, ut apparet ex indice librorum Theophrasti apud eundem Diog. Laërt. Callimachi Grammatici περὶ ὀρνέων. περὶ μετονομασίας ἰχθύων meminit Suidas, Apollodori περὶ θηρίων Athenæus lib. XV. Apuleji de arboribus Servius II. Georg. Virgil. Democriti de naturâ Chamæleontis Gellius lib. X. Nigidii de animalibus lib. VII. Licinii Macri Ornithogoniæ Nonius. Fabiani & Trogi de animalibus Charisius. † Ad 5.
de variorum scriptorum ἀλιευτικὰ, de quibus Athenæus, & Taci περὶ λίθων, & Philetæ Ἑρμηνείαν, licet multà in illo opere παράδοξα. Philetæ testimonio probare conatur Strabo lib. III. Μελαγκραιναν, junci genus esse. Antigonus συναγ. ἱστοριῶν παραδόξων. οὐχ ἧττον δὲ τούτου θαυμαστὸν, τὸ περὶ την ἐν τῇ σικελίᾳ ἄκανθαν τὴν καλουμένην κάκτον, εἰς ἣν ὅταν ἔλαφος ἐμβῇ καὶ τραυματισθῇ, τὰ ὀστᾶ ἄφωνα, καὶ ἄχρηστα πρὸς αὐλοὺς ἴσχει. ὅθεν καὶ ὁ Φιλήτας ἐξηγήσατο, εἴπας: γηρύσαι τὸ δὲ νέβρος -- Quæ satis docent, cujus illud opus argumenti fuerit, quod Philetas conscripserat. † Historia, quæ circa lo- 6.
corum descriptionem versatur, aut totius orbis omnia loca enarrat, ut Diogenianus Heracleotes qui περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν. & συναγωγὴν καὶ πίνακα ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων scripserat. Aut certarum regionum, urbium, & loco-

locorum Suidas recenset Callimachi περὶ νήσων. Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων. περὶ τῶν ἐν Ευρώπῃ ποταμῶν. Horapollinis τεμενικά. Polemonis περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. Ammonii περὶ κωμῶν meminit Harpocration in θόλος. Polyſtephani περὶ κρηνῶν in Αστερόδορος. Heraclidis περὶ νήσων Stephanus ἁλίαρος. Aſclepiadæ περὶ ποταμῶν in ἀνάζαρβα. Ariſtotelis περὶ νείλȣ, Strabo, Plinius & alii. † Adde variorum Auctorum περιηγήσεις, ſive orbis deſcriptiones. Antigonus περιήγησιν. Macedoniæ ſcripſit, ut teſtatur Steph. ἀβαντὶς. Eumachi περιηγήσεως meminit Phlegon Trallianus περὶ Μακροβίων. Huc pertinent & πίνακες, in quibus deſcriptio orbis terrarum, ſive ut Diog. Laërt. in teſtamento Theophraſti, πίνακες ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσιν, quorum meminit Strabo, & Stephanus ἄγνος, & ἄβδηρα. His adjiciendi variorum ſcriptorum περίοδοι, λιμένες καὶ περίπλοι. Eudoxi periodus plurimis Auctorum locis nota. Mnaſeæ περίπλȣ meminit Athenæus lib. IIX. Scholiaſtes Ariſtophanis laudat Leonis περίπλȣν, Suidas Scylacis Cariandenſis. Timageti λιμένας citat Scholiaſtes Apollonii Argonaut. III. Timoſthenis Strabo lib. IX. Similia hiſce opera Oneſicritus præfectus claſsis Alexandri, aliiq; complures reliquerunt, ut teſtatur Plinius. † Varro imitatus Græcos ejuſdem argumenti libros Littoralia inſcripſit, quibus expreſsit eorum λιμένας.

7. (margin, beside "nius & alii")
8. (margin, beside "reliquerunt")

Vici-

Vicini his argumenti libri τῶν σταθμῶν noti ex Strabone, Athenæo, Plinio & aliis. † Hyginus 9.
ſcripſit προπεμπτικὸν Cinnæ. Ex illo nonnulla profert Chariſius, qui de argumento indicium faciunt. Puto fuiſſe deſcriptionem itineris Cinnæ; eâ occaſione multa Geographica immiſcuit. Quod & Julium Cæſarem feciſſe exiſtimârim, illo poëmate, quod Iter inſcripſerat. Ejus enim tituli poëma reliquiſſe Cæſarem memorat Svetonius in ejus vitâ cap. LVI. † Adde nunc hi- 10
ſtoriam communem, ſive variam & miſcellam, quæ in omnibus iis, de quibus egimus, occupata eſt. Nam & fabuloſa veris, & res geſtas hominum hiſtoriæ naturalium indigeſta congerie miſcet, unde Ariſtoteles hujus argumenti opus ἄτακτα inſcripſerat. † Diogenes Laërtius 11.
in Catalogo librorum Ariſtotelis refert Ἄτακτα δεκαδύο. Opus haud dubiè varii & miſcelli argumenti, quod nulla habita ratione ordinis aut rerum congeſſerat. Lego & Philetæ ἄτακτα in Athenæi lib. XI. Et quia in hujuſmodi commentationibus multiplicem & confuſaneam doctrinam conquiſiverant, ideo & titulos inſcriptionum ad eam ſententiam exquiſitos, & proprios convenientesq́: excogitarunt, quos pleroſq; recitat Agellius lib. XX. cap. ult. *Alii*, inquit, *Muſarum inſcripſerunt; alii ſylvarum; ille* κηρίον, *alius* κέρας ἀμαλθείας; *quidam lectionis ſuæ, alius antiquarum lectionum; atq; alius* πινακίδιον, *atq; item alius* ἐγχειρίδιον. *Sunt etiam*

K *qui*

qui Pandectas inscripserunt. Sunt autem qui διατριβάς. Est qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiosorum, & περὶ ποικίλης ἱστορίης. Est qui βιβλιοθήκην. Est prætereà qui pratum. neq; desunt, qui indices libris suis fecerint epistolicarum quæstionum, aut confusarum. Easdem inscriptionum festivitates ridet Plinius in præfatione Na-
12. turalis historiæ. † Varii argumenti Nicolai Damasceni historia καθολικὴ, & Pamphili λειμὼν. Erat enim ποικίλων περιοχὴ ut Suidas scribit. Συμμίκτων Philemonis meminit Porphyrius quæstionibus Homericis. Callistrati σύμμικτα nota ex Athenæi lib. III. Phavorini παντοδαπὴν ἱστορίαν laudat Diog. Laërt. in Anaxagora. Diotimi παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων Stephanus περὶ πόλεων. Alexandri περὶ παντοδαπῆς ὕλης idem
13. Steph. κοτυάειον. † Agellius lib. I. cap. IIX. *Sotion ex Peripatetica disciplina haud sanè ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæq; historiæ refertum composuit, eumq; inscripsit κέρας ἀμαλθείας.* At Scholiastes Aristoph. Pluto laudat Phocionis Peripatetici κέρας ἀμαλθείας, ex eoq; nonnulla profert de Laide, aliisq; scortis Atheniensibus. Democritus quoq; Philosophus scripserat librum, cui index κέρας ἀμαλθείας, ut est apud Diog. Laërt. Dorothei Pandectas citat
14. Clemens Alexand. lib. I. Stromaton. † Gellius lib. XIII. cap. IX. *Tullius Tiro libros de variis atq; promiscuis quæstionibus composuit. In his esse præcipui videntur, quos Græco titulo πανδέκτας*

δέκτας inscripsit, tanquam omne rerum atq; doctrinarum genus continentes. Ita Hippias opus suum variarum rerum συναγωγὴν inscripserat, cujus mentio apud Athenæum lib. XIII. nam & πανδέκται ex variis collectæ, & Pandectæ Synesio epist. C. qui Ciceroni ad Atticum Eclogarii, Analectæ Senecæ Epist. XXVII. De quibus notandus est error doctissimi Viri Adversariorum lib. XXIV. cap. XXXII. †Varii item argumenti Stratonis, Scammonis, Theophrasti, & aliorum περὶ ὑπομνημάτων apud Athen. & Diog. Laërt. 15.
Rhegini πολυμνήμων apud Nicephorum Callistum. † Atteji Philologi libri πινάκων apud 16
Charisium. Cæsellii Vindicis commentaria antiquarum lectionum. Svetonii de rebus variis. Aurelius Opilius, ut scribit Svetonius de Ill. Grammaticis, *composuit variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis, Qui quia Scriptores ac Poëtas sub clientela Musarum judicaret, non absurdè & scripsisse & fecisse se ait, ex numero Divarum & appellatione.* Ergo opus suum multijugæ eruditionis imitatione Herodoti Musarum nomine inscripserat, aptè ad argumentum. † Cujus & Hyle Atteji Philologi, 17.
de qua ipsius apud eundem Sveton. verba: *Hylen nostram aliis memento commendare, quam omnis generis coëgimus, uti scis, octingentos in libros.*

CAPUT XIV.

1 Historia quasi vera, sive Comœdia aut Tragœdia, & circa eam Grammaticorum studia. 2. Eratosthenis περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας 3. Theophrasti & aliorum similis argumenti libri. 4. Demarati τραγῳδούμενα.

1. RELiqua est historia quasi vera, Comœdia sive Tragœdia. Ita enim secutus Asclepiaden & Ciceronem, qui Comœdiam imaginem veritatis vocat, apello. Hanc sane Grammatici summo studio excoluerunt. Nam antiquas fabulas accuratè interpretati sunt, & earum partes, proprietates, leges ac virtutes ex-
2. plicarunt. †Quod magnâ diligentiâ exsecutus Eratosthenes, ut ex plurimis ejus locis, qui apud Scholiasten Aristophanis extant, apparet. Galenus ἐξήγησι τῶν γλώσσων ἱπποκράτους: ὅτι γὰρ ἐποίουν οἱ παλαιοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς, δέδεικται μὲν ἱκανῶς καὶ πρὸς Ἐρατοσθένους ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας. Quæ verba docent Eratosthenis libros περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας, & rerum & verborum, quæ in veterum Comœdiis
3. occurrebant, enarrationem continuisse. †Exstabat & Theophrasti, Chamæleontis Heracleotæ, & Lycophronis περὶ κωμῳδίας, ut tradit Diog. Laert. & Athen. lib. VI. & XI. Comœdiæ partes ab Aristophane Grammatico primùm distinctas

ſtinctas fuiſſe idem Athen. lib. VI. prodit. Galenus quoq; , ut ipſe teſtatur, περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, ſcripſerat librum in quo diſputabat: εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ παλαιὰ κωμωδία. Suidas auctor Hephæſtionem ſcripſiſſe κωμικῶν καὶ τραγικῶν ἀπορημάτων λύσεις, & Ptolemæum τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς τραγικοῖς. Palamedes verò & alii innumeri κωμικὴν καὶ τραγικὴν λέξιν enarrarunt, ut idem Suidas refert. Herodicus Cratetius opus conſcripſerat περὶ τῶν κωμωδουμένων, ut eſt apud Athen. lib. XIII. & Antiochus Alexandrinus περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμωδίᾳ κωμωδουμένων ποιητῶν. † Dema- 4.
ratus ſcripſerat τραγωδούμενα, ut teſtatur Clemens Alexandrinus in Protrept. In iis hiſtorias tragicas, & argumenta tragicorum enarrabat. Quod argumentum & Aſclepiades ἐν τοῖς τραγωδουμένοις exſequutus. Heraclides quoq; plurimos libros reliquit, qui ad veterem tragœdiam illuſtrandam faciebant, ut Diog Laërt. in ejus vita ſcribit. Apud Latinos Varro non minori ſtudio Comicorum ſcripta expoſuit, ut oſtendunt ipſius Plautinæ Quæſtiones, aliaq; ipſius argumenti. Helenius item Acro, & Aruntius Celſus Plautum & Terentium commentariis illuſtrarunt. Hic repetenda ſunt, quæ paulò ante de antiquorum Didaſcaliis docui. Nam licet hoc genus commentationum temporum rationem docebat, veteris item Comœdiæ enarrationem ſectabatur. Hāc & ἱστορία θεατρική ſpectabat, quam magna di-

ligentia notârunt. Photius in Bibliotheca au-ctorRufum in sua δραματικῇ ἱστορίᾳ retulisse παράδοξα καὶ ἀπίθανα, καὶ τραγῳδῶν καὶ κωμῳδῶν πράξεις καὶ λόγους καὶ ἐπιτηδεύματα. Cum verò, ut Plato lib. VII. de Legibus, comœdia verbis, cantu, saltatione, & id genus imitationibus exhibita; plenissima autem istorum omnium cognitio Grammatici, siquidem scire debet, ut Ammonius definit, quæ ad Poëtas aliosque Scriptores pertinent, Poëseos originem & caussas indagat, poëmatum genera, illorumq; propria perpendit, & quibus Auctoribus eorum singula cæperint, quorum studio propagata sint, eruit, quæ circa actores fabularum, aliosque τεχνίτας τὴν θεατρικὴν μουσικὴν, ut Aristoteles Polit. lib. IIX. μεταχειριζομένους, modos item & tibias, aliaq; musica instrumenta, & theatrales machinas considerat, totam deniq; historiam Poëticam exactè docet, de quâ Aristot. de Poëtica. Athen Deiphnosoph. lib. XIII. Plutarch. de Musicâ lib. VI. & IX. Sympos. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. Scholiast. Pindari Olymp. Scholiast. Lycophr. Pollux lib. IV. Vitruv. lib. IX. Eustath. Procemio Iliad. Sed de Poëticâ hîc differere nimis ambitiosæ diligentiæ est.

CAPUT XV.

1. Ἱστορικὴ γραμματικὴ, Φιλολογία. 2. Grammatici & Philologi discrimen. 3. Φιλολόγοι. λογόφι-

γόφιλοι. 4. Stoici λογόφιλοι. 5. Φιλολογία, ἱστορικὴ πολυμάθεια. 6. Thelephi libri ποικίλης φιλομαθείας. 7. Φιλολογία, φιλομάθεια. 8. Philologi πολυΐστορες. 9. Φιλολογία, ἡ ῥηθορική. 10. Plutarchi interpres notatus. 11. Eruditio. 12. Humanitas. 13. Agellius fortean emendatus. 14. Litteratura. 15. Littera. 16. Cicero explicatus. 18. γράμματα, literatura. 18. Φιλογραμματος. 19. Error interpretis Diogenis Laërtii. 20. Ratio inscriptionis librorum Martiani Capellæ, de nuptiis Philologiæ & Mercurii. 21. Φιλολογία, πολυμαθία.

HAnc Grammaticæ partem ἱστορικὴν, pro- 1.
priè φιλολογίαν appellarunt. †Sæpe oc- 2.
currit in antiquis Lapidibus Grammatici Philologi appellatio. Seneca tamen disertim Grammaticum à Philologo distingvit. Epist. CVIII. *Cum Ciceronis libros de Republica prehendit Philosophus, miratur contra justitiam dici tam multa potuisse, cum Philologus ad hanc lectionem accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Prætereà notat, eum quem nos dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari legimus, apud antiquos Magistrum populi vocatum. Romulum periisse solis defectione. Provocationem ad populum etiam à regibus fuisse. Eosdem libros cum Grammaticus explicuit, primùm reapse dici à Ci-*

cerone pro reipsa, in Commentarium refert; nec minus sepse, id est, seipse. Deinde transit ad ea, quæ consvetudo seculi mutavit, tanquam quod ait Cicero: *Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati. Hanc quam nunc in circo metam vocamus, antiqui calcem dicebant.* Planè hæc distinctio est Zenonis. Nam & is φιλολογίαν & λογοφιλίαν distinxisse videtur. Stobæus περὶ ἀδολεσχίας: Ζήνων τῶν μαθητῶν ἔφασκε, τοὺς μὲν
3. φιλολόγους εἶναι, τοὺς δὲ λογοφίλους. † φιλολόγους intelligit studiosos historiarum & variæ eruditionis. λογοφίλους, quorum studium in sermone & verbis. Ita Senecæ Philologus rerum & historiarum studiosus. Grammaticus, qui verba captat, & translationes figurasq; dicendi observat. Quanquam Zeno reprehendisse videtur nimis anxiam Stoicorum curam in verbis & sermone: Siquidem vera sententia Clementis Alex. Strom. lib. II. τοὺς δὲ τῶν λέξεων ἐχομένους, καὶ περὶ ταύτας ἀσχολουμένους, διαδιδράσκει τὰ
4. πράγματα. † Hunc verò Stoicorum morbum Galenus & alii notant, & ipse Seneca scribit Zenonem verba examinare. Utut sit, ex Seneca manifestum, Philologos propriè appellari, qui circa historias, & in earum indagatione ac observatione versantur. Idem Seneca de morte Claudii: *Gaudet illic esse philologos homines, sperare futurum aliquem historiis suis locum.* Ausonius scribit Epitaphia heroum, qui bello Trojano interfuerant, se in Latinum sermonem convertisse,

tisse, *reperta apud Philologum quendam*. Servius VII. Æneid. citat incerti Auctoris Philologiam; historia scilicet commentaria. † Photius in Bibliotheca ἱστορικὴν πολυμάθειαν vocat Philologiam, ubi ait Ptolemæi περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας λόγους χρησίμους τοῖς περὶ τὴν πολυμάθειαν πονεῖν ὡρμημένοις. & mox Φιλολογίαν καὶ πολυμαθίαν conjungit. Ita apud eundem Photium Justinus πολυμαθείας τε καὶ ἱστοριῶν περιῤῥεόμενος πλούτῳ. Plutarchus lib. V. Sympos. probl. 11. Polemonem ait πολυμαθῆ, καὶ οὐ νυστάζοντα ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἄνδρα, ut Arnobius lib. V. *Varronem multiformibus eminentem disciplinis, & in vetustatis indagatione rimatorem*. † Telephus Grammaticus Pergamenus, ut Auctor est Suidas, scripserat libros ποικίλης Φιλομαθείας. Qua inscriptione nihil aliud innuebat, quam libros istos variæ & multiplicis eruditionis. Nempe doctrinæ elegantioris omnis generis, quam unusquisq;, qui literarũ curiositatẽ amat, scire vellet & desideraret. Hoc Porphyrius simili modo expressit. Nam qui Telephi περὶ ποικίλης Φιλομαθείας, ii sunt Porphiri περὶ Φιλολόγου ἱστορίας. Variæ scilicet eruditionis libri. Qualis Phavorini παντοδαπὴ ἱστορία, Alexandri περὶ παντοδαπῆς ὕλης, de quibus jam egimus. † Hac enim ratione Φιλομάθεια est Φιλολογία. Nam Philologia omnia illa complectitur, quæ Φιλομαθὴς scire optat aut cupit. Philostratus Apollon. lib. III. πολυ-

5. 6. 7.

8. μαθέςατ@ καὶ φιλομαθὴς. † Inde Grammatici Philologi πολυΐςορες appellati, ut Appion & Alexander Milesius apud Suidam. Higinus apud Svetonium. Varro Logistoricus Sidonio Apoll. lib. VII. Epist. IX. & Polyhistor. Charisio. Philologiam Rhetoricæ studia dici observo, apud Plutarchum in Antonio: τοῖς μὲν ἂν Ἕλλησιν ἐκ ἄτοπ@ ἐδὲ φορτικὸς σωυενέχθη τότε πρῶτον, ἀλλὰ καὶ τὸ παῖζον αὐτῦ πρὸς ἀκροάσεις φιλολόγων, καὶ θέας ἀγώνων, καὶ μυήσεις ἔπρεπε. Ακροάσεις φιλολόγων capio auditiones sive declamationes Rhetorum. Nam ἀκροάσεις de publico conventu & frequentiâ dici jam docui. In
9 his ergo falsus interpres. † Ita apud eundem Plutarchum φιλολόγ@ sermonis studiosus & elegantiæ ejus observator, lib. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιήματα ἀκέειν: τὸν μὲν φιλόμυθον μὴ λανθάνειν τὰ κενῶς ἱςορέμενα, μηδὲ τῶν φιλόλογον ἐκφεύγειν τὰ καθαρῶς πεφρασμένα καὶ ῥητορικῶς. & eodem libro φιλολόγ@, verbi studiosus: ἐκεῖνο μὲν γὰρ φιλολόγον καὶ ἐκ ἀηδὲς, ὅτι ῥιγεδανὴ κακοθάνατός ἐστιν εἰδέναι. Ad summam φιλόλογον appellant, quicquid variæ & elegantis ac festivæ eruditionis. Athenæus lib. V. ὁ δὲ Ἀλέξανδρ@ πρᾳτηνὴς ἦν ἐν πᾶσι καὶ φιλολόγ@ ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Studiosum fuisse, ait, Alexandrum variæ & amœnæ doctrinæ, usq; adeo, ut in colloquiis & conversatione cum aliis eâ delectaretur. Plutarchus Sympos. 1. problem. 1. Agathonis convivium plures habuisse scribit

φιλο-

φιλολόγους, Socrates, Phædros, Pauſanias. Et Lucullo, in cujus Bibliothecam, quam τῶν μουσῶν καταγώγιον vocat, omnes Græcos conveniſſe narrat, ipſum Lucullum ſolitum συσχολάζειν τοῖς φιλολόγοις. Vitruvius lib. VII. *Attalicos reges magnis Philologiæ dulcedinibus inductos Bibliothecam inſtituiſſe.* lib. III. *Cum ergo auctas haberem copias diſciplinarum, philologis & philotechnis rebus, commentariorumq́ue ſcripturis me delectans.* lib. IX. cap. III. poſtquam de Attio, Lucretio, Cicerone & Varrone locutus. *Non minus*, inquit, *etiam plures Philologi, cum Græcorum ſapientibus multa deliberantes, ſecretos cum his habere videbuntur ſermones.* Ergo Philologi omnium bonarum artium & humanitatis periti, unde & libertus Q. fratris Ciceronis Philologus appellatus. † Plutarchus Cicerone: Νεα- 10.
νίσκον τινὰ τετραμμένον μὴν ὑπὸ τοῦ Κικέρωνος ἐν γράμμασιν ἐλευθερίοις, καὶ μαθήμασιν, ἀπελεύθερον δὲ Κοίντου τοῦ ἀδελφοῦ Φιλολόγου τοὔνομα. Philologia Latinis eruditio. Svetonius Caligula Cap. LIII. *E diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit.* Hieronymus ad Lætam, Ariſtotelem eruditum vocat. † Quanquam eruditio peritia τῆς κυ- 11.
κλοπαιδείας, quæ latiori appellatione Philologia. Cicero lib. I. de finib. *Vellem equidem Epicurus fuiſſet doctrinis inſtructior. Eſt enim (quod tibi ita videri neceſſe eſt) non ſatis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur.* Svetonius

Augusto cap. XXCIIX. *Deinde etiam eruditione verâ repletus, Sphæri, Arei philosophi contubernium iniit.* Nam haustâ cyclopædiâ Philosophiæ studia aggrediebantur. D. Augustinus de ordine lib. II. cap. XVI. *Quibus si quisq; non cesserit, & omnia quæ per tot disciplinas latè varieq; diffusa sunt, ad unum quoddam simplex verum certumq; redegerit, eruditi nomine dignissimus.* cap. XVII. *Si quis etiam hoc plurimum putat, solos numeros optimè noverit, aut solam Dialecticam. Excipit enim hanc eruditionem jam ipsa Philosophiæ disci-*
12. *plina.* † Philologia item humanitas dicitur. A. gellius lib. XIII. cap. V. *Humanitatem appellarunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem institutionemq; in bonas artes di-*
13. *cimus.* † Ubi veteres libri scribunt: *institutionemq; qua bonas artes didicimus.* Cicero pro Archia: *Quibus ætas puerilis ad humanitatem infor-*
14 *mari solet.* † Et literatura. Augustinus de ordine lib. II. *Grammatica, quia ipso nomine profiteri se literas clamat, unde etiam Latinè literatura dicitur, factum est, ut quicquid literis memoria dignum mandaretur, ad eam necessariò pertineret. Itaq; unum quidem nomen, sed res infinita, multiplex, curarum plenior, quàm jucunditatis: huic disciplinæ accessit historia, non tam ipsis historicis, quàm Grammaticis laboriosa.* Hinc Cicero Orat. pro Muræna literatos & historicos conjunxit. *Tua verò nobilitas literatis & historicis notior est, Pop. verò obscurior.* Tertull. Apologetico: *Ptolemæus*

lemaus omnis literaturæ ſagatisſimus. Capitolino in Antonino Pio: *nitida litteratura.* L. I. C. Theodoſ. de Decur. urb. R. *Quem conſtiterit ſtudiorum liberalium uſu atq; exercitatione, & ita eſſe literis politum, ut citra offenſam vitii verba ex eodem procedant. Ne autem litteraturæ, quæ omnium virtutum maxima eſt.* Symmachus lib. I. *Philoſophorum litteraturam.* † Literæ denique 15. pro ipſa παιδεία & litteraturâ. † Cicero in Pi- 16. ſonem: *Sic nonſolùm Philoſophia, ſed etiam literis eſt eruditus.* Catone majore, & lib. IV. Academ. Quæſt. *M. Catonem in ſenectute Græcas literas didiciſſe.* Hoc vulgo accipiunt, tanquam ſi Cato ſenex lingvam Græcam didiciſſet. Sed Græcas literas intellige, Græcorum diſciplinas, ita enim Plutarchus in Catone: παιδείας Ἑλληνικῆς ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόῤῥω παντάπασιν ἡλικίας ἐληλακὼς ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας. † Ita γράμματα pro eruditione 17. & literaturâ. Vitâ Craſsi: ἦν γὰρ οὔτε φωνῆς, οὔτε γραμμάτων ὁ Ὀρώδης ἑλληνικῶν ἄπειρος. † Simili modo apud Diog. Laërt. φιλογράμμα- 18. τος, eruditus ſive Philologus; † malè enim in- 19. terpres literatorem vertit, in Timone: φιλογράμματός τε, καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανός. Philologos deſcribit Manilius lib. IV.

At quibus Erigone duxit naſcentibus ævum,
Ad ſtudium ducit mores, & pectora doctis
Artibus inſtituit: nec tam compendia cenſus,
Quam cauſas viresq; dabit perquirere rerum.

Illa

Illa decus lingvæ faciet, regnumq; loquendi,
Atq; oculos mentis, qua poßit cernere cuncta,
Quamvis occultis naturæ condita caußis.

Sub eâdem geniturâ collocat Ptolemæus φιλολόγους, φιλογραμμάτους, εὐχαρίτους τῷ λόγῳ. Sed ut semel statuam quod jam multis docui, Philologia propriè est peritia lingvarum, & ἁπάσης ἀρχαιολογίας cognitio. Quæ cum pluribus artibus, & multarum rerum scientia exuberet, Polymathia appellata est, amplexa omne studiorum genus. Quod si suos cuique professioni terminos statuamus, litteratura in scriptorum interpretatione fines suos nôrit. Sed illa, ut Quinctilianus ait, *tenuis à fonte assumtis Poëtarum & historicorum viribus, pleno jam satis alveo fluit, cum præter rationem rectè loquendi propè omnium maximarum artium scientiam amplexa fit.* † Hæc est illa Philologia, quæ apud Martianum Capellam nubit Mercurio. Nam libros quibus disciplinas liberales, seu ut ipse ait, disciplinas cyclicas, id est, ἐγκυκλοπαιδείαν tradidit, de nuptiis Mercurii & Philologiæ inscripsit, & lib. I. *Jampridem*, inquit, *sentio Philologiæ amore torreri Mercurium, ejusq; studio comparatas habere quamplurimas in famulitio disciplinas, fandi venustatem, elegentiam pingendi, totum certè quicquid comit decorem Gratiarum.* Et statim: *Philologia cælum tartarumq; discurrere, ac deorum omnium sedes perscrutatione transire, ac syderum multitudinem numerare consvevit.* Vides

Philo-

Philologiam complecti omnes artes. Galenus verò προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας Mercurium ait λόγου δεσπότην, καὶ ἁπάσης τέχνης ἐργάτην, & simulacrum ejus cingi omnium opificum coronâ fingit; proximos deo liberalium artium Professores, quos sequuntur pictores, plastæ & id genus; hos deniq; alii omnes, qui artes aliquas exercent. πάντες δέ, inquit, πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι κοινὸν, τῷ παρ' αὐτοῦ προστάγματι πειθόμενοι. Rectè ergo Mercurius & Philologia connubio junguntur. Hanc rationem sequitur morosissimus Auctor in operis sui inscriptione. Sozomenus Historiæ Ecclesiast. lib. V. Ἀπολλινάριος τῇ πολυμαθίᾳ χρησάμενος, ἀντὶ μὲν τῆς ὁμήρου ποιήσεως, ἐν ἔπεσιν ἡρώοις τὴν ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν συνεγράψατο, ἐπραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς μενάνδρου δράμασιν εἰκασμένας κωμῳδίας, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λάβων τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων, ἐπενόησε ἰσοδυνάμους πραγματείας, φράσει καὶ οἰκονομίᾳ ὅμοια τοῖς παρ' ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήσασιν. † Tribuit 21.
Apollinario πολυμαθίαν & peritiam ἐγκυκλίων μαθημάτων, quem tamen solis Philologiæ studiis excelluisse narrat. Ita Sveton. de Illust. Grammat. Attejum Philologi appellationem adsumsisse, *quia sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variâq; doctrinâ censebatur.* Nullus vero in omni antiquitate Imperatorum, Principum, & Philosophorum,

quorum

quorum ingenia amœnitatem & leporem ſtudiorum ferre potuerunt, quin magna alacritate Philologiam amplexus ſit, usq; adeò, ut plerique illorum ingenii ſui monumentis eam illuſtrârint. Quò quæſo ſpectant Jul. Cæſaris, Auguſti, aliorumq; poëmata & id genus argumenta lepida & jucunda. Varronis libri Logiſtorici. Ariſtotelis περὶ μέθης. Μαγικός. Παίαν. Galeni εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν. Sed ſatis eſt provocaſſe ad teſtimonia illorum, qui Illuſtrium Virorum vitas enarrant, & monumenta ab illis relicta produnt. Si qua igitur titulis fides, horum cultu & ſtudiis dignitas Philologiæ efflorefcit, quam nemo deſerit, niſi qui arcti & compreſſi animi, per naturæ iram, quod Græci dicunt, ταῖς χάρισιν οὐκ ἔθυσε.

CAPUT XVI.

1. κριτική. Ejus nobilitas. 2. Galeni liber; εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς καὶ γραμματικὸς, & Cornelii Nepotis ſimilis argumenti. 3. κριτικὴ definita & diviſa, & 4. de altera ejus parte, judicio. 5. ἔγκριτοι. ἐγκύκλιοι. 6. Fraus librariorum in ſupponendis adulterinis ſcriptoribus. 7. Plurimi libri falſis Auctoribus inſcripti. 8. Cauſſæ iſtius erroris. 9. Demetrii Magneſii περὶ ὁμωνύμων. Ejus nomen repoſitum

tum Dionysio Halicarnaß. 10. *Quibus modis Critici Auctoribus scripta sua vindicârint.* 11. *Varronis liber* περὶ χαρακτήρων. 12. *Emendatores nomen suum adscribebant libris quos correxerant.* 13. *Indices librorum vulgati à Grammaticis.* 14. *Callimachi* πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων. 15. *Istius operis Methodus.* 16. *Mos colligendi numerum versuum in recensione librorum.* 17. *Telephi* βιβλιακῆς ἐμπειρίας *libri.* 18. *Libros conquirere & instruere bibliothecas Grammaticorum.* 19. *Quomodo capiendum apud Strabonem Aristot. primum libros collegisse & docuisse Reges Ægypti bibliothecam instruere.* 20. *Quomodo Plato dicatur primus Dialogos scripsisse. Grammatici bibliothecis præfecti.* 22. *Critici recitationibus Poëtarum adhibiti.* 23. πέντε κριταί. *Hesychius emendatus.*

TErtia Grammaticæ pars κριτικὴ, quæ omnium nobilissima; ideoq; huic totam Grammaticam subjecit Tauriscus, ut refert Sextus Empiricus Philosophus adversus Mathematicos, qui eâdem ratione τὴν κριτικὴν τὸ ἰδιαίτερον μέρος τῆς γραμματικῆς vocat. †Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων testatur se scripsisse librum tali indice: εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς 1. 2.

καὶ γραμματικός. In quo libro disseruisse videtur de Critices dignitate, perinde ac si illa dignior & eminentior, quàm ut Grammaticæ pars censeri debeat, à quâ merito discreta professio, quæ liberrimo excursu in omnes disciplinas transit. Huic Galeni commentationi argumenti similitudine consensisse videtur Cornelii Nepotis liber, quo distingvebat literatum ab erudito. Hoc enim indice Nepotis iste liber notus testimonio Svetonii de Illust. Grammaticis. † κριτικὴν ita definit Sextus Philosophus:
3. ἰδιαίτερον δὲ τὸ μέρος τῆς γραμματικῆς, καθὸ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς ἐπισκοποῦσι, καθὸ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγοῦνται. τά τε ὑγιῆ καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα κρίνουσι, τά τε γνήσια ἀπὸ τῶν νόθων διορίζουσιν. *Præcipua & propria Grammaticæ pars, qua considerant Poëtas aliosq; Scriptores, quatenus explicant obscurè ab iis dicta, & quæ bona & sana apud ipsos judicant, & vera ac germana ab adulterinis distingvunt.* Martianus Capella de Grammatica: *Officium verò meum fuerat doctè scribere legereq;. Nunc etiam illud accessit, ut meum sit eruditè legere probareq;. Quæ duo mihi vel cum Philosophis, Criticisq; videntur esse communia.* lib. de Dialectica, ubi recenset normas disciplinarum. *Quinta de judicando, quæ pertinet ad judicationem Poëtarum & Carminum.* Augustinus de Musica lib. 3. *Poëtarum judices Grammatici.* lib II. de ordine cap. XIV. *Sic ab eâ* (Musicâ) *Poëtæ geniti sunt. Et quoniam de primâ*

primâ illâ disciplinâ (Grammaticâ) *stirpem ducebat, judices in eos Grammaticos esse permisit.*
Eustathius in Iliad. β. Κριτικὸς, ὅς κατὰ τὴν γραμματικὴν παράδοσιν εἰδότας κρίνειν τὰ ποιήματα.
Vide Diomedem lib. II. Duas Criticæ partes
præcipuas reperio, quarum hæc est, qua velut
Censores de Auctoribus judicabant, sua cuiq;
opera vindicabant, vera & germana à supposi-
ticiis discernebant, & omnium Scriptorum qua-
si quendam censum agebant. † Hanc itaq; par- 4.
tem rectè judicium dixeris, alteram emenda-
tionem. Nam licet etiam in emendatione po-
tiores judicii sint partes, tamen ut illud in recto
de Auctoribus judicio, ita hæc in eorum emen-
datione tota est. Quinctilianus lib. I. cap. V.
*Judicio tam severè usi sunt veteres Grammatici, ut
non versus modò censoria quadam virgulâ notare,
& libros qui falsò viderentur inscripti, tanquam
subdititios submovere familia permiserint sibi; sed
Auctores alios in ordinem redegerint, alios omni-
no exemerint numero.* † Quorum hi ἔκκριτοι, illi 5.
ἐγκύκλιοι, hoc est, ut Priscianus lib. XIIX. in or-
dinem redacti & abjecti, atq; extra ordinem si-
ve egregii. Apud eundem Quinctil. lib. X. *A-
pollonius in ordinem à Grammaticis datum non ve-
nit, quia Aristarchus atq; Aristophanes poëtarum
judices, neminem sui temporis in numerum rede-
gerunt.* Ita lib. I. scribit *Aristophanem Gramma-
ticum primum negasse, ὑποθήκας esse Hesiodi, Iso-
cratem verò & Aristotelem eadem illi attribuisse.*

 quas

quas Scholiastes Pindari Pyth. ad Chironem Au-
ctorem refert. Palæmon apud Svetonium glo-
riatur: *Nomen suum non temere in Bucolicis posi-
tum, sed præsagiente Virgilio fore quandoq; omniũ
poëtarum & poematum Palæmonem judicem.* Ho-
ratius lib. II. Epist. 1 *Ennius & sapiens & forti-
& alter Homerus, ut Critici dicunt* --- Hierony-
mus Epist. ad Magnum Orat *Quid loquar de
Philone, quem vel alterum Judæum Platonem Cri-
tici pronunciant.* Athenæus lib. III. δοκεῖ ἐν ἐ-
μοὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐθυδήμου εἶναι τὰ ποιήματα, καὶ
ὁ Διονυσιοκλῆς ἔφη, ὅτου μὲν ἐστὶ τὰ ποιήματα
ὑμῶν δεῖ κρίνειν τῶν δοκιμωτάτων γραμματικῶν.
*Videtur igitur mihi poëma esse Euthydemi. Tum
Dionysiocles inquit: Cujus sint poëmata vestrum
est judicare, qui estis probatissimi Grammatici,* &
lib. II. ait Grammaticos negare poëma de nu-
ptiis Ceycis esse Hesiodi. Ἡσίοδος ἐν Κήυκος
γάμῳ, κἂν γὰρ γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ
ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα. Utilis autem inprimis
& necessaria hæc Criticorum sollertia & studium
6. in discernendis Auctorum libris. † Veteres enim
librarii titulis librorum valdè imposuerunt, ut
videre est ex Galeno περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. Nam
aut lapsi inscitiâ, aut ut precium librorum auge-
rent, clarissimis quibusq; Auctoribus eos in-
scribebant. Ita magnis Scriptoribus spurios fœ-
7. tus suppositos fuisse videmus. † Galenus l.
de Alimentis. Hippocratis librum de ratione
victus ad varios Auctores referri scribit, &
pasim

passim multos Hippocratis libros nothos arguit. Erotianus prooemio τῆς συναγωγῆς τῶν παρ' ἱπποκράτει λέξεων, librum προῤῥητικῶν I. & II. Hippocratis non esse adfirmat. Axiochum dialogum Platoni inscriptum Æschinis Socratici esse testatur Suidas Ἀξίοχος. & Αἰσχίνης. Ita aliis quoq; Platonis dialogis natalium controversia movetur, uti etiam quamplurimis Aristotelis libris. Nam præter illa, quæ minimè ambigua ejus opera enumerat Diog. Laërtius, multa etiam alia tribui illi scribit. τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα, inquit, πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ. Andronicus negabat librum περὶ ἑρμηνείας esse Aristotelis, ut Auctor est Ammonius, & de I. Meteoron antiquitus dubitatum ex Olympiodoro constat. Simplicius in III. de cœlo, librum περὶ ἀτόμων γραμμῶν nonnullos Theophrasto tribuisse scribit. Ethica ad Nicomachum non Aristotelis, sed Nicomachi ejus filii apud Ciceronem V. de Finibus legimus. Libros quoq; de Rhetorica ambiguos hæc Quinctiliani docent: *Non dissentit*, inquit, *Theodectes, sive ipsius id opus sit, quod de Rhetorica nomine ejus inscribitur, sive ut creditum est, Aristotelis*. Plutarchus Aristide extremo librum περὶ εὐγενείας, cujus & Diogenes meminit τοῖς γνησίοις Aristotelis adnumerare ambigit. Democriti librum, cui index μέγας διάκοσμος, Theophrastus ajebat esse Leucippi, ut est apud Diog. Laërtium; qui solus testis esse

poterat, quam multi libri falsis & suppositiciis Auctorum titulis invulgati fuerint. Nam singulis ferè Philosophorum vitis plurima ipsorum opera adulterina aut ambigua narrat. Athenæus lib. VI. Chamæleontis Pontici περὶ ἡδονῆς sub nomine Theophrasti circumlatum scribit, & lib. XIII. multas olim orationes falsò Lysiæ attributas fuisse. Columella lib. VII. c. 5. de Agricultura Doli Myndesii ὑπομνήματα sub nomine Democriti falsò prodi. Idem obtinet in Latinorum scriptis; cumprimis patrum, quorum libros dubiæ fidei infinitum sit referre. Ne sacri quidem libri hanc varietatem effugere potuerūt. Tertium Maccabæorum alii Josepho, alii Philoni Alexandrino adscribunt; ita aliorum quoque, quorum fidem Ecclesia timet, diversi Au-
8. ctores laudantur. † Hujus verò erroris sive varietatis tres potissimùm caussæ videntur, quarum prior: plurium Auctorum ὁμωνυμία, secunda similis argumenti tractatio, tertia deniq; precium librorum. Auctor vitæ Hippocratis magnam dissensionem de ejus scriptis ait, minus verò securum aliquid certi de iis pronunciare, cum multæ caussæ sint, quæ judicium fallere possint, inter alias verò ἐπωνυμία. Apud Eusebium πρὸς παρασκ. εὐαγγ. lib. XI. Aristotelis nomen falsò subrepsit fragmento quod Aristotelis nomine adducit, in quo fit mentio Aristoxeni Musici, quem Aristotelis discipulum fuisse ex Suida notum. Fons erroris ὁμωνυμία

Aristo-

Ariſtotelis & Ariſtoclis, cujus verba ſunt, quæ inibi leguntur. Vide Suidam Ἀριστοκλῆς. Galenus Comment. III. ἐπιδημιῶν: Hippocratis librum περὶ ὀῤῥηλικῶν non Hippocratis Coi eſſe, ſed Hippocratis Heraclidis filii, cui & Aphoriſmos tribui indicat. † Huc pertinet Demetrii Magne- 9. ſii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων. Hoc enim titulo liber iſte citatur à Diogene Laërt. in Epimenide & Ariſtotele. Quare cum Harpocration in Ἰσαῖος laudat Demetrii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, Dionyſius Halicarnaſſeus ὑπομνήμ. περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, Demetrii περὶ τῶν ὁμωνύμων ῥητόρων, idem illud Demetrii Magneſii opus intelligendum. Apud Dionyſium verò male ſcribitur: Δῆμος ὁ Μάγνης. Ubi emendandum: Δημήτριος ὁ Μάγνης. In illo opere Demetrius τῶν ὁμωνύμων συγγραφέων vitam enarrabat, & de eorum ſcriptis diſſerebat, ut patet ex Diog. Laërtii Hippaſo, Philolao, Xenophonte, Athenni lib. XIII. & Plutarchi Demoſthene. Scholiaſtes Demoſthenis citat & Dionyſiii Sinopenſis περὶ ὁμωνύμων. Ammonius procemio in Categorias refert Ariſtoteli non paucos ſpurios libros adſcriptos fuiſſe propter nominis ſimilitudinem, cum plurimi ejus cognomines fuerint; deinde διὰ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμίαν. Complures enim Ariſtotelis diſcipuli æmulatione incitati eadem cum ipſo argumenta tractare ambiêrunt. Quod familiare fuiſſe Philoſophis obſervo apud Diog. Laërt.

Scribit enim Democritum ζηλωτὴν τῶν Πυθαγορικῶν, admirari Pythagoram ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Intelligo opus ejusdem argumenti & inſcriptionis, quale & Pythagoras, aut Pythagoræi reliquerant. Addit eodem loco Ammonius: Ptolemæum Philadelphum, ſtudioſum Ariſtotelis multos precio induxiſſe, ut libros Ariſtoteli falsò inſcriberent. Galenus Comment. in Hippocratis de Naturâ humanâ: Opera Auctorum falſos titulos præferre cœpiſſe à temporibus regum Alexandriæ & Pergami, inter quos ingens certamen in coëmendis veterum libris. Cum itaq; majus precium librorum, quibus antiqui Auctoris nomen præfixum, hinc natum ut multis ſcriptoribus ſpurii librorum fœtus ſuppoſiti ſint. Dio Chryſoſtomus Orat. περὶ κάλλους refert miram librariorum fraudem, quâ viliſſimos quosq; recentium libros abdere ſoliti frumento, ut ſitum contraherent, atq; ita pro antiquis majori precio venderent. Hîc ergò emergit κριτική, quæ legitimos fœtus tollit, & Auctoribus ſuis vindicat, ſpurios verò & monſtroſos aut necat, aut alienæ adoptioni relinquit.

10. † Critici verò in dijudicandis auctorum libris præcipuè judicii normâ uſi, diſcernentes ſermonis characterem, & docendi modum; ſententiarum ſive dogmatum conſenſum notantes, & ſi qua ejus mentio facta ſimili inſcriptione & argumento ab ipſo ſcriptore cui tribuitur, aut alio quodam receptæ auctoritatis aut probatæ

batæ fidei auctore. Simplicius proœmio in prædicamenta Aristot. ὅτι δὲ γνήσιον τοῦ Φιλοσόφου τὸ βιβλίον, μάλιστα μὲν ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ συνεστραμμένον τῆς φράσεως δηλοῖ, καὶ τὴν νοερὰν τοῦ Ἀριστοτέλους περιόντος δύναμιν, καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται βιβλίου ἐν ἄλλοις δέκα κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον. Ammonius in Categorias: ἐκρίθη δ' ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν, μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἐκ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως, καὶ τὸ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν Φιλόσοφον. Iisdem argumentis Ammonius librum περὶ ἑρμηνείας Aristoteli vindicat. πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι, inquit, τοῦ Φιλοσόφου τὸ βιβλίον οὐδεὶς ἠξίωσε, τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβαλεῖν, εἰς τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς τὴν ἔντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ Φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν. Dionysius Halicarnaſs. ſummus Criticus, ſecutus judicii εὐστοχίαν multa legitima opera Auctoribus ſuis vindicat, & nothis liberat, atq; in eo laboraſſe veteres Criticos docet ὑπομνήμ. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων; inprimis eo loco ubi de Dinarcho agit. Operæ eſſe, inquit, περὶ τοῦ χαρακτῆρος αὐτοῦ διελθεῖν, καὶ διορίσαι τούς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους, quos illi Callimachus &

alii Grammatici adscripserant. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων scribit, quendam peritum τῆς πρώτης παιδείας emisse librum indice nominis Galeni nobilem, & postquam primos versus legisset, ex notâ styli definisse librum non esse ejus Auctoris, cujus titulum præferret. Idem Galenus Comment. in Hippocratis ἐπιδημιῶν ait, χαρακτῆρα libri VI. longè abire ab eo, quo lib. I. & III. usus, quos omnes unanimi consensu ab Hippocrate ultimam manum recepisse asserunt; ex reliquis V. & VII. nothos esse. Vide eundem Comment. I. in Hippocrat. de naturâ humanâ. Simplicius Prolegomenis in Categorias Aristotelis ex Adrasto: φέρεται καὶ ἄλλο κατηγοριῶν βιβλίων, ὡς Ἀριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ἓν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν. M. Varro, ut refert Agellius lib. III. cap. III. *unam & viginti Comœdias Plauti esse censuit, quæ inde Varronianæ appellatæ, adductus stilo & sermonis facetiâ. Plauto congruentes quasdam alias probavit, & Plauto vindicavit. Et cum nomine Plauti* CXXX. *ferrentur L. Ælius* XXV. *ejus solas esse existimavit.* †Huc pertinet Varronis liber περὶ χαρακτήρων cujus meminit Charisius. Cicero lib. IX. Epist. ad Famil. commendat Servium fratrem Pæti literatissimum, *quod facilè diceret hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas haberet aures notandis generibus poëtarum, & consvetudine legendi.* Collatione dogmatum censet Proclus Epinomin, sive de Philosophia dialogum Platonis

tonis non esse: scripserat enim in Timæo, terram deorum antiquissimam sedem, quod in Phædone quoq; adfirmat. At in Epinomide cœlum deorum domicilium ait. Atqui hæc quidem securi certiora indicia & argumenta; licet Auctor vitæ Hippocratis judicium facilè falli scribat, quòd loquendi characterem etiam alii servare aut effingere possint, & quod aliquis ratione ætatis fortiori aut remissiori dicendi genere utatur. Adde minus certa: divinationem de scripti cujusq; ætate, quam ex scriptura colligebant, & correctoris auctoritatem. †Solebant enim correctores nomen suum adscribere. Galenus Comment. II. in III. Hippocratis, ἐπιδημιῶν, in Ptolemæi bibliothecâ repertum tertium librum ἐπιδημιῶν Hippocratis ἐπιγεγραμμένον: τῶν ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην. Interdum ipsi Scriptores notas quasdam adponebant ad certitudinis indicium. Diog. Laërt. Epicharmo: καὶ παρασηχίδια γε τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα. † Magno autem studio Grammatici in Auctores & eorum opera inquirebant, & indices librorum publicabant, quales complures olim in manibus eruditorum fuisse indicio est Diog. Laërtius, & Dionys. Halicarnass. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων. Adrasti περὶ τῆς τάξεως τῶν Αριστοτέλους συγγραμμάτων laudat Simplicius prolegomenis in Categorias Aristotelis. Plutarchus in Sylla Auctor est Andronicum

cum Rhodium vulgasse indices librorum Aristotelis. Svetonius de Illustr. Grammat. Aurelii Opilii *cognomen in plerisq; indicibus per unam literam scribi.* πίναξ librorum Hippolyti apud Eusebium Hist. Ecclesiasticæ lib. VI. cap. XXI. Hieronymus in Origine scribit se edidisse indicem operum Origenis, & contulisse illa scriptis Varronis. Ejus argumenti & Varronis liber de Comœdiis Plautinis.
14 † Callimachus Grammaticus scripserat πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων. Opus nobile veterum Criticorum testimoniis, à quibus citari video Callimachi πίνακα τῶν Δημοκρίτου συνταγμάτων, & πίνακα τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, quæ ad idem opus referenda existimo. Disputabat autem Callimachus in hoc suo opere de inscriptione librorum, & legitimos fœtus Auctoribus suis vindicabat, ut apparet ex iis, quæ passim Athenæus ex Callimachi πίνακι adducit, ut lib. II. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον. Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει Νησιώτου. Periegesin Asiæ Auctore Hecatæo Milesio notam Callimachum inscripsisse Nesiotæ cuidam inquit Scilicet ἐν πίνακι. Hoc enim opus Callimachi innuit Athe-
15. næus. † In quo hanc methodum sequebatur. Primò Auctoris nomen & operis inscriptionem indicabat, deinde recitabat libri initium, deniq; numerum versuum collectum adsignabat. Hoc colligimus ex illis Athenæi lib. XIII. ἀνέγρα-

γράψεν αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο. ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. Hanc rationem servasse Callimachum ἐν πίνακι παντοδαπῶν συγγραφέων ex ejusdem Athenæi lib. IV. patet. Quam & Diogenes Laërtius in enumeratione aliquot operum Philoſophorum ſequitur, & Demetrius Magneſius ἐν ὁμωνύμοις. Diog. vitâ Philolai: τοῦτον φησὶν Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε, φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη. †Vul- 16.
gatus autem ille mos ſubnotandi numerum verſuum in recenſione cujuſq; ſcripti ex Diog. Laërt. Timone aliisq; locis, item Galeno & D. Hieronymo liquet, quod & in libris ſacris uſitatum, ut apparet ex ſubſcriptione Evangelii D. Marci, & Epiſtolis Pauli. Ariſtophanes autem Grammaticus in iſtud Callimachi opus τῶν πινάκων plures libros condidit, ut patet ex Athenæi lib. IX. † Huc pertinent Telephi 17.
Grammatici libri βιβλιακῆς ἐμπειρίας, ἐν οἷς, inquit Suidas, διδάσκει τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία. †Libros enim conquirere, & inſtruere Biblio- 18.
thecas, proprium Grammaticorum. Suidas Auctor Tyrannionem Grammaticum comparaſſe Romæ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας, & Epaphroditum Chæronenſem XXXM. optimorum librorum collegiſſe. Quo pertinet illud Auſonii ad Philomuſum:

Emta

Emtis quod libris tibi Bibliotheca referta est,
Doctum & Grmmaticum te Philomuse putas.

19. † Primum Aristotelem apud Græcos Bibliothecam composuisse, Strabo lib. XIII. scribit: πρῶτος Ἀριστοτέλης, ὧν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. *Primus Aristoteles, quantum nobis constat, libros collegit, & Reges Ægypti docuit Bibliothecam instruere.* At Athenæus lib. I. ubi Laurentii studium in condendis Bibliothecis & librorum cura commendat, superasse ipsum ait Polycratem Samium, Pisistratum tyrannum, Euclidem, & Euripidem Poëtam. Hos ergo librorum collectione illustres narrat, majores ætate Aristotelis. Sed Aristotelem plures libros coëgisse & selectiores, & aptiori ordine Bibliothecam disposuisse existimârim, quàm ante ipsum alii fecerant, ideoq; ut celeberrimum hoc instituto & præcipuum à Strabone
20 memorari. † Simili ratione Plato primus dialogos scripsisse dicitur, cum tamen ante ipsum Zenonem Eleatē & Alexamenum Tejum idem fecisse memoriæ proditum. Sed Plato, ut Diogenes Laërt. tradit, ἀκριβώσας τὸ εἶδος τὰ πρωτεῖα δικαίως ἀποφέρεται. Speusippi libros tribus talentis emisse Aristotelem & de Bibliothecis (quo titulo & Varro apud Romanos librum reliquit) scripsisse Diog. Laërtius prodit. Hinc capiendum quod Strabo ait: Aristotelem docuisse Reges Ægypti Bibliothecas instituere.

Sive

Sive hoc opere, quo ordinem & rationem instituendæ Bibliothecæ præscripserat, sive suo exemplo; quod secuti Aristotelis judicium & ordinem illi servatum. Nam Ptolemæus Philadelphus Aristotelis Bibliothecam à Neleo emit, ut refert Athenæus lib. 1. Neq; enim aliter Ptolemæum docere potuit, quippe qui ævo prior. †Ob hanc ergò librorum peritiam Grammatici 12. Bibliothecis præfecti. Alexandrinæ Bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, quem Tertullianus Apologetico, *Grammaticorum probatissimum* vocat. *Ptolemæorum eruditissimus*, inquit, *cum studio bibliothecarum Pisistratum æmularetur, ex suggestu Demetrii Phalerei, Grammaticorum probatissimi, cui præfecturam mandaverat.* Postea Zenodotus Grammaticus eidem Bibliothecæ præfectus fuit, ut tradit Suidas. Simili modo Augustus Imperator Bibliothecæ Palatinæ delegit Criticos, qui librorum quasi quendam senatum legebant, ne qua ineptissimorum hominum scripta in eâ reponerentur. Horum sæpè meminit Horatius. C. Melissum Grammaticum *curam ordinandarum Bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepisse* Svetonius refert, qui & C. Julium Higinum *Grammaticæ studiis clarum, Palatinæ Bibliothecæ præfuisse* scribit. Pompejo item Macro Augustum Bibliothecas ordinandas delegasse idem Sveton. in Augusto, & Dionysium Grammaticum, qui Romæ docuit, Bibliothecis præfuisse Auctor est Suidas. † Poëtarum quoq; re-

citatio-

poterat, quam multi libri falsis & suppositiciis Auctorum titulis invulgati fuerint. Nam singulis ferè Philosophorum vitis plurima ipsorum opera adulterina aut ambigua narrat. Athenæus lib. VI. Chamæleontis Pontici περὶ ἡδονῆς sub nomine Theophrasti circumlatum scribit, & lib. XIII. multas olim orationes falsò Lysiæ attributas fuisse. Columella lib. VII. c. 5. de Agricultura Doli Myndesii ὑπομνήματα sub nomine Democriti falsò prodi. Idem obtinet in Latinorum scriptis; cumprimis patrum, quorum libros dubiæ fidei infinitum sit referre. Ne sacri quidem libri hanc varietatem effugere potuerũt. Tertium Maccabæorum alii Josepho, alii Philoni Alexandrino adscribunt; ita aliorum quoque, quorum fidem Ecclesia timet, diversi Auctores laudantur. †Hujus verò erroris sive varietatis tres potissimùm caussæ videntur, quarum prior: plurium Auctorum ὁμωνυμία, secunda similis argumenti tractatio, tertia deniq; precium librorum. Auctor vitæ Hippocratis magnam dissensionem de ejus scriptis ait, minus verò securum aliquid certi de iis pronunciare, cum multæ caussæ sint, quæ judicium fallere possint, inter alias verò ἐπωνυμία. Apud Eusebium προπαρασκ. εὐαγγ. lib. XI. Aristotelis nomen falsò subrepsit fragmento quod Aristotelis nomine adducit, in quo fit mentio Aristoxeni Musici, quem Aristotelis discipulum fuisse ex Suida notum. Fons erroris ὁμωνυμία

8.

Aristo-

Ariſtotelis & Ariſtoclis, cujus verba ſunt, quæ inibi leguntur. Vide Suidam Ἀριστοκλῆς. Galenus Comment. III. ἐπιδημιῶν: Hippocratis librum προῤῥητικῶν non Hippocratis Coi eſſe, ſed Hippocratis Heraclidis filii, cui & Aphoriſmos tribui indicat. † Huc pertinet Demetrii Magne- 9.
ſii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων. Hoc enim titulo liber iſte citatur à Diogene Laërt. in Epimenide & Ariſtotele. Quare cum Harpocration in Ἰσαῖος laudat Demetrii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, Dionyſius Halicarnaſſeus ὑπομνηματισμ. περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, Demetrii περὶ τῶν ὁμωνύμων ῥητόρων, idem illud Demetrii Magneſii opus intelligendum. Apud Dionyſium verò male ſcribitur: Δῆμος ὁ Μάγνης. Ubi emendandum: Δημήτριος ὁ Μάγνης. In illo opere Demetrius τῶν ὁμωνύμων συγγραφέων vitam enarrabat, & de eorum ſcriptis diſſerebat, ut patet ex Diog. Laërtii Hippaſo, Philolao, Xenophonte, Athenni lib. XIII. & Plutarchi Demoſthene. Scholiaſtes Demoſthenis citat & Dionyſiii Sinopenſis περὶ ὁμωνύμων. Ammonius prooemio in Categorias refert Ariſtoteli non paucos ſpurios libros adſcriptos fuiſſe propter nominis ſimilitudinem, cum plurimi ejus cognomines fuerint; deinde διὰ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμίαν. Complures enim Ariſtotelis diſcipuli æmulatione incitati eadem cum ipſo argumenta tractare ambiêrunt. Quod familiare fuiſſe Philoſophis obſervo apud Diog. Laërt.

batæ fidei auctore. Simplicius proœmio in prædicamenta Aristot. ὅτι δὲ γνήσιον τοῦ Φιλοσόφου τὸ βιβλίον, μάλιστα μὲν ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ συνεστραμμένον τῆς φράσεως δηλοῖ, κατὰ τὴν νοερὰν τοῦ Ἀριστοτέλους περιόντος δύναμιν, καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται βιβλίου ἐν ἄλλοις δέκα κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, καὶ οἱ σπουδαιώτεροι τῶν ἑταίρων ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον. Ammonius in Categorias: ἐκρίθη δ' ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν, μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἐκ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως, καὶ τὸ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν Φιλόσοφον. Iisdem argumentis Ammonius librum περὶ ἑρμηνείας Aristoteli vindicat. πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι, inquit, τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον οὐδεὶς ἠξίωσε, τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβαλεῖν, εἰς τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς τὴν ἔντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν. Dionysius Halicarnass. summus Criticus, secutus judicii εὐστοχίαν multa legitima opera Auctoribus suis vindicat, & nothis liberat, atq; in eo laborasse veteres Criticos docet ὑπομνημ. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων; inprimis eo loco ubi de Dinarcho agit. Operæ esse, inquit, περὶ τοῦ χαρακτῆρος αὐτοῦ διελθεῖν, καὶ διορίσαι τοὺς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους, quos illi Callimachus &

alii Grammatici adſcripſerant. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων ſcribit, quendam peritum τῆς πρώτης παιδείας emiſſe librum indice nominis Galeni nobilem, & poſtquam primos verſus legiſſet, ex notâ ſtyli definiſſe librum non eſſe ejus Auctoris, cujus titulum præferret. Idem Galenus Comment. in Hippocratis ἐπιδημιῶν ait, χαρακτῆρα libri VI. longè abire ab eo, quo lib. I. & III. uſus, quos omnes unanimi conſenſu ab Hippocrate ultimam manum recepiſſe aſſerunt; ex reliquis V. & VII. nothos eſſe. Vide eundem Comment. I. in Hippocrat. de naturâ humanâ. Simplicius Prolegomenis in Categorias Ariſtotelis ex Adraſto: φέρεται καὶ ἄλλο κατηγοριῶν βιβλίων, ὡς Αριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ὂν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν. M. Varro, ut refert Agellius lib. III, cap. III. *unam & viginti Comœdias Plauti eſſe cenſuit, quæ inde Varronianæ appellatæ, adductus ſtilo & ſermonis facetiâ. Plauto congruentes quaſdam alias probavit, & Plauto vindicavit. Et cum nomine Plauti* CXXX. *ferrentur L. Ælius* XXV. *ejus ſolas eſſe exiſtimavit.* † Huc pertinet Varronis liber περὶ χαρακτήρων cujus meminit Chariſius. Cicero lib. IX. Epiſt. ad Famil. commendat Servium fratrem Pæti literatisſimum, *quod facilè diceret hic verſus Plauti non eſt, hic eſt, quod tritas haberet aures notandis generibus poëtarum, & conſuetudine legendi.* Collatione dogmatum cenſet Proclus Epinomin, ſive de Philoſophia dialogum Platonis

tonis non esse: scripserat enim in Timæo terram deorum antiquissimam sedem, quod in Phædone quoq; adfirmat. At in Epinomide cœlum deorum domicilium ait. Atqui hæc quidem secuti certiora indicia & argumenta; licet Auctor vitæ Hippocratis judicium facilè falli scribat, quòd loquendi characterem etiam alii servare aut effingere possint, & quod aliquis ratione ætatis fortiori aut remissiori dicendi genere utatur. Adde minus certa: divinationem de scripti cujusq; ætate, quam ex scriptura colligebant, & correctoris auctoritatem. †Solebant enim correctores nomen suum adscribere. Galenus Comment. II. in III. Hippocratis ἐπιδημιῶν, in Ptolemæi bibliothecâ repertum tertium librum ἐπιδημιῶν Hippocratis ἐπιγεγραμμένον: τῶν ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην. Interdum ipsi Scriptores notas quasdam adponebant ad certitudinis indicium. Diog. Laërt. Epicharmo: καὶ παραστιχίδια γε τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα. † Magno autem studio Grammatici in Auctores & eorum opera inquirebant, & indices librorum publicabant, quales complures olim in manibus eruditorum fuisse indicio est Diog. Laërtius, & Dionys. Halicarnass. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων. Adrasti περὶ τῆς τάξεως τῶν Αριστοτέλους συγγραμμάτων laudat Simplicius prolegomenis in Categorias Aristotelis. Plutarchus in Sylla Auctor est Androni-

cum

eum Rhodium vulgasse indices librorum Aristotelis. Svetonius de Illustr. Grammat. Aurelii Opilii *cognomen in plerisq; indicibus per unam literam scribi.* πίναξ librorum Hippolyti apud Eusebium Hist. Ecclesiasticæ lib. VI. cap. XXI. Hieronymus in Origine scribit se edidisse indicem operum Origenis, & contulisse illa scriptis Varronis. Ejus argumenti & Varronis liber de Comœdiis Plautinis.
14 † Callimachus Grammaticus scripserat *πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων.* Opus nobile veterum Criticorum testimoniis, à quibus citari video Callimachi *πίνακα τῶν Δημοκρίτου συνταγμάτων*, & *πίνακα τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων*, quæ ad idem opus referenda existimo. Disputabat autem Callimachus in hoc suo opere de inscriptione librorum, & legitimos fœtus Auctoribus suis vindicabat, ut apparet ex iis, quæ passim Athenæus ex Callimachi *πίνακι* adducit, ut lib. II. *Ἑκαταῖος δέ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον. Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει Νησιώτου.* Periegesin Asiæ Auctore Hecatæo Milesio notam Callimachum inscripsisse Nesiotæ cuidam inquit Scilicet *ἐν πίνακι.* Hoc enim opus Callimachi innuit Athenæus.
15. † In quo hanc methodum sequebatur. Primò Auctoris nomen & operis inscriptionem indicabat, deinde recitabat libri initium, denique numerum versuum collectum adsignabat. Hoc colligimus ex illis Athenæi lib. XIII. *ἀναγρα-*

γράψεν αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο, ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. Hanc rationem servasse Callimachum ἐν πίνακι παντοδαπῶν συγγραφέων ex ejusdem Athenæi lib. IV. patet. Quam & Diogenes Laërtius in enumeratione aliquot operum Philoſophorum ſequitur, & Demetrius Magneſius ἐν ὁμωνύμοις. Diog. vitâ Philolai: τοῦτον φησὶν Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε, φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη. †Vulgatus autem ille mos ſubnotandi numerum verſuum in recenſione cujuſq; ſcripti ex Diog. Laërt. Timone aliisq; locis, item Galeno & D. Hieronymo liquet, quod & in libris ſacris uſitatum, ut apparet ex ſubſcriptione Evangelii D. Marci, & Epiſtolis Pauli. Ariſtophanes autem Grammaticus in illud Callimachi opus τῶν πινάκων plures libros condidit, ut patet ex Athenæi lib. IX. † Huc pertinent Telephi Grammatici libri βιβλιακῆς ἐμπειρίας, ἐν οἷς, inquit Suidas, διδάσκει τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία. † Libros enim conquirere, & inſtruere Bibliothecas, proprium Grammaticorum. Suidas Auctor Tyrannionem Grammaticum comparaſſe Romæ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας, & Epaphroditum Chæronenſem XXXM. optimorum librorum collegiſſe. Quo pertinet illud Auſonii ad Philomuſum:

16. 17. 18.

Emtis quod libris tibi Bibliotheca referta est,
Doctum & Grammaticum te Philomuse putas.

19. † Primum Ariſtotelem apud Græcos Bibliothecam compoſuiſſe, Strabo lib. XIII. ſcribit: πρῶτος Ἀριστοτέλης, ὧν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. *Primus Ariſtoteles, quantum nobis conſtat, libros collegit, & Reges Ægypti docuit Bibliothecam inſtruere.* At Athenæus lib. I. ubi Laurentii ſtudium in condendis Bibliothecis & librorum cura commendat, ſuperaſſe ipſum ait Polycratem Samium, Piſiſtratum tyrannum, Euclidem, & Euripidem Poëtam. Hos ergo librorum collectione illuſtres narrat, majores ætate Ariſtotelis. Sed Ariſtotelem plures libros coëgiſſe & ſelectiores, & aptiori ordine Bibliothecam diſpoſuiſſe exiſtimârim, quàm ante ipſum alii fecerant, ideoq; ut celeberrimum hoc inſtituto & præcipuum à Strabone
20 memorari. † Simili ratione Plato primus dialogos ſcripſiſſe dicitur, cum tamen ante ipſum Zenonem Eleaté & Alexamenum Tejum idem feciſſe memoriæ proditum. Sed Plato, ut Diogenes Laërt. tradit, ἀκριβώσας τὸ εἶδος τὰ πρωτεῖα δικαίως ἀποφέρεται. Speuſippi libros tribus talentis emiſſe Ariſtotelem & de Bibliothecis (quo titulo & Varro apud Romanos librum reliquit) ſcripſiſſe Diog. Laërtius prodit. Hinc capiendum quod Strabo ait: Ariſtotelem docuiſſe Reges Ægypti Bibliothecas inſtituere.

Sive

Sive hoc opere, quo ordinem & rationem instituendæ Bibliothecæ præscripserat, sive suo exemplo; quod secuti Aristotelis judicium & ordinem illi servatum. Nam Ptolemæus Philadelphus Aristotelis Bibliothecam à Neleo emit, ut refert Athenæus lib. 1. Neq; enim aliter Ptolemæum docere potuit, quippe qui ævo prior. †Ob hanc ergò librorum peritiam Grammatici 21. Bibliothecis præfecti. Alexandrinæ Bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, quem Tertullianus Apologetico, *Grammaticorum probatissimum* vocat. *Ptolemæorum eruditissimus*, inquit, *cum studio bibliothecarum Pisistratum æmularetur, ex suggestu Demetrii Phalerei, Grammaticorum probatissimi, cui præfecturam mandaverat.* Postea Zenodotus Grammaticus eidem Bibliothecæ præfectus fuit, ut tradit Suidas. Simili modo Augustus Imperator Bibliothecæ Palatinæ delegit Criticos, qui librorum quasi quendam senatum legebant, ne qua ineptissimorum hominum scripta in eâ reponerentur. Horum sæpè meminit Horatius. C. Melissum Grammaticum *curam ordinandarum Bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepisse* Svetonius refert, qui & C. Julium Higinum *Grammaticæ studiis clarum, Palatinæ Bibliothecæ præfuisse* scribit. Pompejo item Macro Augustum Bibliothecas ordinandas delegasse idem Sveton. in Augusto, & Dionysium Grammaticum, qui Romæ docuit, Bibliothecis præfuisse Auctor est Suidas. † Poëtarum quoq; reci[tatio-]

citationibus, quibus de coronis aliisq; præmiis contendebant judices literati, & Critici adhibiti, de quibus lepidisſima eſt narratio apud Vitruvium Proœmio lib. VII. Scholiaſtes Horatii ad illa lib. I. Sat. X.

Quæ nec in æde ſonent certantia judice Tarpa.

Metius Tarpa fuit judex Criticus, auditor asſiduus poëmatum & poëtarum in æde Apollinis ſeu Muſarum, quo convenire ſolebant poëtæ, ſuaq; ſcripta recitare, quæ niſi à Tarpa, ut alio Critico, qui numero erant quinq;, probarentur, in ſcenam non deferebantur.
23. † Tales apud Athenienſes πέντε κριταὶ, τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς ἔκρινον, μόνον ἀθλώνησιν, ἀλλὰ
24 καὶ ἐν Σικελίᾳ. † Ita enim emendandum apud Heſychium, ubi vulgò corruptè legitur: πεντεκοῖται. Vide Zenobium & Suidam ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται. τῶν τραγῳδῶν κριτῶν meminit Plutarchus in Cimone, quem vide Sympoſ. lib. V. probl. & lib. II. de Fortuna Alexādri. A. gell. lib. X. cap. XIIX. Svetonius in Claudio cap. XI. *Comœdiam Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de ſententiâ judicum coronavit.* Vetus inſcriptio :

HIC. CUM. ESSET. ANNORUM.
XIII. ROMÆ. CERTAMINE.
IOVIS. CAPITOLINI. LUSTRO.
SEXTO. CLARITATE. INGENI.
CORONATVS. EST. INTER.
POETAS. LATINOS. OMNIBVS.
SENTENTIIS. IVDICVM.

CAP.

CAPUT XVII.

1. De altera Criticæ parte, emendatione. 2. Multa à Criticis in Homero reprehensa. 3. Quid Aristoteles apud Homerum περὶ τὴν ἔκθεσιν Ulyxis ἄλογον existimarit. 4. Ptolemæi περὶ τῶν παρ' ὁμήρῳ πληγῶν. 5. Grammaticorum morbus in vituperandis Auctoribus. 6. Cicero multis reprehensus. 7. Ammianus emendatus. 8. Varronis de Poëmatis. 9. Notæ Criticorum. 10. Culpæ. 11. Deculpata. 12. Varius notarum usus. 13. χ, asteriscus, obelus 14. Horatius explicatus. 15. Signum literæ ϑ cujus usus. 16. χ & LL. notæ τῶν χρηστῶν. 17. χρηστομαθίαι. 18. Aurea. 19. παρεπίγραφοι. Diog. Cyziceni & Svetonii περὶ σημείων. 20. Notæ in libris Hippocratis. 21. Notas appingebant cerâ. 22. παραπλάσματα. 23. Cera ex milto.

Altera Criticæ pars varia, sed tota, ut dixi, in Auctorum emendatione, quâ solebant perperàm ab Auctoribus scripta ἀθετεῖν καὶ ὀβελίζειν, τὰ παρεγγεγραμμένα, ἐμβολιμαῖα; νοθεύοντα notâ appositâ damnare, corrupta & vitiosa emendare, ambiguas lectiones recensere, inde laudantur veterum Criticorum ἀναγνώσματα, quorum sæpè meminit Apollonius Grammaticus, aliorum Criticorum 1.

temerè ſcita notare ac refutare, quam κρίσιν εἰκαίως ἀθετήσεις appellârunt, transpoſita in au-ctoribus ſuis ſedibus reponere, quo nomine ce-lebrantur μεταθέσεις τῶν γραφῶν, & Iſidorus ſcribit Ariſtarchum *Aſteriſco obelato uſum in iis verſibus, qui non erant poſiti ſuo loco.* Opera Au-ctorum in certas partes diſtingvere, & eorum ſententias conciliare, quò pertinent συμφωνίαι τῶν δογμάτων in Philoſophis à veteribus Criticis notatæ, quorum meminit Diog. Laërt. in Platone. Sed hæc paulò uberius explicanda ſunt. Quod perperam & vitiosè ab Auctoribus ſcripta aut dicta notârint, falsò adjecta & inſer-
2. ta deleverint multis Auctorum locis patet. † Primum Homeri verſum Iliados α. μῆνιν ἄειδε θεὰ πηλιάδεω ἀχιλῆος, reprehendunt ut inconcinnum, & numeris minus aptis compoſitum. Plutarchus de progreſſu virtutis: ὅμηρος δὲ τὸν πρῶτον οὐ διηνέχθη τῶν στίχων ἄμετρον ἐξενεγκεῖν, τοσοῦτον περιῆν αὐτῷ φρονήματος εἰς τὰ λοιπὰ διὰ τὴν δύναμιν. At Protagoras Homerum reprehendebat, quod imperare Diis videretur, quos precari debebat. Ariſtoteles de Poëticâ. Juſtinus Apologiâ. Idem Plutarchus lib. de audiendis Poëtis, diverſis locis complures Homeri verſus adducit, ab Ariſtarcho ſine cauſsâ, ut multis probat, ſublatos, & quâ parte inſerendi ſint, docet. συμποσιακῶν lib. V. προβλ. IV. illa Iliados α.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια
Ζωρότερον ----

reprehensa à Zoilo, tanquam Achilli minus convenientia, defendit. Illum versum Iliados β.
αὐτόματος δ' οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.
miris modis antiqui exagitant, usque adeò, ut Critici apud Athenæum lib. IV. expungendum censeant. Plato in Symposio vetus Græcorum proverbium ait: *Cœnas ignavorum fortes accedere.* Homerum proverbium evertere. Athenæus Platonis opinionem rejicit. Plutarchus Symposiacon lib. I. προβλ. II. reprehendit Menelaum, quod ad consilium invocatus venerit. Inprimis verò Homerus apud omnes reus, quod humana ad Deos transferens, eorum majestatem contaminârit, quo nomine Plato illum republicâ suâ ejecit. Heraclides verò Ponticus & Proclus omnia illa, quæ indignè finxisse Homerum arguit Plato, detorquent ad allegorias, atq; hac ratione eum defendunt. Ita cum Philosophus reprehendit Poëtam, quod ad Vulcani claudicantis adspectum Deos in nimium risum effusos commentus sit, Proclus ait ita capiendum esse, quasi dii cum gaudio & delectatione ordinem universi temperent. *ταύτην δὲ τὴν τῆς προνοίας ἰδιότητα τῶν εἰς τὸν κόσμον ἐνεργούντων θεῶν γέλωτα οἱ μυθοπλάσται προσαγορεύειν εἰώθασι.* Simili modo omnes fabulas, quas indecorè de diis finxit Homerus, Proclus Commentariis in Platonis libros de republicâ

ad ſenſus allegoricos reducit. Athenæus Deipnoſoph. lib. I. ἐπεσημήνατο ὁ Ἀρίσταρχος περιγράφειν τὸν στίχον, ὃς ὑπὲρ κρεωφαγίας αὐχεῖν ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας. Cic. lib. III. ad Famil. *Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat.* Suidas Ἀρίσταρχος. & Ζηνόδοτος. Dionyſius Longinus περὶ ὕψους, verſum iſtum Iliad. α. σήμαιν' οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι --- ut ocioſum ὀβελίζει.
3. † Ariſtoteles lib. I. de poëticâ, ubi diſputat inanem & ridiculam eſſe excuſationem illorum, qui cum aliquid ἄτοπον commenti ſunt, confugiunt ad hanc rationem, quod niſi ita feciſſent, fabula periiſſet. At ineptum eſſe, inquit, ſpe veniæ committere errorem, quem vitare poteras. Hujusmodi multa ab omni ratione abhorrentia pasſim in Odyſſeâ legi ſcribit, & præſertim illo loco, ubi Ulyxem à Phæacibus in terram Ithacam exponi fingit, Odyſs. V. ὥστε δὲ τὸ λέγειν, ὅτι ἀνῄρητο ἂν ὁ μῦθος, γελοῖον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ οὐ δεῖ συνίστασθαι τοιούτους: ἂν δὲ θῇ καὶ φαίνηται εὐλογώτερον, ἀποδέχεσθαι καὶ ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἄλογα, τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ἀνεκτά, δῆλον ἂν γένοιτο, εἰ αὐτὰ φαῦλος ποιητὴς ποιήσει· νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφανίζει, ἡδύνων τὸ ἄτοπον. Sed Ariſtotelis interpretes nec dum oſtendiſſe videntur, quid in hac Homerici operis parte ἄτοπον & reprehendendum duxerit Philoſophus. An quod tam diuturnum Ulyxis ſomnum finxerit, ut ne toto quidem itinere experrectus

perrectus ſit, an quod Phæaces non expectârint, ut abeuntes vigilantem amplecterentur, & numquid vellet inquirerent; ſive quod deſtitutum in litore dormientem reliquerint, expoſitum injuriæ & furtis. Sanè antiquis abſurdam viſam fictionem dormientis Ulyxis apparet ex Philoſtrati Heroicis in Proteſilao: *καλεῖ δὲ τὸν ὀδυσσέα Ομήρε παίγνιον. καθεύδων τε γὰρ πολλαχῦ ἀπόλλυ), καὶ ἐκφέρεται τῆς νεὼς τῶν Φαιάκων, ὥσπερ ἀποθανὼν ἐν τῇ ἐυπλοίᾳ.* Accedit deſcriptio antri, quod non ſolùm contra fidem hiſtoricam in Ithacâ, Græciæ inſulâ & vicinâ ac notâ iis, quibus Homerus poëma ſuum condebat, collocat. Nam de incognitis & longinquis conceſſum eſt poëtis tutò mentiri. Sed *ἀτόπως καὶ ἀλόγως* fingit, duas in illo portas, per quas Dii & homines tranſirent. Hoc veteribus Criticis valdè abſurdum viſum fuiſſe, manifeſtum eſt ex Porphyrii *περὶ ἄντρυ*, qui auxilium allegoriæ & ſenſus myſtici advocat, ut commodè interpretetur, quod & Cronium & Numenium feciſſe ex eodem Porphyrio & Euſtathio patet. Philoſtratus minùs aptè Homerum finxiſſe ſcribit, Deas Ulyxis amore captas fuiſſe, quia ætate jam provectior, ſimus, & exilis ſtaturæ, oculis vagis, obſtipo capite ſpecie meditantis; & hæc quidem illepida & minimè idonea *εἰς τὰ ἐρωτικά.* Meminit Homerus Athenienſium inter eos, qui ad Trojam expugnandam profecti erant. Eo nomine reprehenſus à Daphida, Grammati-

matico Telmisensi. Negat enim Athenienses expeditioni Trojanæ interfuisse. Suidas Δαφίδας. Sed Homerus quasi quædam reprehendendi officina veteribus Criticis fuit; ita omnes libidine quâdam & ingenii morbo ad illum vituperandū
4 rapiebantur. † Suidas Auctor est Ptolemæum Grammaticum scripsisse περὶ τῶν παρ᾽ ὁμήρῳ πληγῶν. In quo libro fortasse de Homeri reprehensoribus agebat, & de iis, quæ in illo vituperârant, aut perperam immutârant, dispiciebat. Nam simili ratione vulgatissimum nomen Ho-
5. meromastigis tulit Zoilus. † Sextus Philosophus adversus Mathematicos Cap. IX. *Grammaticos, qui vix duo verba rectè connectere possunt, unumquemq; ex antiquis, qui eleganter & propriè locuti sunt, ut Thucydidem, Platonem, & Demosthenem unquam barbaros arguere velle.* Ab hac reprehendendi intemperantiâ & nimiâ mordendi libidine Poëtis σῆτες, ἀκανθολόγοι, σκύλακες contumeliosè appellati. Philippus lib. II. Epigrammatum Græcorum:

Γραμματικοὶ, μώμου στυγὸς τέκνα, σῆτες ἀπάντων,
Τελχῖνες βίβλων, ζηνοδότου σκύλακες.

Et Antiphanes:

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται.

Servius ad illa Virgilii Æneidos IIX.

Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamq; Oechaliamq; ...

Sane Critici frustra culpant Virgilium, quod præsentius Trojanis, Trojæ excidium laudare introduxit, non respicientes, quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegium. Ad illa Eclogæ II.

--- Trahit sua quemq; voluptas.

Notabatur à Criticis, quòd hanc sententiam dederit rustico, supra Bucolici carminis legem. Seneca naturalium quæstionum lib. III. Ovidium reprehendit, quòd in descriptione diluvii ingenii & materiæ impetum ad pueriles ineptias reduxit, dum ita scribit:

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.

Non est, inquit, *res satis sobria, lascivire devorato orbe terrarum. Dixit ingentia, & tantæ confusionis imaginem cepit, cum dixit:*

Exspatiata ruunt per apertos flumina campos.

Magnificè hoc, si non curavit, quid oves & lupi faciant. Natari autem in diluvio & in illa rapina potest? Ut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est? †Inter Romanos iniquiora 6. judicia expertus Cicero, multorum reprehensiones sine caussâ tulit. † Ammianus lib. XXII. 7. *Herodianus aliiq; Scriptores nobilium in literis studiorum, inter quos Chalcenterus emicuit, multiplicis scientiæ captu* (ita scribit MS. non, *capti*) *memorabilis, qui in illis sex libris, ubi nonnunquam imperfectè Tullium reprehendit, sillographos imitatus, Scriptores maledicos, judicia doctarum aurium incusat.* Adversus hunc Didymum scripsit

matico Telmisensi. Negat enim Athenienses expeditioni Trojanæ interfuisse. Suidas Δαφίδας. Sed Homerus quasi quædam reprehendendi officina veteribus Criticis fuit; ita omnes libidine quâdam & ingenii morbo ad illum vituperandū
4 rapiebantur. † Suidas Auctor est Ptolemæum Grammaticum scripsisse περὶ τῶν παρ᾽ ὁμήρῳ πληγῶν. In quo libro fortasse de Homeri reprehensoribus agebat, & de iis, quæ in illo vituperârant, aut perperam immutârant, dispiciebat. Nam simili ratione vulgatissimum nomen Ho-
5. meromastigis tulit Zoilus. † Sextus Philosophus adversus Mathematicos Cap. IX. *Grammaticos, qui vix duo verba rectè connectere possunt, unumquemq; ex antiquis, qui eleganter & propriè locuti sunt, ut Thucydidem, Platonem, & Demosthenem tanquam barbaros arguere velle.* Ab hac reprehendendi intemperantiâ & nimiâ mordendi libidine Poëtis σῆτες, ἀκανθολόγοι, σκύλακες contumeliosè appellati. Philippus lib. II. Epigrammatum Græcorum:

Γραμματικοὶ, μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀπάντων,
Τελχῖνες βίβλων, ζηνοδότου σκύλακες.

Et Antiphanes:

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται.

Servius ad illa Virgilii Æneidos IIX.

Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamq; Oechaliamq; ...

Sane Critici *fruſtra culpant Virgilium, quod præſen-
tiuus Trojanis, Trojæ excidium laudare introduxit,
non reſpicientes, quia hoc ratio fecit hymnorum,
quibus aliquid ſubtrahere ſacrilegium.* Ad illa
Eclogæ II.

--- Trahit ſua quemq; voluptas.

*Notabatur à Criticis, quòd hanc ſententiam dede-
rit ruſtico, ſupra Bucolici carminis legem.* Seneca
naturalium quæſtionum lib. III. Ovidium repre-
hendit, quòd in deſcriptione diluvii ingenii &
materiæ impetum ad pueriles ineptias reduxit,
dum ita ſcribit:

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.

Non eſt, inquit, *res ſatis ſobria, laſcivire devo-
rato orbe terrarum. Dixit ingentia, & tantæ con-
fuſionis imaginem cepit, cum dixit:*

Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos.

*Magnificè hoc, ſi non curavit, quid oves & lupi fa-
ciant. Natari autem in diluvio & in illa rapina
poteſt? Ut non eodem impetu pecus omne, quo ra-
ptum erat, merſum eſt?* † Inter Romanos iniquiora 6.
judicia expertus Cicero, multorum reprehen-
ſiones ſine cauſsâ tulit. † Ammianus lib. XXII. 7.
*Herodianus aliiq; Scriptores nobilium in literis ſtu-
diorum, inter quos* Chalcenterus *emicuit, multipli-
cis ſcientiæ captu* (ita ſcribit MS. non, *cæpti*) *me-
morabilis, qui in illis ſex libris, ubi nonnunquam
imperfectè Tullium reprehendit, ſillographos imi-
tatus, Scriptores maledicos, judicia doctarum au-
rium incuſat.* Adverſus hunc Didymum ſcripſit

Svetonius librum περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας,
ut Suidas testatur. Agellius lib. XVII. cap. 1.
meminit libri Largi Licinii, titulo Ciceroma-
stigis. Asinium Gallum adversus Ciceronem
scripsisse observo in Svetonii Claudio, quem re-
fert composuisse *defensionem Ciceronis satis erudi-*
8. *tam, adversus Asinii Galli libros.* † Huc pertinet
Varronis de Poëmatis. Et Q. Lælii, principis
Grammatici (ita enim Charisius libro I. appel-
9. lat) De vitiis virtutibusq; poëmatorum, †Cri-
tici autem in recensendis Auctorum operibus,
spuriis aut vitiosis locis certas notas seu ἀθετή-
σεις appingebant. Cicero in Pisonem: *Quo-
niam te non Aristarchum, sed Phalarim Gramma-
ticum habemus, qui non notam apponas ad malum
versum, sed poëtam armis persequare.* Seneca E-
pist. XXCIIX. *Aristarchi notas, quibus aliena car-
mina compunxit recognoscam.* Plinius lib. IX. E-
pist. *Exspecto ut quædam ex hâc epistolâ iisdem
notis confodias.* Ausonius Epist. ad Ursulum:

Quiq; notas spuriis versibus apposuit.

Horatius in arte:

Vir bonus & prudens versus reprendet inerteis,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverso calamo signum ---
Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus ---

Ubi Acro: *Notam culpæ significat. Nam notare
versum malè formatum dicimus.* Rectè verò, *no-*
10. *tam culpæ.* †Nam culpæ dicuntur ἀθετήσεις, seu

notæ

notæ vitiorum, Ausonius ludo septem sapientum:

Mæonio qualem cultum quæsivit Homero
Censor Aristarchus, normaq; Zenodoti.
Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum,
Palmas non culpas esse putabo meas.

Agellius lib. XVII. cap. II. *Quæ in eo libro scripta essent in utrasq; existimationes, laudis & culpæ adnotamentis digna.* & lib. XIX. cap. X. *Dehonestum tibi deculpatumq; hoc verbum videtur.* † Deculpatum, rejectitium, & culpæ notis compunctum ac damnatum. Quibus verò signis usi sint tradit Epiphanius περὶ μέτρων. Isidorus Originum lib. I. & Diogenes Laërtius in Platone. 11.
† Magna autem varietas in his notis, quæ diversis diversimodè usurpatæ. Aliud enim innuũt in Philosophorum libris, aliud in Theologorum, ut ex Epiphanio & Isidoro apparet. Diogenes: χ λαμβάνεται πρὸς τὰς λέξεις, καὶ τὰ σχήματα, καὶ ὅλως τὴν πλατωνικὴν συνήθειαν. 12.
† At verò apud veteres Grammaticos τὸ χ, nota culpæ sive χιασμοῦ. Cum enim aliquid reprehendunt, aut verbum inusitato & novo more, aut impropriè positum notant, hæc ferè appingunt: διὸ τὸ χ. Quod in Græcis Scholiis passim occurrit. Aristophanes avibus: Φαληρικὰς ἀφύας. Ad hæc Scholiastes: Ἀρίσταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς. διὸ τὸ χ. Ita asterisci diversus usus, ut patet ex Isidoro, Hephæstione & Eustathio. Διπλῆ περιεστιγμένη apposita πρὸς τὰς ἐνίων διορ- 13.

θώσῃς. Hāc Isidorus antiquos iis apposuisse scribit *quæ Zenodotus Ephesius non rectè adjecerat, aut detraxerat, aut permutaverat.* De obelo inter omnes ferè constat adhiberi πρὸς τὴν ἀθέτησιν. Galenus ὑπομνήμ. β. εἰς τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου. ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στίχου Διοσκουρίδης περιέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν ὀβελόν, ᾧ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ' αὐτοῦ στίχους. Ulpianus ad illa Demosthenis Orat. κατὰ Μειδίου. συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ. ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ τοῦτο. διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τῶν κριτικῶν, καὶ ὡς ἀδιόρθωτον παραλέλειπται. D. Hieronymus præfatione in Pentateuchum: *Origenes interpretationi antiquæ versionem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus omne distinguens dum aut elucescere facit, quæ minus antè fuerant, aut superflua quæque jugulat.* Eadem scribit adversus Rufinum, & ipse Origines tractatu IIX. in Matthæum. Isidorus: *Obelus, id est, virgula jacens apponitur in verbis aut sententiis superfluè iteratis, sive ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta juguler supervacua & falsa confodiat.* Inde & δορὺ appellatus. Epiphanius περὶ μέτρων: ὀβελὸς κατὰ τὴν Ἀττικὴν χρῆσιν, ἄλλοις δὲ καλεῖται δορύ, ὅ ἐστι λόγχη. γεγραμμένον ait idem
14 Epiphanius. † Ergo Horatius cum ait: *incomptis allinet atrum Transverso calamo signum*, de obelo intelligendum. Quinctilianus *virgulam censoriam* vocat, & ejus imitatione D. Hieronymus

nus adverſus Rufinum: *Utriusq; ſcripta cenſoriam lectoris virgulam ſentiant.* Ita Græcis ῥάβδος. Heſychius: Ῥάβδοι, ὀβελοὶ οἱ ἐπιτιθέμενοι τοῖς ὀμήρου ςίχοις. † Ad ſimilem notam, 15. nempe πρὸς τὴν ἀθέτησιν, θ literâ utebantur. Quia, ut interpres Perſii ſcribit, *judices literam* θῆτα *apponunt ad eorum nomina, quos ſupplicio afficiunt.* Galenus Comment. II. in Hippocratis III. ἐπιδημιῶν literam θ θάνατον notare ſcribit. Sidonius Apollinaris:

Iſti qui valet exarationi
Diſtrictum, bonus, applicare theta.

Perſius Sat IV.

Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

Sed ut culpæ, ita quoq; laudis annotamenta apponebant, ut verba Agellii, quæ adduximus, docent. † Diogenes Laërt. χ περιεστιγμένον λαμ- 16. βάνεται πρὸς τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας, & Casſiodorus I. de Divinis lect. *Ticonius Donatiſta in eodem volumine quædam non reſpuenda ſubjunxit, quædam verò venenoſa dogmatis ſuis permiſcuit. Cui tantum in bonis dictis chreſimon, in malis achreſton, quantum tranſiens valui reperire, ut arbitror, competenter adfixi.* Nempe iis, quæ probabant χρηςὸν ſive χρήσιμον, aut notam literæ χ apponebant, quæ verò repudiabant aut improbabant, iis ἄχρηςον adſcribebant, ſive notas compendiarias culpæ indices. Diog Laërt. χ περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας λαμβάνεται. Nam χρήσιμα iſta notabant

ad

ad promtiorem conſpectum, ſive ut excerpe-
17. rent. † Inde excerpta illa χρηστομαθείας vocant; quarum inſigne exemplar habemus Procli χρηστομαθίας apud Photium in Bibliothecâ. † Latini
18. τὰς χρηστομαθείας ſelecta & aurea vocant. Lucretius lib. III.

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

Nota autem τῶν χρηστῶν videtur fuiſſe duplex L. Legimus enim in libello Pauli Diaconi de Notis literarum: L. L. *Laudabiles loci.* & in aliis Notis ineditis: L. SENT. *Laudabilis ſententia.* Agellius quoq; *laudis* & *culpæ* annotamenta opponit. Erant præterea aliæ Criticorum notæ, quarum uſus in diſtinctione orationis; earumq; nonnullæ peculiares poëmatum, ut παράγραφος, κορωνὶς, ἀστερίσκος, quorum ſigna & uſum docet Hephæſtion cap. περὶ σημείων. Quamquam nec de illarum uſu & ſignificatione inter Iſidorum & Hephæſtionem convenit. Nonnullæ autem quarum uſus in Comœdiis & Tragœdiis,
19. ut ex eodem Iſidoro diſcimus. † Iſtiuſmodi videtur παρεπιγραφὴ apud Scholiaſten Ariſtophanis, apponi ſolita iis locis, quibus hiſtrio ea, quæ verbis dicit, geſtu exprimit. Νεφέλαις. θαυμασίως ἥσθην θεοῖς. Scholiaſtes: παρεπιγραφή, γελῶν γὰρ τοῦτό φησι. Notam autem iſtiuſmodi locis apponi ſolitam indicio eſt ejusdem interpretis locus Ἀχαρνεῦσι. Niſi potius παρεπιγραφὴ ipſum σχῆμα notet. Creberrimus autem harum

harum notarum usus, & incredibilis varietas fa-
cilè effecit, ut in earum interpretatione antiqui
diligenter laborarent. Suidas Auctor Dioge-
nem Cyzicenum Grammaticum scripsisse περὶ
τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων. Et apud eundem
in Catalogo librorum Svetonii legimus περὶ τῶν
ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων. † In Hippocratis item 20
libris frequentes notæ, in quarum explicatione
veteres mirè sese torserunt, ut videre est ex Ga-
leni Comment. II. in Hippocratis lib. III. Ἐπι-
δημιῶν, sive de morbis vulgaribus. Nam Zeno-
nem Herophileum & post illum Apollonium
Cyclada ingentia volumina de hujusmodi notis
conscripsisse Auctor est, & ipse Galenus in earum
interpretatione valde laborat. † Notas verò ce- 21.
râ miniatulâ, ut Cicero vocat, appingebant. lib.
XV. Epist. IV. ad Atticum, & lib. XVI. Epist. X.
*Nostrum opus tibi probari lætor, ex quo ante ipse
posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo judicio.
Cerulas enim tuas miniatulas istas extimescebam.*
Hesychius: παρερρυπωμένα βιβλία, εἰς κηροὺς
παραπλάσσομεν πρὸς τὸ ζητῆσαι τινά. Et ceræ 22.
seu notæ cerarum παραπλάσματα. Idem Hesy-
chius: παραπλασμασα, τὰ κηρία τὰ ἐπιτιθέ-
μενα τοῖς ζητήμασιν ἐν τοῖς βιβλίοις. † Cera mi-
niatula Vitruvio cera ex milto, lib. IX. ubi ait
*Democritum in commentario, quod inscribit χει-
ροτονητὸν, signasse cerâ ex milto, quæ esset exper-
tus.* Cera ex milto, κηρὸς μεμιλτωμένος, Achil-
les

les Statius in Aratum: ὅτι δὲ ὁ κατακεχερισμένος ἐν τῇ σφαίρᾳ κηρῷ μεμιλτωμένῳ.

CAPUT XVIII.

1. Stupor & imperitia veterum librariorum. 2. Libri variis modis corrupti. 3. Errores ex numerorum notis. 4. Homeri editiones variæ. Ilias ἐκ τοῦ νάρθηκος. 5. Diogenes Laërtius explicatus. 6. Lascivia Criticorum in corrigendis libris. 7. Scriptura sacra corrupta. 8. Veteris Criticæ exempla. 9. Critici auctorum opera distribuebant. 10. Homeri poëmata à quibus edita, digesta, & quomodo antiquis distributa. 11. Moyses primus apud Judæos Grammaticus. 12. Masorithæ. 13. Suidas emendatus, & fortè Cedrenus. 14. Primus Criticus Aristoteles. 15. Grammatici Critici. 16. Criticorum sectæ.

1. Mirus autem stupor & incredibilis imperitia librariorum, quos sæpè inscitiæ & negligentiæ arguunt veteres Scriptores. Apellicon, qui libros Aristotelis emerat, φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος, διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. *Librorum potius studiosum;*

ſum, ait Strabo lib. XIV. *quàm Philoſophiæ peritū*. *Proinde quærens reſtituere eroſa, in nova exemplaria transſcripſit, & non rectè lacunas implens edidit libros mendorum plenos.* Eadem Suidas Ἀπελλικῶν. Subjungit deinde Strabo de librariis: βιβλιοπῶλαι γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, &c. *Libros corruptos vendi*, ait, *quod bibliopolæ utantur ſcribis imperitis, & exemplaria non conferunt.* Quo mirum in modum peccaſſe librarios exiſtimo. Nam D. Irenæus & Hieronymus initio Chronicorum adjurant illos, ut diligentius conferant & emendent quæ transſcripſerunt. Hipparchus Auctor poëmata Arati depravata à pictoribus, Aſtronomis & Grammaticis, dum quisq; pro libitu proprias lectiones & interpretationes ei affingit. Vitâ Arati: ἐλύμηναν δὲ πολλοὶ τοῦτο ποίημα ζωγράφοι καὶ ἀστρονόμοι, καὶ γραμματικοὶ, καὶ γεωμέτραι. ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βούλημα τὸ ἴδιον γραφὰς, καὶ ἐξήγησεις ἰδίας ποιούμενοι. Achilles Statius Scholiaſtes ejusdem Arati: ὅμηρον μὲν ἓν εἶδος γραφέων βλάπτει τῶν βιβλιογράφων, ἄριστον δὲ δύο βιβλιογράφωντε καὶ ζωγράφων. † Galen. περὶ ἀντιδότων, 2. *formulas, quæ compoſitionem medicamentorum docent; mendoſè conſcriptas*, ait, *dum alii illarum deſcriptiones petentibus exhibentes de induſtriâ mentiuntur, alii exemplaria, quæ à majoribus integra acceperunt, corrupta poſteris tradunt.* Et libri

in

in Bibliothecis repositi, cum numeros notis designatis præferant, facilè depravantur. τὰ δὲ δὴ βιβλία, inquit, τὰ κατὰ τὰς βιβλιοθήκας ἀποκείμενα, τὰ τῶν ἀριθμῶν ἔχοντα σημεῖα, ῥαδίως διαστρέφεται, τὸ μὲν πέντε ποιοῦντων ἐννέα καθάπερ καὶ τὸ ο. τὸ δὲ ιγ. προσθέσει μιᾶς γραμμῆς, ὥσπερ γε καὶ ἀφαιρέσει μιᾶς ἑτέρας. Et sanè quod prona depravationis occasio ex numerorum notis verissimum est. Hoc modo enim sæpius in Auctoribus peccatum, passim observare licet. † D. Irenæus lib. V. adversus Hæreticos: in numeris sæpe errare scriptores, utpotè qui per literas & notas exprimuntur. Harpocration ὁ κάτωθεν νόμος: ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς ἀττικῆς, δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησιν οὕτως. ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν, ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται. ἤτοι οὖν γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν, ἢ ἴσως ὁ ῥήτωρ συναρπάζει, ἵνα δοκῇ πλείω τὴν ἀφορμὴν ἔχειν ἡ πόλις εἰς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον. τίμημα τῆς ἀττικῆς ἑξακισχίλια τάλαντα. Cicero ad Quinctum fratrem Epist. V. *De Latinis* (libris) *quo me vertam nescio, ita mendosè scribuntur & veneunt.* Et Cod. Theod. tit. de responsis prudentum, libri Juris-Consultorum *ita demum recipiuntur, si codicum collatione firmentur.* Quia scilicet libri valdè corrupti, & dissentiens eorum lectio. Hieronymus ad Lucinium: *Si paragrammata repereris, vel minus liquidò descripta, quæ sensum legentis impediant, non mihi debes imputare,*

sed

sed imperitiæ notariorum, librariorumq; incuria, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt, & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos. Epist. ad Augustinum: *Hic liber de illustribus Viris vel de Scriptoribus Ecclesiasticis appellandus est, licet à plerisq; emendatoribus imperitis de Auctoribus dicatur inscriptus.* Ad Damasum præfat. in IV. Evangelist. *Multa à præsumtoribus imperitis emendata perversius, vel à librariis dormitantibus aut addita aut mutata corrigimus.* Hic verò succurrit Critice, depravata corrigit, vocum & literarũ mutationes observat, παρα-γράμματα, hoc est, ut Casſiodorus de divinis lect. interpretatur, *vitia scripturæ* emendat verã lectionem substituit, supervacua aut præposterâ diligentiâ adjecta tollit. Cicero ad Famil. lib. IX. Epist. X. *Aristarchus hos versus ὀβελίζει. Ego tanquam Criticus antiquus judicaturus sum utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.* Svetonius Valerio Probo: *Multaq; exemplaria contracta emendare ac distingvere & adnotare curavit, soli huic nec ulli prætereà Grammaticæ parti deditus.* Agellius lib. XIIX. prodit Ennii librum emendatum manu Lampadionis. & D. Hieronymus in Luciano exemplaria scripturarum vocata Lucianea, à Luciano scriptore & emendatore. † Pisistratum Homeri versus composuisse & correxisse memoriæ proditum. Sed Plutarchus in Alexandro scribit, Aristotelem emendasse Iliada; eamq; editionem appellatam ἐκ τοῦ νάρθηκος, quod A- 4.

 lexan-

lexander eam condiderat in thecam, quâ Darii ungventa adſervari ſolita. Plinius lib. VII. refert, *inter ſpolia Darii Regis ungventorũ ſcrinium captum, cujus varios uſus cum amici demonſtrarent, librorum Homeri cuſtodiæ dediſſe.* Quanquam Strabo Auctor, Alexandrum ipſum cum Calliſthene & Anaxarcho Homerum emendaſſe. Utut ſit, Alexander Iliadem ſuam emendatam ad vetera exemplaria, & doctiorum Criticorum normam directam, in conditorio ναρθηκίῳ, repoſitorio τῶν τιμιωτάτων circumferebat; eaq; appellata ἐκ τοῦ νάρθηκος. Suidas Ζηνόδοτος ſcribit, Zenodotum primum Homeri emendatorem. Idem Auctor eſt Cratetem Malloten σύγχρονον Ariſtarchi compoſuiſſe διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ ὀδυσσείας, & in Catalogo librorum Tyrannionis Grammatici, recenſet ejus διόρθωσιν ὁμηρικήν. Aratum, Ariſtarchum & Ariſtophanem Homerum emendaſſe veterum Auctorum teſtimonio notum, quo referendum eſt, quod Diog. Laërtius ſcribit, Aratum quæſiviſſe à Timone, qua ratione aliquis emendatum Homeri poëma

5. nanciſci poſſet. † Illum verò reſpondiſſe: εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις. Quaſi rideret Arati editionem, aut ejus conatum. ὀξὺς γὰρ διαμυκτηρίσαι ὁ Τίμων. Ex illâ autem diverſâ complurium emendatione natum, ut variæ Homeri editiones antiquitus circumlatæ ſint. Hipparchus in vitâ Arati: καὶ τὴν ὀδύσσειαν διώρθωσε, καὶ καλεῖταί τις διόρθωσις

θωσις ὕτως ἀρχάτ(ου), ὡς ἀρισάρχει(ος). καὶ ἀρισοφάνει(ος). Huc pertinet Polionis Grammatici περὶ τῶν κατὰ γράμμα ἁμαρτανομένων, & Asclepiadæ Grammatici φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά. Uberrima autem hæc κρίσις. Nam in libris philosophorum præter διορθώσεις, συμφωνίας τῶν δογμάτων, notabant ἐκλογὰς καλλιγραφίας καὶ διπλὰς χρήσεις. Sed ut antea vitiis, ita mox remediis laborari cœptum. †Nam ex nimiâ corrigendi libidine, & præpostero acumine multa aliena auctoribus subrepserunt, & enatæ innumeræ lectionum varietates. Arati poëma miris modis interpolatum refert Hipparchus; variaqve ei à diversis proœmia affictа scribit. Alios enim legere ait: 6.

οἱ μὲν ὁμῶς πόλεες τε, καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες.

Alios verò:

ἀμφί μοι ἠελίοιο, περικληθέντα τε μήνης
ἔσπετε μοι μοῦσαι.

Nonnullos deniqve:

ἀγκλείη ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ' ἄγε σύ μοι
οὐρανίην ψαύσας ἐπὶ τρίβον
αὐτίγονε ξείνων ἱερὸν θάλος.

Sanè insigni lasciviâ veteres libros correxisse, & sollicitum nimis interpretum acumen, non sine admiratione legere soleo; cujus obvia exempla apud Galenum, qui lectionum varietates Commentariis in Hippocratem passim narrat, inprimis Comment. I. in VI ἐπιδημιῶν. Ubi notat Hippocratem ab interpretibus indignis modis

depravatum, præcipuos autem ejus corruptores recenſet Dioſcoridem, Artemidorum, & Capitonem, qui libros Hippocratis ediderat. Eadem ferè prodit Comment. I. in Hippocrat. de naturâ humanâ. Supervacuæ Critices illuſtre exemplum apud Platonem in Protagora, ubi Sophiſtæ in ſignificatione & interpretatione vocis χαλεπὸς, in iſtis Simonidis poëtæ: Ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν. putidè & ineptè rixantur. Inde varia in Grammaticos ſcommata & mira convicia, ut in Epigrammate Herodici in Antholog. & Athenæo diverſis locis.
7. †Epiphanius ἐν λόγῳ ἀγκήρωτος, Sacram Scripturam, & præſertim libros novi teſtamenti multis in locis variè legi affirmat. Sanè ſacram ſcripturam ab imperitis librariis & emendatoribus, à Judæis, aliisq; hereticis ſæpè corruptam veterum patrum teſtimoniis notum. Suidas in Luciano: οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους θεασάμενος πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ γε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μὲν τοι κ' τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ ἑλληνισμοῦ προεστήκεισαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς θελησάντων νοῦν, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐνσκευασαμένων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς ἑβραΐδος ἐπανενεώσατο γλώττης. ἣν καὶ αὐτὴν εἰς τὰ μάλιστα ἦν ἠκριβωκὼς, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. *Cum multa*, inquit, *adulterina in ſacros libros irrepſiſſe Lucianus videret, ipſos*

ipsoq; tempore & perpetua variorum translatione, complura depravata, improbissimi etiam homines, profanæ religionis Principes, sensum eorum intorquere voluissent, multasq; corruptelas invexissent: ipse libros omnes ex Hebraicâ lingvâ, cujus erat peritissimus, suscepto ingenti emendationis labore in integrum restituit. Eadem repetit in νοθεύει. Theophylactus verba illa D. Pauli Epist. ad Hebræos Cap. II. ὅπως χάριτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. Nestorianos depravasse ait, & scripsisse: ὅπως χωρὶς θεοῦ, *ut stabilirent suam opinionem in crucifixo Christo non fuisse simul divinitatem, ut quæ secundum substantiam ei unita non fuerit, sed secundum habitum.* D. Ambrosius lib. V. cap. IIX. de Fide ad Gratianum: *Primum veteres codices Græci non habent, quod nec Filius scit. Sed non mirum, si & hoc falsarunt, qui scripturas interpolavere divinas.* lib. II. de Spiritu Sancto: *Quod si quis de Latinorum Codicum veritate contendit, quorum aliquos perfidi falsaverunt.* D. Hieronymus infinitis locis conqueritur de erroribus librariorum, & detegit innumera menda, quæ inscitiâ illorum in Sacram Scripturam irrepserunt, lib. I. Comment. in Matth. cap. II. lib. IV. Comment. in cap. XXIII. in Epist. Pauli ad Galatas cap. V. & Epist. I. ad Corinth. cap. XIII. Epistola ad Sumiam. D. Augustinus Epist. XIX. *Ac si aliquid in eis offendero literis, quod contrarium videatur veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assequutum*

quutum esse quod dictum sit, vel me minimè intellexisse non ambigam. De Civitate Dei lib. XV. cap. XI. *Judæi dum nobis invident, quod lex & Prophetæ interpretando ad nos transierunt, mutarunt quædam in codicibus suis, ut in nostris impediretur auctoritas.* Sed vide locum, ex quo colligere licet, quæ in difficili hac quæstione sanior sententia amplectenda sit. De simili mendositate, ut ipse appellat, agit Quæst. XC. super Leviticum. lib. XI. cap. VII. Retractationum. Quid ergo est? Num hoc modo, ut alii existimant, Sacræ Scripturæ auctoritatem convelli asserimus? Minimè verò. Diversa omnino ratio est ipsius lingvæ sive scripturæ, & ejus quod narrat aut continet. Nec Ebræa nec Græca lingva Sãcta nisi quod res divinas nobis tradãt & revelẽt. Proinde ut olim repositoria donariorũ sacra non erant, nisi derivatione quadam cognationis, quæ res consecratas custodiebant: ita quoq; idiomata sive lingvæ, quibus sacra oracula cõcepta, quasi quædam conditoria sunt, quibus divina mysteria asservantur. Nulla igitur Hebrææ aut Græcæ lingvæ sanctitas, nisi quatenus res divinas tradunt. Quare sic statuendum est, ipsas literas Sacras, sive veram earum mentem incorruptam & inviolatam. Lingvas verò, quæ velut literarum conditoria, seu ut Plinius vocat, sanctuaria, multis mendis deformatas citra sensus detrimentum: plurima in illis mutata, alia corrupta, salvâ tamen & illibatâ veritatis sententiâ. Quod si de lingva Hebræa Suidæ & Au-

gustino credimus, de Græca & Latina verisimilius idem censendum erit. Ideoq; minus mirum si veterum patrum scripta haud intacta à corruptorum manibus manserunt, ut docet Rufinus Apologia pro Origine, & caussas modosq; corruptelæ ostendit. Hinc est cur D. Irenæus adjuret librarium *per Dominum nostrũ Jesum Christum, & gloriosum ejus adventum, quo judicaturus est vivos & mortuos, ut conferat postquam transscripserit, & emendet ad exemplar unde scripsit.* Quam adjurationem retulit Eusebius Hist. Ecclesiast. lib. V. & Hieronymus in Irenæo, qui initio Chronicorum, *obtestatur & adjurat librarios, ut ea quæ descripsissent, conferrent & emendarent.* In hoc ergò tam multiplici corruptelâ Critici varias lectiones recensent, & quæ potissimùm sequenda sit indicant, ab aliis perperam innovata aut mutata notant, exemplaria comparant, omnia subsidia conquirunt, & varia observatione ad rei ipsius veritatem perveniunt, sensusq; involutos eruunt. † Hujus veteris Criticæ exempla passim extant apud antiquos Scriptores, præsertim Galenum & Athenæum. Galenus in VI. Hippocratis de morbis vulgaribus veras Critices leges præscribit, easq; se implevisse ostendit; ad cujus gravissimi Viri exemplar utinam omnes sese componerent, qui in his literis versantur. *Librum istum interpretes variè corrupisse* ait, *& pro suo arbitratu scripturam immutasse: Ideoq; se coactum conquirere veteres* 8.

teres codices, & aliorum interpretum libros, ut Zeuxidis Tarentini, Bacchii & Glauciæ. quorum operam probaturus erat, si propositâ antiqua scripturâ locum mendosum indicassent, atq; ita demum suam emendationem sensui & rationi consentientem in medium attulissent. Se igitur præferre scribit, *ut retineamus, quantum licet, antiquam lectionem eamq; quam commodè potest, interpretemur. Ubi autem hoc servare non licebit, tum demum probabili aut verisimili emendatione locum corrigamus*, ita in II. ἐπιδημιῶν, ubi scribunt πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Vocem οὐραὶ minus rectè positam & expositam ab interpretibus asserit, ideoq; arbitratur Hippocratem fortean scripsisse θύραι fontem erroris ait à manu librarii, qui τῆς μέσης γραμμῆς ἐν ἀυτῇ διαφθαρείσης ἔδοξεν οὐραὶ γεγράφθαι. δυνατὸν γὰρ δὴ οὕτω καὶ λεπτῆς ἰνὸς ἀπολωλήας, συναπόλλυσθαι τὴν γραμμὴν, ταύτην, καὶ μιᾶς ἀυτὴν ἐκφθαρείσης, καὶ κατ' ἀρχὰς ἀυτὴν εὐθὺς ἀμυδρὰν γραφεῖσαν, ἐξίτηλον ἀυτὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου γενέσθαι. Lib. Hippocratis de Naturâ humanâ in illis verbis: οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστι ἐν ἐὸν τῷ ἀνθρώπῳ. Ita divisim rectius, inquit, legas ad vitandam ἀμφιβολογίαν, quam, ut alii, ἐνεὸν. Hujusmodi Critices exempla passim observes in Commentariis ad libros Hippocratis & Platonis decretis. Nullibi autem frequentiora quàm apud Athenæum Deiphnosoph. IV. & V. imò toto opere. Libro IV. extremo

tremo recitat Criticorum ſententias ſuper hoc Homeri verſu:

ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

Ariſtarchus & Athenocles Cyzicenus interpretatione juvabant. At Demetrius Phalereus ἐπαφέστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν, καὶ ποιήσεως ἀλλότριον ajebat. Et paulò poſt eodem libro:

ὥς οἱ μὲν δαίνυντο καθ᾽ ὑψιρεφὲς μέγα δῶμα.

Hunc & qui ſequuntur apud Homerum verſus Odyſs. δ. ab Ariſtarcho eò transſcriptos ex Iliad. σ. ἐκ τῆς ὁπλοποιΐας ait. Idq; ineptè factum diverſis argumentis probat, & inter alia oſtendit ἁμάρτημα περὶ τὴν λέξιν. Scribit enim Ariſtarchus:

--- δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ᾽ αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

At Athenæus legendum cenſet: ἐξάρχοντος. οὐ γὰρ ἐξάρχοντες κυβιστητῆρες, ἀλλ᾽ ἐξάρχοντος τοῦ ᾠδοῦ πάντες ὠρχοῦντο. Diſcedit in diverſa Diodorus Grammaticus, & omnes verſus, qui initio lib. IV. nuptias narrant, ὀβελίζει. Sed hujus quoque errorem refutat Athenæus. In illis Homeri ὀδυσσ. δ.

Αἰθίοπας δὲ ἱκόμην, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.

Valdè laborant Critici, quinam iſti Erembi. Quod cum minus proclive, Zeno malebat ſcribi: Σιδονίους Ἄραβάς τε. Sed Strabo οὐκ ἀνάγκη, inquit, κινεῖν τὴν γραφὴν παλαιὰν οὖσαν. confugit deinde ad partem Grammatices ἱστορικῆς, qua eruit μετάπτωσιν τοῦ ὀνόματος πολλὴν καὶ

ἐπιπολαίαν οὖσαν τοῖς ἔθνεσιν, & ſequitur Poſidonium ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογοῦντα. atque ita tandem ex etymo ad rei inveſtigationem pertendit, ἐρέμβους ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν, quos poſteriores noto nomine Τρωγλοδύτας vocarunt. Vide Strabonem lib. I. & II. ubi plurima ejuſdem veteris Criticæ exempla proponuntur. Idem graviſſimus Auctor lib. I. ſcribit, ſe Eudori & Ariſtonis libros περὶ Νείλου collatione aliorum Codicum emendare voluiſſe, quibus cum deſtitueretur, ex mutuâ collatione utrumq; emendaſſe. Ariſtides περὶ τοῦ παραφθέγματος: ὦ ἀχιλλεῦ πηλέως υἱὲ, εἰ μὲν ἄλλο τι κρείττων ἀξιοῖς εἶναι, συγχωρῶ. ἐγὼ δὲ καὶ σεῖο νοήματί κεν προβαλοίμην. καὶ προσέθηκε, ὅτι καὶ πολλόν. οὐδὲ γὰρ ὥσπερ οἱ φαῦλοι τῶν γραμματιστῶν λυμαίνονται, τῷ ἔπει οὐχ' οὕτως ἔχει, οἱ τὸ πολλὸν ἀπολύουσι ἀπὸ τοῦ προτέρου, ἄγουσι δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ὧν ἡγεῖται κατὰ τὴν τοῦ ἔπους ἀρχὴν, ἐμοὶ δὲ οὗτοι οὐ πάνυ τι δοκοῦσιν ἐπαΐειν περὶ λόγων. ἐστι γὰρ ἄντικρυς ἀντίθετον. Vide Plutarchum lib. de Homero, Ælianum Hiſtor. Animal. lib. XV. cap. XXIIX. Apollonium Alexand. de Syntaxi lib. III. ubi Zenodoti & Seleuci κρίσιν ad aliquot Homeri verſus producit & improbat. Idem Apollonius paſſim veterum Criticorum ἀποφάσεις recenſet. Huc pertinet Ptolemæi περὶ τῆς ἐν ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. In quo opere Ariſtarchi editionem recenſebat. Et quod Suidas ſcribit Zenodotum

dotum Alexandrinum Grammaticum evocatum εἰς ἄστυ πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ. & Pamphili Grammatici τέχνη κριτική, cujus idem Suidas meminit. In quâ Critices præcepta in artem redacta tradebat. † Sed præter hæc Auctorum opera dispersa colligere, & in certas partes distribuere Criticorum munus. 9
Ausonius ad Ursulum:

... quem Scaurus & Asper
Qvem sibi conferret Varro, priorq; Crates,
Qviqve sacri lacerum collegit corpus Homeri,
Qviq; notas spuriis versibus apposuit.

Josephus contra Appionem scribit Homerum non reliquisse scripta sua poëmata, sed postea ab aliis, qui eorum meminerant concepta fuisse, ex quo natum, ut multa in iis confusa & inter se pugnantia reperiantur. Cic. III. de Oratore: *Pisistratus primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.* Plato Hipparcho Pisistrati filio hoc adscribit. Plutarchus verò in Lycurgo, *poëmata Homeri Lycurgum descripsisse, collegisse, & evulgasse* scribit, *cum antea ejus fragmenta indigesta circumferrentur.* Idem Plutarchus lib. de Homero: *Iliadem & Odysseam Homeri ab Aristarcho Grammatico in numerum librorum divisam ad ordinem & numerum Græcarum literarum* Eustathius in Iliados α tradit, *Aristarchum & Zenodotum confusum antea Homeri opus digessisse in certos libros, eosq; literis distinxisse. Unde non solùm primus tàm Odysseæ, quàm Iliadis liber α vocatur,* 10

catur, secundus β & sic deinceps: verùm etiam ipsum opus γράμματα nominatur. Et sanè verum est, hanc per literas divisionem recentiorem. Nam antiqui nunquam eâ usi, ut patet ex Aristotele de Poëtica Cap. XXIV. Distribuebant enim poëmata Homeri in varias partes, ut Ἀριστείαν Ἀγαμέμνονος, νέων κατάλογον, καὶ λύτρα καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἄθλα, & id genus alias, quas recenset Ælianus Variæ Hist. lib. XIII. cap. XIV. Diogenes Laërtius: τὰ δὲ βιβλία Δημοκρίτου Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Porphyrius in vita Plotini: Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους συνήγαγεν. Ἀνδρόνικος δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταυτὸ συναγαγών. Incredibilis varietas divisionis librorum Aristotelis, quam haud dubiè curæ Criticorum sive interpretum debet. Diog. Laërtius lib. unum de Animâ commemorat; hodie verò III. de animâ libri Aristotele Auctore exstant. Eadem varietas in reliquis ejusdem libris, ut alii jam observârunt. Sed in hujusmodi rursus ad auxilium Criticæ provocamus, quæ trajecta suis sedibus vindicat, & ex sententiarum collatione cohærentia conciliat, aliena separat, & certis partibus distingvit, cujus exempla in Athenæo obvia. † Moysen literas invenisse testatur Eusebius προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς lib. X. quod tamen Philo ad Abrahamum refert

fert. Clemens Alexandrinus ex Eupolemo de Regibus Judææ, Moÿsen primum Grammaticam tradidisse Judæisi, à quibus Phœnices eam acceperunt, & ab iis tandem Græci. Stromatum lib. I. Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων, τὸν Μωϋσῆ φησὶ πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι καὶ παρὰ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν. ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων. † Primi apud Hebræos Critici Masorithæ. In Mœsiâ Paphlagoniæ Judæos quosdam eruditos, Tiberitas appellatos, legem sine ulla versuum & vocum distinctione conceptam, apicibus & punctis vocalibus exornasse, distinxisse, periodos segregasse, & Biblia emendasse, eosq; magistros Masoreth appellatos Judæi Grammatici tradunt. Græci Grammaticæ inventionem, ut pleraq; omnia, ad Prometheum referunt. † Suidas: Προμηθεὺς πρῶτος εὗρε τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. Sed quæ est ista γραμματικὴ φιλοσοφία? Mendosus haud dubiè locus, cui integritas sua constabit, si legamus: γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν. Cedrenus: Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φησιν ἐξεῦρεν. Sed hic excidit vox φιλοσοφίαν, quæ restituenda est: Προμηθεὺς γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν, ὥς φησιν, ἐξεῦρεν. Sũt autem fragmenta Eusebii, quæ uterq; transscripsit. † Primus Critices Auctor apud Græcos Aristoteles. Dio Chrysostomus Orat. LIII. quæ est de Homero: οἱ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγούμενοι. οὐ μόνον Ἀρίσταρχος καὶ κρά-

12. 13. 14.

κράτης, καὶ ἕτεροι πλείους τῶν ὕστερον γραμματικῶν κληθέντων. πρότερον δὲ κριτικῶν καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν. Critici cognomen Apollodorum & Eratoſthenem primos tuliſſe Auctor eſt Clemens Stromat. I. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖον φασίν. ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο, γραμματικὰ ἐπιγράψας, ὠνομάσθη δὲ γραμματικός. Hecatæus quoque Philoſophus Criticus appellatus. Suidas: Ἑκαταῖος Ἀβδηρίτης φιλόσοφος, ὡς ἐπεκλήθη καὶ κριτικὸς γραμματικός, οἷα γραμματικὴν ἔχων παρασκευήν. Idem Suidas ſcribit Cratetem Malloten, σύγχρονον Ἀριστάρχου, ὁμηρικὸν καὶ κριτικὸν vocatum, propter ſtudia Grammaticæ & Poëticæ; qua ratione & Seleucus Alexandrinus
15. Grammaticus ὁμηρικὸς dictus. † Philetas item Cous γραμματικὸς κριτικὸς, & Longinus πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς appellatus, ut docet Suidas in πορφύριος. Et ſanè longinum quem & Eunapius præclaro elogio exornat, magnum hoc nomen impleviſſe libri ejus teſtantur, quorum indicem recenſet idem Suidas. Quid verò cauſſæ ſit, quod Critici nomen tulit, ex Eunapio colligi poteſt, qui de eo in Porphyrio ita ſcribit: εἴτις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις. Apud Romanos quomodo cœperint Grammaticæ

maticæ ſtudia, quibus incrementis auſta ſint, docet Suetonius de illuſtribus Grammaticis. Præcipui autem apud Latinos Critici, M. Terentius Varro, L. Ælius Stilo, Santra & alii. † Sed & Criticorum, ut Philoſophorum, ſectas obſervo. 16 Apud Suidam: Δίδυμος, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. Πάμφιλος, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. & Ptolemæus ἐπιθέτης dictus διότι ἐπέθετο τοῖ Ἀριστάρχῳ. Tertullianus Apologetico: *Medici ab Eraſiſtrato, Grammatici ab Ariſtarcho.* Apud Varronem VII. de Lingvâ Latinâ: *Grammatici Ariſtarchei.* & lib. IX. *Grammatici ab Ariſtarcho.* Athenæus lib. V. Διόδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος. Lib. XI. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος. Erotianus in Procœmio Lexici: Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ηροφίλου οἰκείας.

CAPUT XIX.

Grammaticæ dignitas & utilitas.

SAtis jam, ut arbitror, conſtat imperitos tyranna quâdam impotentiâ Grammaticen ad ſcholarum priſtina detruſiſſe. Adeo ut literati & eruditi potius habeant, cur mente angantur, quòd Grammatici vocentur, quàm Antigenidas tibicen, qui *nihil æque ſe laborare ajebat, quàm quòd monumentarii ceraulæ, tibicines dicerentur.* Agnoſcant interim & emẽdent errorem ſuũ, qui Gramaticen cavillari tanquam jejunam, & anguſtis ac brevibus terminis cir-

circumſcriptam, quæ omnium artium, quarum ſcientiam amplexa eſt, maximè diffuſa, de quâvis quæſtione reſpondere promittit, quicquid ſciri poteſt inquirit, & omne ſcriptorum genus ſubjectum ſuum habet. Nam, ut Quinctiliani verba ex lib. I. repetam, *Grammaticæ non eſt ſatis legiſſe poëtas, excutiendum omne ſcriptorum genus, non propter hiſtorias modò, ſed verba, quæ frequenter jus ab Auctoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta, cum ei de metris rhythmisq; dicendum ſit. Nec ſi rationem ſyderum ignoret, poëtas intelligat: qui (ut alia mittam) toties ortu occaſuq; ſignorum in declarandis temporibus utuntur. Nec ignara Philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoq; non mediocri eſt opus, ut de unaquaq; earum, quas demonſtravimus, rerum dicat propriè, & copiosè.* Cum itaq; Grammatice tam latè pomœria ſua promovere coacta, evênit ingeniorum laſciviâ, ut ſupervacuo labore ad triſtes ineptias & aniles nugas deſcenderit. Opus ſollicitæ fortasſis diligentiæ, extremæ tamen anxietatis, aut inanis jactantiæ. Hinc crimen Philologiæ, quod occupata inutilibus & minus neceſſariis, optima ingenia, apta dignioribus ſtudiis, difficillimis ineptiis obruat, & penè concîdat. Equidem

non

non accepimus ſupervacuam, ſed intemperantiâ fecimus. Quaſi verò hæc ſola, cum omnes aliæ artes libidine ingeniorum corruptæ ſint, intemerata & impolluta nimio contactu remanere potuerit; præſertim cum & rerum varietas, & quàm plurima ſciendi cupido ad illam nos trahat, quâ cæteroquin allecti Sirenas Muſis præferre didicimus. Penè dixerim digni, qui ipſarum ſcopulis obruamur. Quam mihi oſtendes artem, in qua relictis neceſſariis ad hæc ſupervacua, velut quasdam delicias, non deflexímus, quæ ut vitia optimos mores, ita erecta & ſincera ſtudiorum non dicam occupârunt, ſed penitus ſubegerunt. Dialectica, quæ primo ortu norma veritatis, commune artiũ inſtrumentum, & animæ κάθαρσις, mox luxu ingeniorum prolapſa ad ineptas cavillationes, teretiſmatũm ſtrophas, & inanem, ut Clemens Alexandrinus & alii appoſitè vocant τερθρείαν, id eſt, tinnulas nugas, ſive ingratum & aſperum ſtridorem. Ita enim Grammatici vocis ἔτυμον ſecuti interpretantur. Sophiſticen quidem ultima hæc ætas tantâ aviditate recepit, ut pleriq; velut peſtilenti quodam ſydere contacti, hoſtes pacis & quietis, omni bonâ mente & ipsâ Philoſophia eam potiorem duxerint. Qui ineptâ perſvaſione decepti, poſtquam ſibi viſi Sophiſmatum caſſibus omnia involvere & irretire poſſe, tanquam ſi aſſecuti regiam diſciplinã, rem admirandam & tantum non divinam, ſubducto altius ſuper-

cilio triſtes, conſtrictâ fronte & immiſsâ barbâ ſapientiæ præcepta neglexerunt. Horum tyrannis tam latè excedit, ut etiam conſtantiam æternæ veritatis labefactare & invertere conentur.

Statum laceſſunt omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Ut quisq; lingvâ eſt nequior,
Solvunt ligantq; quæſtionum vincula
Per Syllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis,
Væ Verſipelli aſtutiæ.
Idcirco mundi ſtulta delegit Deus,
Ut concidant Sophiſtica.

Verè dixerim quod D. Baſilius Epiſt. LXI. ſcribit: τεχνολογοῦσι λοιπὸν, οὐ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. & illorum τέχνην λογικὴν cum Clemente Alexandrino ex dicto Apoſtoli rectè appellarim, νόσον ἐφ' ᾗ σεμνύνονται. hodièq; de Theologiâ jure uſurpare licet, quod Porphyrius olim de Philoſophiâ: τὶς γὰρ λόγος τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ οὐκ ἀμφισβητήσιμος τοῖς ἑτεροδόξοις; In quo magis miror furorem noſtrum, cum Sophiſticæ argutiæ jam olim in ſacris damnatæ ſint, ut conſtat ex Socratis Hiſt. Eccleſiaſt. lib. I. & Nicephori Gregoræ hiſtor. lib. X. Dicendi facultas, quâ olim vagos populos urbium conditores ad civilitatem coëgerunt, & efferatos mitigarunt, Reipubl. adminiſtrandæ unicum inſtrumentum, unde Græcis ἐπιστήμη δικαίων definitur

tur, cujus divina vi repreſſa bella, ſopitæ ſeditiones, erepti pœnis innocentes, ea prorſus debilitata & fracta è roſtris & baſilicis in ſcholas declamatorum eliminata eſt, qui ut Auctor Rhetoricæ ad Herenn. ait., *ne parùm multa ſciſſe viderentur*, auguſtisſimam diſciplinam detruſerunt ad *reſponſa in peſtilentiam data*, *ſæviores tragicis novercas*, & ſimilia argumenta fabuloſa, atq; ab uſu fori abhorrentia, *encomia mortis*, *febris*, *hyemis*, *injuſtitiæ*, *muſcarum & ollæ*. Neq; enim ſatis erat ingenioſam eſſe gulam, niſi etiam ollam commendaret, præcipuum luxuriæ inſtrumentum. Mathematice quoq; eundem exitum fecit, quæ propriâ dignitate enitens, nulli materiæ mancipata, ut Socrates apud Platonem diſputat, æterni cognitionem meditatur, & mentem ad rectè philoſophandũ præparat, multùm à puritate ſuâ neſcivit; & quidem eâ Aſtronomiæ parte, quæ ἀποτελεσματικὴ, nimia mortalium curioſitate, & populari inſaniâ ad incredibilem περιεργίαν provecta, damno rerumpublicarum, contra majorum inſtituta, futurorum divinationem promittit; usq; adeò ut ipſius mundi, & Salvatoris noſtri thema Genethliaci conſtruxerint, ut certò jam conſtet D. Auguſtinum verè hanc artem *magnum curioſis tormentum* dixiſſe. Quantum demutavit juriſprudentia ab illa antiqua ſapientia civili, quam Ulpianus L. 1. D. de extraord. cognit. *rem ſanctisſimam* appellat, cum juvenes in ſcholis rixentur, com-

missi disputationibus ludicris, & instar spinarum paribus aculeis invicem obversis, quibus tam bellè instruuntur, ut cum in forum venerint, putent se in alium, ut ille ait, orbem esse delatos; ne dicam jam olim multa adhæsisse, quæ perfunctoriè & dicis caussa excogitata Jurisconsultorum filii fatentur. Idem in medicina aliisq; artibus obtinet, quas Ματαιοτεχνίαι occuparunt. Ut itaq; Philosophi degenerarunt in Sophistas, quos Plato Theage ἀγοραστικοὺς, καπηλικοὺς καὶ μαθηματοπωλικοὺς appellat. Dialectici in protervos & fastuosos intorti & implicati acuminis captatores, Oratores in scholasticos, Mathematici in hariolos & ærulcatores: Ita Grammatici in nugatores & ὀνοματοθήρας. unde notissimus ille Ausonii versus:

Γραμματικῶν πλοκὰς, καὶ λογοδαιδαλίην.

Et Epigram. Græcor. lib. II. varii in Grammaticos lusus, quibus poëtæ ipsorum præpostera studia, & nimiam in supervacuis curam festivè derident. Apud Photium Bibliothecâ in excerptis ex Helladii Chrestomathia legimus indicem inutilium & ineptissimarum quæstionum, in quibus Grammatici canos promittere soliti, quarum apud prudentiores tantum precium, ut infelicitatem suam judicent, si inauspicato tactu in hujusmodi inciderint, felicitatem, si ab adspectu statim obliviscantur. Finge ergo Grammaticos sectari ridicula, inepta, supervacua, idem tamen precium illis deberi, quod ambiguis

guis cavillationibus, & id genus acuminis irriti ludicris ponere solemus, nemo negabit. Certè ex his nugis nec ingeniis ad optima natis, nec bonis moribus damnum enasci existimo, quod de reliquis præstare non ausim. Adde honestiora alere oblectamenta, & infinitam quandam voluptatem, quatenus nobis omnibus plurima cognoscendi innata est aviditas. Adeo ut nihil videam obesse innocenti, nisi quòd nimis multa scire desideret, cum inter præcipuas Grammatici virtutes rectè Quinctilianus censeat, *aliqua nescire*. Sed in rebus infinitis & jucundis difficilis temperantia. Nam si semel delectationem animus percepit, non facilè reprimi aut coërceri potest. Ita quantum memoria repetere licet, omnis ætas fertilis fuit fœcundis in nugas ingeniis. In quo tamen omnes alios superasse præcipuum semper certamen Græcis fuit. Diceres profectò summa quæq; ingenia amabili hoc furore infestari, ut in ludicra & supervacua proniora sint. Nam ut Græcos parentes omnium artium, ita amatores nugarum habemus. τοῦτο δὲ αἴτιον εἶναι, inquit Dio Chrysost. Orat. Trojanâ, ὅτι φιλήδονοί εἰσιν οἱ ἕλληνες. ἃ δ' ἂν ἀκούσωσιν ἡδέως τινὸς λέγοντος, ταῦτα καὶ ἀληθῆ νομίζουσι, καὶ τοῖς μὲν ποιηταῖς ἐπιτρέπουσιν ὅτι ἂν θέλωσι ψεύδεσθαι. καὶ μάρτυρας αὐτοὺς ἐπάγονται ἐνίοτε περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσι. Equidem mirari soleo, quomodo præclara illorum ingenia impetrare à se potuerunt, ut vilissimis nugis totam ferè

catur, secundus β & sic deinceps: verùm etiam ipsum opus γράμματα nominatur. Et sanè verum est, hanc per literas divisionem recentiorem. Nam antiqui nunquam eâ usi, ut patet ex Aristotele de Poëtica Cap. XXIV. Distribuebant enim poëmata Homeri in varias partes, ut Αριστείαν Αγαμέμνονος, νέων κατάλογον, καὶ λύτρα καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, & id genus alias, quas recenset Ælianus Variæ Hist. lib. XIII. cap. XIV. Diogenes Laërtius: τὰ δὲ βιβλία Δημοκρίτου θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὥσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Porphyrius in vita Plotini: Απολλόδωρος ὁ ἀθηναῖος Επίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους συνήγαγε. Ανδρόνικος δ' Αριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταυτὸ συναγαγών. Incredibilis varietas divisionis librorum Aristotelis, quam haud dubiè curæ Criticorum sive interpretum debet. Diog. Laërtius lib. unum de Animâ commemorat; hodie verò III. de animâ libri Aristotele Auctore exstant. Eadem varietas in reliquis eiusdem libris, ut alii jam observârunt. Sed in hujusmodi rursus ad auxilium Criticæ provocamus, quæ trajecta suis sedibus vindicat, & ex sententiarum collatione cohærentia conciliat, aliena separat, & certis partibus distingvit, cujus exempla in Athenæo obvia. † Moysen literas invenisse testatur Eusebius προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς lib. X. quod tamen Philo ad Abrahamum refert

fert. Clemens Alexandrinus ex Eupolemo de Regibus Judææ, Moysen primum Grammaticam tradidisse Judæisi, à quibus Phœnices eam acceperunt, & ab iis tandem Græci. Stromatum lib. I. Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων, τὸν Μωϋσῆ φησὶ πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι καὶ παρὰ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν. Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων. † Primi apud Hebræos Critici Masorithæ. In Mœsiâ Paphlagoniæ Judæos quosdam eruditos, Tiberitas appellatos, legem sine ulla versuum & vocum distinctione conceptam, apicibus & punctis vocalibus exornasse, distinxisse, periodos segregasse, & Biblia emendasse, eosq; magistros Masoreth appellatos Judæi Grammatici tradunt. Græci Grammaticæ inventionem, ut pleraq; omnia, ad Prometheum referunt. † Suidas: Προμηθεὺς πρῶτος εὗρε τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. Sed quæ est ista γραμματικὴ φιλοσοφία? Mendosus haud dubiè locus, cui integritas sua constabit, si legamus: γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν. Cedrenus: Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φησιν ἐξεῦρεν. Sed hîc excidit vox φιλοσοφίαν, quæ restituenda est: Προμηθεὺς γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν, ὥς φησιν, ἐξεῦρεν. Sũt autem fragmenta Eusebii, quæ uterq; transscripsit. ‡ Primus Critices Auctor apud Græcos Aristoteles. Dio Chrysostomus Orat. LIII. quæ est de Homero: οἱ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγούμενοι. οὐ μόνον Ἀρίσταρχος καὶ κρά-

12

13

14

maticæ ſtudia, quibus incrementis aucta ſint, docet Suetonius de illuſtribus Grammaticis. Præcipui autem apud Latinos Critici, M. Terentius Varro, L. Ælius Stilo, Santra & alii. †Sed & Criticorum, ut Philoſopho- 16
rum, ſectas obſervo. Apud Suidam: Δίδυμος γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. Πάμφιλος, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. & Ptolemæus ἐπιθέτης dictus διότι εἵπετο τῷ Ἀριστάρχῳ. Tertullianus Apologetico: *Medici ab Eraſiſtrato, Grammatici ab Ariſtarcho.* Apud Varronem VII. de Lingvâ Latinâ: *Grammatici Ariſtarchei*, & lib. IX. *Grammatici ab Ariſtarcho.* Athenæus lib. V. Διόδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος. Lib. XI. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος. Erotianus in Procemio Lexici: Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκείας.

CAPUT XIX.

Grammaticæ dignitas & utilitas.

SAtis jam, ut arbitror, conſtat imperitos tyranna quâdam impotentiâ Grammaticen ad ſcholarum priſtina detruſiſſe. Adeo ut literati & eruditi potius habeant, cur mente angantur, quòd Grammatici vocentur, quàm Antigenidas tibicen, qui *nihil æque ſe laborare ajebat, quàm quòd monumentarii ceraulæ, tibicines dicerentur.* Agnoſcant interim & emēdent errorem ſuū, qui Grāmaticen cavillari tanquam jejunam, & anguſtis ac brevibus terminis cir-

circumſcriptam, quæ omnium artium, quarum ſcientiam amplexa eſt, maximè diffuſa, de quâvis quæſtione reſpondere promittit, quicquid ſciri poteſt inquirit, & omne ſcriptorum genus ſubjectum ſuum habet. Nam, ut Quinctiliani verba ex lib. I. repetam, *Grammaticæ non eſt ſatis legiſſe poëtas, excutiendum omne ſcriptorum genus, non propter hiſtorias modò, ſed verba, quæ frequenter jus ab Auctoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta, cum ei de metris rhythmisq; dicendum ſit. Nec ſi rationem ſyderum ignoret, poëtas intelligat: qui (ut alia mittam) toties ortu occaſuq; ſignorum in declarandis temporibus utuntur. Nec ignara Philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoq; non mediocri eſt opus, ut de unaquaq; earum, quas demonſtravimus, rerum dicat propriè, & copiosè.* Cum itaq; Grammatice tam latè pomœria ſua promovere coacta, evênit ingeniorum laſciviâ, ut ſupervacuo labore ad triſtes ineptias & aniles nugas deſcenderit. Opus ſollicitæ fortasſis diligentiæ, extremæ tamen anxietatis, aut inanis jactantiæ. Hinc crimen Philologiæ, quod occupata inutilibus & minus neceſſariis, optima ingenia, apta dignioribus ſtudiis, difficillimis ineptiis obruat, & penè concîdat. Equidem non

non accepimus supervacuam, sed intemperantiâ fecimus. Quasi verò hæc sola, cum omnes aliæ artes libidine ingeniorum corruptæ sint, intemerata & impolluta nimio contactu remanere potuerit; præsertim cum & rerum varietas, & quâm plurima sciendi cupido ad illam nos trahat, quâ cæteroquin allecti Sirenas Musis præferre didicimus. Penè dixerim digni, qui ipsarum scopulis obruamur. Quam mihi ostendes artem, in qua relictis necessariis ad hæc supervacua, velut quasdam delicias, non deflexímus, quæ ut vitia optimos mores, ita erecta & sincera studiorum non dicam occupârunt, sed penitus subegerunt. Dialectica, quæ primo ortu norma veritatis, commune artiũ instrumentum, & animæ *κάθαρσις*, mox luxu ingeniorum prolapsa ad ineptas cavillationes, teretismatúm strophas, & inanem, ut Clemens Alexandrinus & alii appositè vocant *τερθρείαν*, id est, tinnulas nugas, sive ingratum & asperum stridorem. Ita enim Grammatici vocis *ἔτυμον* secuti interpretantur. Sophisticen quidem ultima hæc ætas tantâ aviditate recepit, ut pleriq; velut pestilenti quodam sydere contacti, hostes pacis & quietis, omni bonâ mente & ipsâ Philosophia eam potiorem duxerint. Qui ineptâ persvasione decepti, postquam sibi visi Sophismatum cassibus omnia involvere & irretire posse, tanquam si assecuti regiam disciplinã, rem admirandam & tantum non divinam, subducto altius super-

cilio triſtes, conſtrictâ fronte & immiſsâ barbâ ſapientiæ præcepta neglexerunt. Horum tyrannis tam latè excedit, ut etiam conſtantiam æternæ veritatis labefactare & invertere conentur.

Statum laceſſunt omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Ut quisq; linguâ eſt nequior,
Solvunt ligantq; quæſtionum vincula
Per Syllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis,
Væ Verſipelli aſtutiæ.
Idcirco mundi ſtulta delegit Deus,
Ut concidant Sophiſtica.

Verè dixerim quod D. Baſilius Epiſt. LXI. ſcribit: τεχνολογοῦσι λοιπὸν, οὐ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. & illorum τέχνην λογικὴν cum Clemente Alexandrino ex dicto Apoſtoli rectè appellarim, νόσον ἐφ᾽ ἣ σεμνύνονται. hodièq; de Theologiâ jure uſurpare licet, quod Porphyrius olim de Philoſophiâ: τίς γὰρ λόγος τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ οὐκ ἀμφισβητήσιμος τοῖς ἑτεροδόξοις; In quo magis miror furorem noſtrum, cum Sophiſticæ argutiæ jam olim in ſacris damnatæ ſint, ut conſtat ex Socratis Hiſt. Eccleſiaſt. lib. I. & Nicephori Gregoræ hiſtor. lib. X. Dicendi facultas, quâ olim vagos populos urbium conditores ad civilitatem coëgerunt, & efferatos mitigarunt, Reipubl. adminiſtrandæ unicum inſtrumentum, unde Græcis ἐπιστήμη δικαίων definitur

tur, cujus divina vi repressa bella, sopitæ seditiones, erepti pœnis innocentes, ea prorsus debilitata & fracta è rostris & basilicis in scholas declamatorum eliminata est, qui ut Auctor Rhetoricæ ad Herenn. ait., *ne parùm multa scisse viderentur*, augustissimam disciplinam detruserunt ad *responsa in pestilentiam data*, *sæviores tragicis novercas*, & similia argumenta fabulosa, atq; ab usu fori abhorrentia, *encomia mortis*, *febris*, *hyemis*, *injustitiæ*, *muscarum & ollæ*. Neq; enim satis erat ingeniosam esse gulam, nisi etiam ollam commendaret, præcipuum luxuriæ instrumentum. Mathematice quoq; eundem exitum fecit, quæ propriâ dignitate enitens, nulli materiæ mancipata, ut Socrates apud Platonem disputat, æterni cognitionem meditatur, & mentem ad rectè philosophandũ præparat, multùm à puritate suâ nescivit; & quidem eâ Astronomiæ parte, quæ ἀποτελεσματικὴ, nimia mortalium curiositate, & populari insaniâ ad incredibilem περιεργίαν provecta, damno rerumpublicarum, contra majorum instituta, futurorum divinationem promittit; usq; adeò ut ipsius mundi, & Salvatoris nostri thema Genethliaci construxerint, ut certò jam constet D. Augustinum verè hanc artem *magnum curiosis tormentum* dixisse. Quantum demutavit jurisprudentia ab illa antiqua sapientia civili, quam Ulpianus L. I. D. de extraord. cognit. *rem sanctissimam* appellat, cum juvenes in scholis rixentur, com-

missi disputationibus ludicris, & instar spinarum paribus aculeis invicem obversis, quibus tam bellè instruuntur, ut cum in forum venerint, putent se in alium, ut ille ait, orbem esse delatos; ne dicam jam olim multa adhæsisse, quæ perfunctoriè & dicis caussa excogitata Jurisconsultorum filii fatentur. Idem in medicina aliisq; artibus obtinet, quas Ματαιοτεχνίαι occupârunt. Ut itaq; Philosophi degenerarunt in Sophistas, quos Plato Theage ἀγοραστικοὺς, καπηλικοὺς καὶ μαθηματοπωλικοὺς appellat. Dialectici in protervos & fastuosos intorti & implicati acuminis captatores, Oratores in scholasticos, Mathematici in hariolos & ærulcatores: Ita Grammatici in nugatores & ὀνοματοθήρας. unde notissimus ille Ausonii versus:

Γραμματικῶν πλοκὰς, καὶ λογοδαιδαλίην.

Et Epigram. Græcor. lib. II. varii in Grammaticos lusus, quibus poëtæ ipsorum præpostera studia, & nimiam in supervacuis curam festivè derident. Apud Photium Bibliothecâ in excerptis ex Helladii Chrestomathia legimus indicem inutilium & ineptissimarum quæstionum, in quibus Grammatici canos promittere soliti, quarum apud prudentiores tantum precium, ut infelicitatem suam judicent, si inauspicato tactu in hujusmodi inciderint, felicitatem, si ab adspectu statim obliviscantur. Finge ergo Grammaticos sectari ridicula, inepta, supervacua, idem tamen precium illis deberi, quod ambiguis

guis cavillationibus, & id genus acuminis irriti ludicris ponere solemus, nemo negabit. Certè ex his nugis nec ingeniis ad optima natis, nec bonis moribus damnum enasci existimo, quod de reliquis præstare non ausim. Adde honestiora alere oblectamenta, & infinitam quandam voluptatem, quatenus nobis omnibus plurima cognoscendi innata est aviditas. Adeo ut nihil videam obesse innocenti, nisi quòd nimis multa scire desideret, cum inter præcipuas Grammatici virtutes rectè Quinctilianus censeat, *aliqua nescire*. Sed in rebus infinitis & jucundis difficilis temperantia. Nam si semel delectationem animus percepit, non facilè reprimi aut coërceri potest. Ita quantum memoria repetere licet, omnis ætas fertilis fuit fœcundis in nugas ingeniis. In quo tamen omnes alios superasse præcipuum semper certamen Græcis fuit. Diceres profectò summa quæq; ingenia amabili hoc furore infestari, ut in ludicra & supervacua proniora sint. Nam ut Græcos parentes omnium artium, ita amatores nugarum habemus. τούτου δὲ αἴτιον εἶναι, inquit Dio Chrysost. Orat. Trojanâ, ὅτι φιλήδονοί εἰσιν οἱ ἕλληνες. ἃ δ' ἂν ἀκούσωσιν ἡδέως τινὸς λέγοντος, ταῦτα καὶ ἀληθῆ νομίζουσι, καὶ τοῖς μὲν ποιηταῖς ἐπιτρέπουσιν ὅτι ἂν θέλωσι ψεύδεσθαι. καὶ μάρτυρας αὐτοὺς ἐπάγονται ἐνίοτε περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσι. Equidem mirari soleo, quomodo præclara illorum ingenia impetrare à se potuerunt, ut vilissimis nugis totam ferè

ætatem crederent. Sola hiſtoria fabularis quam multis illorum utiles annos eripuit? Quot Bibliothecas, quot Pandectas occupavit? Hiſtorias Indicas, & res geſtas Alexandri complures prodiderunt; qui nefanda mendacia, & ſæpe abſurdiora, quàm quæ delirantibus per ſomnum oboriri ſolent, admiſcuere, ut ex iis quæ ex illorum libris Plinius profert, & ex fragmentis Cteſiæ & aliorum apud Photium in Bibliothecâ, apparet. Omnes illos ψευδολόγους tradit Strabo, eorumq; mendacia ſe refutaſſe ſcribit in Commentariis, quos de rebus geſtis Alexandri compoſuerat. Ut taceam aliarum gentium hiſtorias, λιμβύας, περιόδους & ſimiles nugas, quibus poſteris probare conati ſunt, quàm ingenioſè de incognitis & incompertis mentiri poſſent. Seneca Epiſtola XLIX. ſcribit, *negare Ciceronem ſi dupliciter ſibi ætas habiturum ſe tempus, quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos.* Diogenes Laërtius refert Chryſippum reliquiſſe volumina CCCXI. quæ ad Dialecticam pertinebant, & in Euclide, Eubulidem Mileſium innumera ſimilis argumenti conſcripſiſſe, in quibus abibat à natura artis, quam inutilibus quæſtiunculis involvebat. Hæc quidem tolerabilia eſſent, niſi ſæpe ad infamia argumenta prolaberentur. Hominum fidem, quot gulæ magiſtros, quàm ingentia volumina τῶν ὀψαρτυτικῶν, hoc eſt, ut Seneca interpretatur, ſcientiæ popinæ, narrat Suidas in Τιμαχίδας ῥόδιος, in ὀψαρτυτικὰ, & Athe-

thenæus lib. XII. Inter quos eminet Alexis, qui ἐν λεβητίῳ Poëmate probare nobis ausus τέχνην μαγειρικὴν liberalem. Credo sanè, quia liberaliter luxuriabatur. Et quod mireris Zenonis illud Stoicum supercilium eò sese dimittere potuit, ut conscriberet τέχνην ἐρωτικὴν, & Διατριβὴν de usu trullarum in fundendo vino. Sanè & Philosophi sub specie quadam gravitatis lepidè nepotantur, tam suavis est pruritus hujus scabiei. Exstabant Persæi Philosophi dialogi convivales, concinnati ex Stilponis & Zenonis commentariis, in quibus quæritur, *quâ ratione in convivio somnus arcetur, quando formosi in convivium adducendi, de iis quæ obsoniis adjiciuntur, de basis*, & id genus. Diogenes Laërtius laudat Aristippi περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, eumq; reliquisse scribit XXV. dialogos, inter quos duo maximè ridiculi, Πρὸς Λαΐδα περὶ κατόπτρου, & πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς κύλικος. Ut taceam tot volumina ὀνειροκριτικῶν, ἑταιρικῶν ἐπιστολῶν, & id genus. Ejusdem census Paxami δωδεκάτεχνον, in quo, ut Suidas auctor, agebat περὶ αἰσχρῶν σχημάτων, & Phocionis Peripatetici κέρας Ἀμαλθείας, in quo & meretricum historia, ut indicant quæ ex illo producit Scholiastes Aristophanis. Præclarum item opus Gorgiæ περὶ ἑταιρῶν, Antiphanis de scortis Atheniensibus, cujus mentio apud Athenæum, & Harpocrat. in Νάννιον. & ejusdem argumenti Apollonori ex quo producit Athenæ9 lib. XIII. Φθειροπύλην Atheniensibus dictam,

ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο. *Quod prostituta ad januam pediculos capiebat.* Dignum profectò scitum, quod monumentis conditum posteritati narraretur, cujus intererat ne oblivione periret. Hujusmodi nugarum ingentem messem metere licet apud Athenæum, Photium, aliosq; veteres Criticos, quos huc transscribere tanti non existimo. Earum maxima pars quod interciderit, majorum judicio debemus, quorum studium fuit liberare posteros molesto & supervacuo librorum pondere, omnis bonæ mentis præpedimento. Sed utinam illi recti judicii normam nunquam deseruissent; ita multorum præclarissimorum monumentis frueremur, quæ nunc intercepta non sine gemitu desideramus. Ea, si jacturâ inutilium scriptorum, quorum hodiè uberrima seges, recuperare liceret, præclarè nobiscum ageretur. Quanquam fortasse satius erat antiquorum ineptiis frui, quàm recipere quorundam malè feriatorum, & superfluo ac ignobili ocio ebriorum hominum monstruosa commenta, nugas & affanias meras, quibus furiosorum amores, raptarum dubios casus, & id genus somnia ægrotorum narrant. Eaq; induta turgidæ cujusdam & enormis loquacitatis velo prostituunt; quò verborum lenocinio capti imperitiores, à rerum seriarum intentionibus ad hæc ludicra avocentur, quibus tàm alte immersi, ut sui penitus obliviscantur, & nullam jam temporis ja-

ctural

cturam æſtiment. Nam quæ proprietas eſt ingenii humani, cum aliorum ancipites caſus, & iratæ fortunæ perpetuæ vicisſitudines narrantur, animus velut diductus in partes, hujus ærumnis plectitur & ingemiſcit, illius felicitate offendit & exaſperatur. Jam diſtractus ſpe & timore, incenditur incredibili quâdam cupiditate rem totam cognoſcendi; nec expleri ſeſe patitur, quin exitum tragœdiæ perſpexerit. Ita raptus humanâ curioſitate, & deſiderio ſciendi, etiam invitus cohærentium rerum ſeriem ſequitur, & finem eventuum dubiâ exſpectatione ſuſpenſus indâgat; lectioniq; immerſus non vindicat ſe ſibi, imò ne tempora quidem rapidisſimo fluxu hiſce ineptiis ſurripi ſentit. Mox ubi ſtimulos admoverunt aliena facinora, exſurgit inflammatus, & fertur in æmulationem, paratus eadem exſequi, ſi modo occaſio ſeſe oſtenderet. Ita ſemper commotior, nunquam melior. Hæ ſunt illæ voces, quas Ulyxes niſi alligatus præternavigare non audebat, quæ longius proſequuntur, diutius hærent, & totos occupant. Earum tamen illecebris velut fatali peſte pleriq; capti occubuerunt; tam lato perniciofisſimi morbi contagio, ut etiam penſa mulierum & nutricum fabulas afflatu ſuo infecerit. Nempè ipſo lucis adſpectu ineptiis imbui oportebat. Sed inter alios ſæculi errores etiam hoc feramus; cum fide ſcriptorum conſtet, omne ævum tali furore laboraſſe, ut inſuperhabitis utilibus & neceſſariis

ſupervacua arripuerint. Pari inſania Grammatici peccant; tolerabili tamen errore; nimiæ diligentiæ & curioſitatis, nullius certè corruptelæ rei. Senecæ hæc verba de Didymo Epiſt. XXCIIX. *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus ſcripſit; miſer ſi tam multa ſupervacua legiſſet. In his libris de patriâ Homeri quæritur, in his de Æneæ matre verâ, in his libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit: in his an Sappho publica fuerit; & alia quæ erant dediſcenda ſi ſcires.* Athenæus lib. IV. & Suidas in Αρίςον. χαλίσια. δίδυμος ſcribunt, Didymum ediſſe volumina cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ. unde propter indefeſſam in ſtudiis diligentiam χαλκέντερος vocatus, & Demetrio Trœzenio βιβλιολάθης, quaſi librorum ſuorum immemor, ob nimiam ſcilicet illorum multitudinem. Quinctilianus lib. I. cap. XIII. Hieronymus ad Damnionem. Ariſtarchi quoq; varii commentarii referuntur, & quidem ultra CC ∞. Admirandæ item diligentiæ Varro, doctiſſimus togatorum, qui *libris diſciplinarum* totam ἐγκυκλοπαιδείαν, ut Caſſidorus ſcribit, tradidit, & variis libris omne doctrinæ genus complexus eſt, *tam multa legit*, verba ſunt Auguſtini, *ut aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur, tam multa ſcripſit, quàm multa vix quenquam legere potuiſſe credamus.* Sane Agellius lib. III. ipſius Varronis teſtimonio, quod profert ex I. ejus Hebdomadum, tradit, jam ingreſſum annum octogeſimum quartum, quadringentos nona-

nonaginta libros conſcripſiſſe. Sed ridiculæ prorſus & inanis diligentiæ C. Meliſſus Grammaticus, de quo ſcribit Svetonius in ejus vitâ: *Atq;, ut ipſe ait, ſexageſimum ætatis annum agens, libellos ineptiarum, qui nunc jocorum inſcribuntur, componere inſtituit, abſolvitq; centum & quinquaginta, quibus & alios diverſos poſtea addidit.* Multa præterea confuſanea variorum opera, & ſtupendæ magnitudinis volumina, quibus poſteris teſtari voluerunt, quàm diligenter otium ſuum luſerint. Sed vel horum morbus non omnino aliquâ laude indignus. *Non paranda ſolum nobis*, inquit Cicero, *ſed fruenda ſapientia eſt.* At hi tum demum ſtudiorum ſuorum fructum percipiebant, poſtquam inexhauſtâ diligentiâ variæ doctrinæ vaſtum pelagus emenſi, in ſupervacuis otium oblectabant. Sanè & bellaria apponimus non ſedando ſtomacho, ſed oblectando palato: *οὐ γὰρ μόνον ποτέον τῆς δίψης χάριν τῆς ἐπὶ τοῖς σιτίοις, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ σιτίον.* Certè ut ſitis, ita hilaritatis & voluptatatis eſt cratera. Quod ſi quorundam intemperantiâ hæc ſtudia æſtimamus, & pretium optimarum rerum imminutum imus, pari perverſitate corporis robur, firmam valetudinem, divitias, & id genus bona culpabimus. Seneca inter præcipuos, ut exiſtimant, Philologiæ contemtores, acrius illi inequitare videtur. Quanquam ſi accuratius ejus ſententiam ponderemus, non tam Philologiam quàm Philoſophiam, quæ in Philologiam tota degenerârat, rejeciſſe ipſum inveniemus,

Epist. LXXXIIX. *Philosophi*, inquit, *quantum habent supervacui, quantum ab usu recedentis? Ipsi quoq; ad syllabarum distinctiones, & conjunctionum ac præpositionum proprietates descenderunt, & invidêre Grammaticis. quicquid in illorum artib9 supervacuum erat, transtulere in suam. Sic effectum est, ut diligentius sciant loqui, quàm vivere.* Epist. CVI. *In supervacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista sed doctos. Apertior res est sapere, imò simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam literis.* Sine causâ miramur Senecæ displicuisse hæc studia, acerrimo temporis vindici, qui nequicquam oblectationi dandum censebat, & bonos tantùm, non doctos quærebat; cum tamen & probitas & eruditio apud eosdem morari possint. Sed facilè eas artes odimus, quarum imperiti sumus. Permittant enim mihi me verum dicere Senecæ amatores, studia liberalia, quæ ille verè ingeniosa vocat, parum exactè didicerat. Rectè quidem ex Stoicorum præscripto, qui asserebant, sine iis ad sapientiam perveniri, quod παράδοξον latiùs exsequitur Epist. XXCIIX. Sed ut huc transferam Firmici verba, ex I. Astronomicon, *non habent judicandi auctoritatem, qui ad statuendum aliquid imperitâ licentiâ adducuntur.* Quanquam & Seneca sententiam suam ita circumscripserit, hactenus ea utilia, si præparant ingenium, non detinent, si rudimenta sint nostra, non opera. *Non discere*, inquit, *debemus ista, sed didicisse*: id est, non inhærere istis & occupari, sed præparari ad Philosophiam. Cæte-

rùm, si tanti est, verba ipsius intueamur. Epist. XXCIIX. *Grammaticus circa curam sermonis versatur, &, si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissimè fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit?* Eâdem Epist. *Sapientia non est in literis, res tradit, non verba.* Epist. XXCII. *Faciet autem illud firmum assidua meditatio, si non verba exercueris, sed animum.* Epist. CIIX. *Illud admoneo, auditionem Philosophorum, lectionemq; ad propositum beatæ vitæ trahendam: non ut verba prisca aut ficta captemus, translationes improbas figurasq; dicendi, sed ut profutura præcepta, & magnificas voces & animosas, quæ mox in rem transferantur.* Vides reprehendi nimiam anxietatem in verbis & oratione, quam sollicitam & politam indicium, ait, animi pusillis occupati. Epist. CXV. tanquam si nimia in contexendâ oratione cura & verborum delectu Philosophiæ studia impediat. Ita Epist. C. reprehendit Lucillium, quòd scripserat libros civilium Fabiani non respondisse suæ exspectationi: *Oblitus*, inquit, *de Philosopho agi, compositionẽ ejus accusas. Vis illũ assidere pusillæ rei, verbis? Ille se rerum magnitudini addixit.* Epist. LXXV. *Quis accuratè loquitur, nisi qui vult putidè loqui? Circa verba occupatus es. Jamdudum gaude, si sufficis rebus* In eâdem tamen epistolâ ait: *Aliæ artes ad ingenium tota pertinent, hîc animi*

negocium agitur. Philosophia ingenio non renuntiat. multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Agnoſcit ergo Philoſophia Philologiæ partes, vel ſi hoc non concedit, ſaltem ejus auxilium non repudiat. Libet interim interrogare hunc elegantiæ inimicum, quâ fronte Zenonem, rigidæ ſuæ & virilis ſapientiæ auctorem, diligentem appellet, & verba examinantem; cur tot verba perdere non erubuit in re ſupervacuâ, & ſuo judicio contemnendâ. Nam Epiſt. LVIII. ſollicitè, & longè quidem ultra acumen ocioſisſimi Grammatici, de verbis Latinis diſquirit, quàm multa illorum ſitus occuparit, quàm multa ſubducta ſint, docet, ut eſſentiæ vocabulo religiosè tandem utatur. Epiſt. CXVII. *Coguntur noſtri verba torquere, & unam ſyllabam interponere, quam ſermo noſter inſeri non ſinit.* Credo ſanè ſatis oſtendiſſe Senecam, quàm facundi ſint adverſus ſua vitia Philoſophi. Sed omittam iſta, nec faſtidiosè repetam, quæ in Grammaticæ commendationem dici ſolent, & vulgò nota ſunt. Ego ſanè ſic cenſeo, eam inter nobilisſimas quasq; artes locum occupaſſe. Nam quod illi ſermonis ſtudia tanquam ignobile ſubjectum reprehendunt, eam laudem maximam exiſtimo. Etenim communi conſenſu receptum, primum parentem rerum duo peculiariter homini tribuiſſe, quibus ad indicium præclaræ & excellentis naturæ, divinitatis quodammodo particeps à reliquis animalibus ſepararetur, rationem

tionem & ſermonem. λόγον Græci vocant; illam tamen ἐνδιάθετον λόγον, hunc προφορικὸν in pronunciatione ſitum. Galenus προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας: λογὸν κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν ὀνομάζουσιν, κατὰ τὴν ψυχὴν ἐνδιάθετον καλοῦσι. Idem copiosè tradit Plutarchus in libello, περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι. Et ratio quidem communior, nam & reliqua animalia aliquo modo illâ uti Philoſophia probavit, & communis ſenſus experimentis ductus credidit. Intellectum & cogitationem in iis colligimus, variis commoti adfectus indiciis, & aliquam certè rationem, cum nidos texunt, & oportunis ſedibus locant, cum rupibus ſe muniunt, aut foveis tuta cubilia præparant, fœtus fovent, & ingenia vel humanis æqua oſtentant. Hactenus tamen muta animalia cenſentur, atq; ideò imperitoribus irrationalia. Et licet infinita illis perfecta & abſoluta natura elargita eſt, quæ ab ipſo ortu citra ullam docentis induſtriam exercent, & homini longâ ætatis morâ ac uſu magiſtro vix accedunt, tamen præcipua noſtra poſſeſſio ratio, ideoq; illis eminentiores, & quadam ſocietate divinitatem contingentes, intelligentiâ vicimus. Ea ipſa tamen ratio parum utilis, ſi abdita deliteſceret; prodi eam ſermone & ad omnium utilitatem exerceri oportebat, in cujus excellentiâ abſtruendâ ſi diutius immorarer, in ſupervacuis laborarem. Λόγον veteres Theologi totius

totius universi Conditorem prædicarunt. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας ad illa Orphei:

Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν φθέγξατο πρῶτον.

αὐδὴν ἐνταῦθα τὸν τοῦ Θεοῦ ὀνομάζει λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις. Tertullianus Apologetico: *Jam ediximus DEUM universitatem hanc mundi verbo & ratione molitum. Apud vestros quoq; sapientes λόγον, id est, sermonem atq; rationem constat artificem videri universitatis*. Lactantius lib. IV. cap. Psellus Arithmeticâ. Sed hæc relinquenda sunt iis, qui sermonis laudationem instituunt. Quod quidem nihil præstantius homini cõtigisse artificiosa mater natura, abundè commonstravit. Nam & in capitis arce, diversorio rationis, & ipso ore sedes ejus collocavit. Neque enim temerè existimandum est, ut illud aliis animantibus ad ingerendos ventri cibos, ita quoq; homini ad subministrandas corpori escas datum. Illis quidem humile & ad pedes dejectum, terræ proximum, utpote vili ministerio comparatum: homini verò sublime, erectum, animi ostium & pectoris promtuarium, cujus divinas & admirandas cogitationes profert & enunciat. Varia deinde machinamenta & organa constituit, quibus subservientibus officio suo fungitur, ut tradit Galenus de usu partium. Gregorius Nyssenus περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου cap. IX. & Nemesius περὶ

φύσεως

φύσεως ἀνθρώπυ cap. XIV. Arteriam, quæ à pulmonibus ad os pertingens vocem à mente ortam concipit & effundit. Lingvæ plectrum, dentium vallum, vel, ut Poëta præcipuus ait, ἕρκος ὀδόντων, in quo compositus & temperatus sermo, velut in castris, copiis instructus expeditionem molitur, templa petit, Deum alloquitur, & sacra celebrat. Mox ad hominum cœtus transmigrat, dispersos, vagos & latrociniis assvetos ad mitiora studia reducit. Urbes & respublicas accedit, turbidos, impotentes, scelerum fœdere devinctos ad juris servitutem adstringit. Transit deinde ad castra, acies præcinctas ad pacem revocat, & bellorum incendia sine sangvine exstingvit. Jam ad tribunalia secedit, immites & austeros judices flectit, gladio & rogo innocentes subducit. Habitum quoq; Philosophi induit, sapientum placita enarrat, ad virtutem hortatur, adversus fortuita præmeditata præcepta promit, iracundiam reprimit, cupiditates improbas refrenat. Omniũ deniq; circulis & coronis, omnibus comitiis immiscetur, ignaros docet, exulceratis mentibus lenimenta consolationum adhibet, consilio juvat, territis eximit timorem, & animi motus compescit. Cedò quid sermone excellentius, quid utilius, quid usu fœcundius? Verè ait ille: *Sermo omnem hominis actum præit*, & quæ Græcorũ sentẽtia est: λόγῳ διοικεῖται περὶ τῶν βίος μόνῳ. Ne repetam, quæ D. Basilius Homiliâ εἰς

τὸ πρόσεχε σεαυτῷ in hanc rem differit. Quisquis igitur sermonem, cujus tam frequens & conspicuus apud omnes usus, sordidum & incultum sinit, næ ille, si quid sentio, animum, cujus est interpres & nuncius, squallidum & impolitum habet. Siquidem *oratio vultus animi est*, ut ait Seneca Epist CXV. & Dionysius Halicarnasseus procemio τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας: ἐπιεικῶς ἅπαντες νομίζουσιν εἶναι τῆς ἑκάστου ψυχῆς τοὺς λόγους. Quinctilianus lib. XI. *profert mores plerumq; oratio, & animi secreta detegit, nec sine caussâ Græci prodidere, ut vivat, quemq; etiam dicere.* Innuit autem Aristotelem, cujus hæc verba Rhetoricâ ad Alexandrum: οἱ δὲ λόγοι τῶν ἠθῶν καὶ τῶν τρόπων εἰσὶν οἷον εἰκόνες. Hoc ut probaret Seneca totam Epist. CXIV. consumsit. Etenim ipsa animi vis abdita & absconsa latet, nec munera sua ostendere potest, nisi secedat ad extrema, & sermonis organo usa sese prodat, cujus beneficio divinitatem ejus agnoscimus & admiramur. Nam ut Nicephorus Gregoras in Synesium περὶ ἐνυπνίων ex Plotino scribit, ὁ ἐν προφορᾷ λόγος εἰκὼν ἐστὶ τοῦ ἐν ψυχῇ λόγου. Si ergo oratio animi operta recludit, mores & actiones cujusq; prodit, quantum conducat optimæ famæ, sermonem incuriosè & negligenter habere, sui nominis sollicitos consulo. Si quis agrum fœcundum & aratro facilem possideat; illumq; velut sterilem virgul-

virgultis & sentibus oppletum deserat, prona suspicio est de ignaviâ domini. Quid vetat pari ratione ex horrida & inornatâ oratione de animo conjecturam facere.

- - - Caput intactum buxo, naresq; pilosa,
Hispida membra - - - & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum - - -

Ideoqve speculum, formæ magistrum, invisimus, & si qvis vultus naturali vitio excæcatus, arte emendamus, crines ad lenocinium decoris componimus; nihil deniqve oculis expositum immundum patimur, ne qua sordium labes elegantiæ & nitoris famam destruat. Qvantò satius erat sermonem mentis indicem comere atqve expolire, & suspicionem horridi & agrestis animi penitus amoliri. At enim Philosophi tristitia spernit amœnam & festivam orationem, ut parum decoram, & minùs supercilio suo congruentem. Non imponat imprudentioribus Philosophi nomen, qvod in plerisqve indignis modis exsorduit, qvi regiam disciplinam illiberali contagio polluerunt. Neqve enim illi verè Philosophi existimandi, qvi relictis negociis ociosis disputationibus se dediderũt, & vultu sonituqve censoriæ orationis Philosophiam mentiti sunt. Nobis demùm, ut Synesius in Dione, is erit Philosophus, qvi minimè agrestis, sed gratiarum sacris initiatus, qvique exactè didicerit τοῖς ἀνθρώποις ἐξομιλῆσαι. Hanc Philosophiam fœdus & sordidus qvisqve frustra promittet. Qvis audebit negare, ipsa Philoso-

losophiæ præcepta firmiùs hærere, & vehementiores stimulos menti adigere, quotes rerum pulcritudini claritas orationis novum decorem addit. Dionisius Halicarnasseus περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, complures Philosophos stilo cultos, & politæ orationis studiosos recenset. At Cicero III. de Finibus. *Istiusmodi res* (philosophicas) *dicere ornatè velle, puerile est, planè autem & perspicuè expedire posse, docti & intelligentis viri.* Eqvidem non video, qvomodo aliqvis perspicuè & planè dicere possit sine verborum dilectu & cognitione. Qvod verò Socrates apud Ciceronem I. de Oratore: *Omnes in eo qvod scirent satis esse eloqventes.* Rectè qvidem ex Socratis sententiâ, quam tamen Cicero non ut Philosophus, sed ut Rhetor veram negavit. Rejicit Socrates nimium & superfluum verborum ornatum; is enim propriè illorum, qui vi orationis renitentes flectere conantur. Philosophi verò non tàm svadent, quàm docent & instruunt, & quod Chrysippus apud Plutarchum περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων: οἱ φιλόσοφοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, οἱ δὲ δικολόγοι περὶ νίκης ἀγωνίζονται. Non negligit ergo Grammaticæ auxilium Philosophia, sed supervacuum Rhetoricæ studium spernit. Viderit ergò Seneca, quàm rectè negavit Philosopho competere curam sermonis. Ego sic existimo, non solùm Philosopho, sed homini liberali conveniens, ornatâ & politâ oratione uti, eâque, quantum potest, festivâ & amœnâ omnes vincere, & quod

quod Synesius ait, *aliquid ex vitâ otii dare huic curæ, ut lingva purgetur, ipseq́ animus & sensus svavior & jucundior efficiatur.* Si enim rudem & incultum sermonem natura voluisset, talem utiq; dedisset, ut reliquis animantibus, ab ipso scilicet ortu perfectum & permanentem. Nobis verò qui inconditum & inarticulatum aliquid ore hiante sonamus, formanda sensim lingva & convibranda, ne dentibus illidatur; flectenda deinde ad palatum, & rursus pendula reducenda; rictus quoq; oris reprimendus, & leni hiatu labra reseranda, ne immoderata & informis vox oriatur. Hisce tormentis educatus sermo humanus, vix adultis perfectus accedit. Quod ergò Philologiæ crimen, si leges naturæ servat, si animum elegantem & pulchrum prodit, si in eo excolendo laborat, quo nihil melius, nihil præstantius à natura accepimus. *Omnis* verò *Oratio rebus & verbis constat*: atqui ut verba sine rebus locum nullum habent, ita res sine verbis, velut lumine suo destitutæ, inanes. Verè autem C. Cæsar, ut Cicero in Bruto scribit, *verborum delectum eloquentiæ originem esse* ajebat. Sed in electione opera luditur, nisi verborum naturam & significationem probè notam & pervestigatam habeamus. Clarissimæ gentes & famâ eruditionis inclytæ rectè loquendi laudem magno ambitu semper quæsiverunt. Græcia parens facundiæ, atq; adeò omnis elegantiæ, sermonis puritatem sollicitè observavit,

omnia ad Hellenifmi lineam redegit, exotica ut vitiofa rejecit, fyllabam barbarè & inconditè pronuntiatam, tædula & delicata nimis ne in peregrinis quidem tulit. Ideo enim barbaros Græci appellarunt, quod παχυςόμοι ἢ τραχυςόμοι. & Homerus Cares βαρβαροφώνους dixit, quod vocabula ita pronuntiarent, ὡς οἱ βάρβαροι οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὸν ἑλληνισμὸν, ut Auctor eft Strabo lib. XIV. Mira Athenienfium cura in fermonis proprietate & elegantiâ. Suidas in θερῶ fcribit, illos cum aliquando inopiâ premerentur, & pecuniâ egerent, eamq; peregrinus quidam promififfet, beneficio ejus uti noluiffe, quia fcilicet σολοικίζων, δανειῶ dixerat. At cum emendaffet errorem, & δανείσω dixiffet, pasfi funt eum nummis fuis egeftati fuccurrere. Præpoftera & fuperftitiofa anxietas, quæ tamen folos Athenienfes decebat, quibus antiquior verborum ratio, quàm commodi & utilitatis. Violari enim elegantiæ famam exiftimabant, fi vel unicum folœcismum cuiquam ignofcerent; tanquam fi ad imperii fummam pertineret, purus & emendatus fermo. Ita cum Demetrius Athenas obfidione presfiffet, & deftitutæ commeatu diutius famem tuliffent, victorem admiferunt; qui civibus inediâ infirmis frumentum dedit. Hanc liberalitatem fuam cum ad populum referret, forte barbarifmus imprudenti excidit. Tunc quifpiam ex iis, qui ad concionem confluxerant, fuggesfit erranti Demetrio, quomodo

modo vitium corrigeret; quod emendationis indicium 100 medimnis se remunerare velle promisit, ut Plutarchus in Apophthegmatis refert. Sanè ambigo, an magis admirer difficilem anxietatem illorum, qui attriti bello & fame, ne in victore quidem & benefactore solœcismum ferre potuerunt, an potius Demetrium, qui erratum tam ingenti munere redemit, nisi hoc quoq; ad captandam Atheniensium gratiam pertinebat, solœcismum ingenti precio expiare. Quod convenientissimum illi fuisset, qui in maximo rege vanitatem ementiendæ stirpis excitavit. Scribit enim in vitâ Alexandri Plutarchus, Regem, cum ad consulendum Jovis Ammonis oraculum, templum accessisset, & sacerdos blandè eum compellans παιδίον salutare vellet, lapsus verò errore παιδίος dixisset; continuò hoc ita interpretatum, quasi filium Jovis appellasset. Quæ persvasio Alexandri animum tantâ superbiâ inflavit, ut se Jovis filium dici & haberi jusserit; imo divinos honores exhiberi sibi passus sit; quo summam gloriam & rerum gestarum famam mirum in modum corrupit. Sanè vocum proprietas & significatio accuratè semper antiquis notata, eaq; observatio utilis & magni momenti etiam in gravissimis rebus. Athenæus Deipnosoph. lib. XIV. ex Agatarchidis Europicis refert, *Athenienses & Bœotos de regionis finibus contendisse, quam Sidam appellabant. Epaminondas, qui partes suas defendebat, è*

sinistra manu malum Punicum in dextram transtulit, & Athenenienses interrogavit, quo nomine appellarent. At illi ῥόαν se vocare responderunt. Nos verò, inquit, Sidam appellamus. In hoc autem tractu, de quo controversia est, plurima sunt mala Punica, indeq; regioni nomen impositum. Atq; hoc unico argumento Epaminondas caussam obtinuit. Sed ipsa rerum & verborum cognatio, quæ quidem tanta est, ut nullâ ratione divelli possint, Grammaticæ dignitatem ostendit. Aristoteles σόφις ἐλέγχων: *Res ipsas proferri non posse, sed earum notas vocabula proponi.* & lib. περὶ Ἑρμηνείας cap. I. *voces signa ac notas affectuum animæ.* Plato in Cratylo: *Nomen rei ipsius vim mente conceptam, & voce expressam.* Clemens Stromat. lib. IIX. τὰ ὀνόματα σύμβολα τῶν νοημάτων. Cicero in Topicis, *nomina rerum notas* vocat. Ab hac cognatione Græcis ἔπος ipsa res, ut Latinis nomen, quibus & res à Græco ῥῆσις dicta. Hinc illud Solonis apud Diogenem Laërtium: λόγον εἴδωλον τῶν ἔργων. & Democritus λόγον ἔργου σκιὴν ajebat, quod repetit Philo περὶ τῶν μετονομαζομένων, & Synesius περὶ βασιλείας. Plato in Sophistâ: τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσι ὂν δήλωμα, ῥῆμα που λεγόμενον· τὸ δέ γε ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἐκείνας πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν, ὄνομα. In Cratylo: τὸ ὄνομα μίμημα τοῦ πράγματος. Apud Hippocratem de ratione victus in morbis acutis: ἀριθμοὶ τῶν νοσημάτων, Erotianus ἀριθμοὺς τὰ ὀνόματα interpre-

terpretatur. Nam ut numeri quantitatem, ita nomina res ipsas declarant. Sanè & Protagoras nomen rerum mensuram aiebat, ut Plato in Cratylo testatur. Alcinous de doctrina Platonis: ὄνομα ὄργανον πράγματος. Plato verò in Cratylo: ὄνομα διδασκαλικόν τι ἐστὶν ὄργανον, καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας. Inde idem Philosophus: ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα. Proinde rectè Plutarchus περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος: ὥσπερ λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. *Optimè à Philosophis dici*, ait, *qui vocabula non rectè intelligere discunt, eos in rebus falli.* & Jul. Pollux, *magnam sapientiæ partem, scire quo quæque nomine appellentur.* Arrianus Dissertat: Epicteti: ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. & *qui velit Philosophiam attingere, ei inprimis initio rerum vocabula consideranda & investiganda.* Quanquam Grammaticæ dignitatem non tantùm à verbis aut sermone asserere licebit. Nihil in illa leve aut spernendum, ne ipsa quidem ejus primordia, literarum, inquam, elementa, quorum exilitate apud imperitos contemtũ invenit. Non dicam ex earum signis & notis arcana quæque, solis impiis & ignaris rejicienda, exculpi posse. Suffecerit sanè, quod illis memoriam, quam rectè Cicero l. de Oratore *thesaurum omnium rerum* appellabat, debeamus. Ita enim Æschilus Prometheo: γραμμάτων δὲ συνθέσεις μνήμην

ἀπάντων μυσομητὲρ ἐργάτην. Hinc capienda illa Hippocratis l. de diætâ: γραμματικὴν εἶναι δύναμιν τὰ παροιχόμενα μνημονεῦσαι. Sed ne diutius hæc festinantem retineant, quàm necessaria Theologis Philologiæ cognitio, antiqui partes diversis locis docent. D. Hieronymus Epist. ad Magnum Oratorem. Basilius lib. I. contra Apologeticum Eunomii. Synesis Epist. CLIV. vitio sibi verti, ait, à Theologis quòd politiora hæc studia amplecteretur: ἔφασάν με παρανομεῖν εἰς φιλοσοφίαν, ἐπαΐοντα κάλλους ἐν λέξεσι, καὶ ῥυθμοῦ καὶ περὶ Ὁμήρου τι λέγειν ἀξιοῦντα, καὶ τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις σχημάτων, ὡς δὴ τὸν φιλόσοφον μισολόγον εἶναι προσήκειν, καὶ μόνα περιεργάζεσθαι τὰ δαιμόνια πράγματα, καὶ αὐτοὶ μὲν θεωροὶ τοῦ νοητοῦ γεγονότες. ἐμὲ δὲ οὐ θέμις, διότι νέμω τινὰ σχολὴν ἐκ τοῦ βίου τοῦ καὶ τὴν γλῶτταν καθῆραι, καὶ τὴν γνώμην ἡδίω γενέσθαι. Sed quales isti quæso Theologi, qui hæc in Synesio reprehendebant. Nempe *qui inscitiâ subministrante audaciam, de DEO differere omnium promtissimi. In quos si incideres, statim nonnulla audires de syllogismis, quæ comprehendi non possunt. Ex quibus præsules & doctores populi in Civitatibus fiunt.* Hi Synesium à se instrui & doceri volebant, *breviq; futurum promittebant, ut in rebus divinis audacissimus fieret, & noctes atq; dies concionari posset.* οἱ μὲν, inquit, ἀμαθίας ἡγουμένης τοῦ θράσους, προχειρότατοι πάντων εἰσὶ περὶ τοῦ θεοῦ διαλέγεσθαι. οἷς ἂν ἐντύχῃς, εὐθὺς ἀκού-

ἀμύσῃ τινὰ περὶ τῶν ἀσυλλογίστων συλλογισμῶν. ἀπὸ γὰρ τούτων ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ δημοδιδάσκαλοι γίνονται. οὗτοί με μαθητὴν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι, καὶ φασὶν ἀποφαίνειν ἐντὸς ὀλίγου τὰ περὶ θεοῦ παντολμότατον, ἡμέρας ἑξῆς καὶ νύκτας ἀγορεύειν δυνάμενον. Sed de hujusmodi exactè & plenè idem Synesius in Dione agit. Utinam imperiti & optimarum artium expertes Theologi hanc gratiam me à sese impetrare permitterent, ut illa legere & culpam emendare vellent. Inprimis autem Critices studium sectari debent Theologi. In promptu est caussa ex iis, quæ proximâ diatribe docui. Cyrillus in actis Synodi Ephesinæ Epist. LXXVI. tradit, *multa à Spiritu Sancto rectè tradita, ab hæreticis perversâ mente corrumpi, illudq; satis ostendisse epistolam Athanasii ad Epictetum, rectè scriptam & consentientem sanis dogmatis, depravatam ab illis editam, ut plurimos hoc modo deducerent, ideoq; se utile & necessarium existimare, ut conferrent hanc novam editionem cum veteri, quæ penes se incorrupta: ejusq; se mittere propria & autographa exemplaria.* τὰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὀρθῶς εἰρημένα ταῖς ἑαυτῶν κακονοίαις παραφθείροντες, καὶ ταῖς ἰδίαις κεφαλαῖς τὴν ἄσβεστον ἐπαντλοῦντες φλόγα. ἐπειδὴ δὲ μεμαθήκαμεν, ὅτι καὶ τὴν πρὸς τὸν μακάριον Ἐπίκτητον ἐπιστολὴν τοῦ Ἀθανασίου, ὀρθοδόξως ἔχουσαν παραφθείραντές τινες ἐκδεδώκασαν, ὡς ἐντεῦθεν ἀδικεῖσθαι πολλοὺς, καὶ τοῦτο χρήσιμόν τι καὶ ἀναγκαῖον ἐπινοοῦντες τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξ ἀν-

τιγρά-

ἀντιγράφων ἀρχαίων τῶν παρ' ἡμῖν ἀπλανῶς ἐχόντων, ἀπεστείλαμεν τὰ ἴσα τῇ σῇ ὁσιότητι. Vide D. Augustini de Doctrinâ Christianâ lib. II. cap. XIV. Sanè Critices studium tam diligenter amplexi sunt antiqui patres, ut etiam illud tempus, quod quieti & remissioni dandum erat, in eo collocârint. Origines apud Cedrenum: οὔτε γὰρ δειπνῆσαι ἔστιν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, οὔτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι, καὶ διαναπαῦσαι τὰ σώματα. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν, καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. Incredibilem diligentiam veterum Christianorum, in colligendâ lectionis veritate, & observanda scripturæ varietate, satis ostendit Cassiodorus de divinis lectionibus cap. XV. Non rejiciendas vocum observationes, ut frivolas & inanes, docet Basilius, qui jubet Theologos scrutari sententiam in singulis vocibus & syllabis latentem. Procemio de Spiritu Sancto: τὸ μὴ παρέργως ἀκούειν τῶν θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τῶν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ ἑκάστῃ συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν. οὐ μὴν ὅτι μικρὰ ὡς ἂν τῳ δόξαι τὰ ἐρωτήματα, διὰ τοῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια. ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι οὕτω καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τὴν γνῶσιν εἰσαγομένοις. ὡς εἴ τις τῶν πρώτων

πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, πότε τῶν τελείων τῆς σοφίας ἐφάψεται. Antiqui Juris-Consulti tantâ diligentiâ Grammaticæ studia susceperunt, quasi ejus adminicula sola sibi sufficere existimarent. Admirari interdum & penè ridere liceat acumen illorum in eruendâ verborum origine. Ne dicam de elegantissimâ oratione, quæ profectò tàm apta & concinna, *tam* propria, ut jurares eos omnia anxiè invertisse, laboriosè conquisita sollicitè composuisse, & de singulis in consilium ivisse. Certè ubique se Stoicos Grammaticos probant. Nam & argumenta à vocabulis sumunt, & in rerum definitionibus plerunq; originatione utuntur, & passim τρόπους ἐτυμολογίας inserunt. Denique quò pertinent illorum libri differentiarum, definitionum, de verborum significatione, & id genꝰ. Et ne sibi blandiantur falsâ persvasione rudes & imperiti, harum literarum contemtores, ad veteris jurisprudentiæ adyta expeditior aditus fuisset, si Philologiæ sacris initiati accessissent; hactenus profani oberrant, & sordidi & illoti ab ejus sacris arcentur. Credant hoc Grammaticis, quod in Juris-Consultorum scriptis, velut altissimis tenebris, præsidio horum studiorum exitũ invenerint. Non existimo necessarium esse, multis docere velle, hæc studia Medicis excolenda, quibus in veterum libris velut in spississimâ nocte meræ tenebræ, nisi hac face iter sibi aperiant. Verè Tertullianus lib. de Idololatriâ,

lite-

litemturam instrumentum esse ad omnem vitam. Erotianus Hippocratem sollicitæ elegantiæ ait, verborum & proprietatis sermonis studiosum. γέγονεν, inquit, ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιίαν δεχερὴς, περιγράψαι καὶ διάνοιαν ἱκανὸς, καὶ τῆς κοινῆς καὶ εἰς πολλοὺς πιπτούσης λέξεως ἐκλέξασθαι τὴν κυριωτέραν. *Eâque de caussâ multos præclaros Viros & Medicos & Grammaticos Hippocratem interpretari conatos, vocesq; ejus ad communem loquendi usum transtulisse* eodem loco refert, & complures Medicos & Grammaticos, qui Hippocratis dictiones interpretati sunt, recenset. Galenus ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος: Hippocratem τῆς ἑρμηνείας non solùm studiosum, sed ejus summam assecutum auctor est, cujus adeò imperitos alios Medicos narrat, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ἐστὶν ἰδεῖν καθ' ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας. Quod haud immeritò ridet & seriò elevat gravissimus auctor, atq; hanc caussam ait, cum omnes Hippocratem admirentur, ab ejus tamen lectione abhorreant, scilicet *cum legant, omnem operam ludere, quoniam ea quæ velit, non capiant.* Sanè Hippocrates sæpè in gravissimis rebus ad Grammaticen confugit, & argumentis à nominibus ductis utitur. Lib. περὶ ἱερῆς νόσου sollicitè inquirit in etymon τῶν φρενῶν, eorumq; opinionem refellit, qui φρένας ἀπὸ τοῦ φρονέειν καὶ νοεῖν dici putabant. Sed inter omnes & quidem præcipuos Grammaticos verticem attollit Galenus, quo verè dixerim

tim nemo felicius & copiosius ab omni antiquitate Philologiæ studia illustravit; cujus fidē nobis faciunt libri ab ipso relicti. Ne opus habeam ad illos provocare, quorum titulos non sine invidia legimus. Præterea cum admiratione observo, nullum ferè Philosophorum, quin aliqua ingenii sui monumenta Gramatica aut Philologica reliquerit. Legimus Theophrasti περὶ γραμμάτων, περὶ σολοικισμῶν. Chrysippi περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας. Sed satis erit intendisse digitum ad Diogenem Laërtium, qui eorum opera recenset. Plato verò quàm superstitiosè circa verba digladiatur, quàm studiosè illis inhæret, eorum origines quærit nec invenit! τὸν ἐτυμολογικὸν τόπον ὅλον, inquit Alcinous περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων, ἐν τῷ Κρατύλῳ διεξέρχεται. In quo quærit πότερον φύσει τὸ ὀνόματος ἐστιν, ἢ θέσει. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ θέσει ὑπάρχειν τὴν ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων. οὐ μὴν ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν. ἀλλὰ ὥστε τὴν θέσιν γίνεσθαι ἀκόλουθον τῇ τοῦ πράγματος φύσει. Etenim haud exigua aut otiosa existimanda est τῆς ἐτυμολογίας ἐπίσκεψις, cum ad rei dubiæ fidem recta nominis interpretatio multum ponderis adferre solet, siquidem non temerè, sed judicio & ratione nomina rebus imposita statuamus. Sed de his Cap. X. egi. Quinctilianus lib. I. cap. IV. scribit *Aristotelem & Theodectem verba & nomina & conjunctiones tradidisse*. Aristoteles sæpe ex nominum argumentis rei veritatem proponit, sollicitè in vocum proprietate labo-

laborat, & ſæpè conqueritur vocabula rebus imparia, ut Meteorologicon lib. IV. cap. III. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πέπονα τῶν πεπεμμένων, κατὰ μὲν τὴν αὐτὴν ἰδέαν, μεταφορᾷ δὲ, διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον, ὀνόματα καθ' ἑκάστην τελείωσιν περὶ τὰ ὁριζόμενα ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος. Hunc eundem ſummum Philoſophum Critices Auctorem habemus, ut jam docui. Inprimis verò Stoici Grammatici ſtudia excoluerunt, auxerunt, & ſubtilitates non neceſſarias induxerunt, ut patet ex Diogenis Laërtii Zenone. Verba novarunt, & in minutisſimis nugis argutari de induſtriâ ſatis egerunt. Argumento eſt Chryſippus, quem Galenus libro de Hippocratis & Platonis decretis, ubiq; ſugillat vocabula nimis moroſè obſervantem, & inducentem ambiguitates vocabulorum Græcis inuſitatas. Vide Galenum initio lib. IV. Ciceron. V· de Finibus. Inde Varro IV de Lingvâ Latina: *Quod non ſolùm ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleanthis lucubravi.* Cleanthis ſcilicet Stoici. Plinius Proœmio ſuæ hiſtoriæ: *Audio Stoicos & Dialecticos, Epicureos quoq; parturire adverſus libros, quos de Grammatica edidi.* Scripſerat autem dubii ſermonis libros: adverſus hos Stoici dialectici aliquid moliebantur, quia, ut Seneca definit Epiſt. IICIIX. *Dialectica proprietates verborum exigit.* Stoici autem relictâ arte dicendi, ſolam argumentandi rationem detra-

detracto Rhetorum cultu, adsumserant, secuti strictum & collectum dicendi genus; inde propriè Dialectici. Dionysius Halicarnasseus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. eoq; nomine intelligendi apud Ciceronem. Malim itaq; legi apud Plinium: *Stoicos Dialecticos*. Non: *Stoicos & Dialecticos*. Sed ne solos Philosophos Grammaticos fuisse ostendam, certè & Oratores & Sophistæ ad hoc studiorum genus accesserunt, ut ex Philostrato, Svetonio & Suida constat. Imò, quod mireris, præcipui inter Romanos, rerum dominos, in tot occupationibus, in administratione imperii totius orbis, Grammaticæ studia diligenter excoluerunt. Equidem sic censeo, si tam vilis & abjecta hæc ars, si tam ridicula & inutilis, ut ejus calumniatores clamant, noluissent certè prudentissimi Viri erubescere posteritati, cui Grammaticæ monumentis nomen suũ transmiserunt. Quem mihi ex omni antiquitate dabis C. Julio Cæsare occupatiorem? Illi tamen vacavit in strepitu classicorum, in belli civilis incendio, de Analogiâ scribere. Ille inquam Cæsar, qui præstantissimorum gloriam eloquentiâ & arte militari non solum æquavit, sed longè excessit, tantùm ocii à se impetrare potuit, ut præter alia excellentis sui ingenii monumenta duos de analogiâ, aliosq; Philologi argumenti libros reliquerit. Quis M. Varrone eruditior? quis illo publicis negotiis districtior? Hunc tamẽ gravissimæ disciplinæ & Reipublicæ

cura ab his ſtudiis minimè avocavit. Quin de omnibus ferè Grammaticæ partibus ingentia volumina condidit. Imò de declinationibus ſcripſit, ut ipſe lib. VII. de lingvâ Latinâ teſtatur. Cicero quoq; pasſim Grammaticum ſe probat, ut Epiſt. XXII. lib. XIII. ad Atticum, ubi de verbo *inbibere* Grammaticâ fide diſputat. Sanè ejus ſtudium nullibi disſimulat; ideoq; & Varro, & Cæſar commentaria ſua ejus argumenti Ciceroni inſcripſerunt, tanquam illi, qui iis caperetur, rectèq; de hujusmodi judicare poſſet. Claudius Cæſar, ut Svetonius ſcribit, *commentus eſt literas tres, ac numero veterum quaſi maximè neceſſarias addidit. De quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidiſſet, mox Princeps non difficulter obtinuit, ut in uſu quoq; promiſcuo eſſent.* Alexandrum Homeri Iliada emendaſſe, vel ab Ariſtotele eam emendatam accepiſſe memoriæ proditum eſt. Plutarchus in Alexandro: ἦν δὲ φύσει φιλολόγος, καὶ φιλομαθὴς, καὶ φιλαναγνώστης. καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων. ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν. Sanè Regibus tàm familiaria fuiſſe ſtudia Philologica, ut etiam ad honeſtam animi remisſionem, & colloquia ſupra menſam iis uſi ſint, indicio eſt Plutarchus lib. Non poſſe jucundè vivi ſecundum Epicurum, quem ait in libro περὶ βασιλείας auſum fuiſſe ſcribere: τοῖς φιλομούσοις τῶν βασιλέων στρατηγικὰ διηγήματα, καὶ φορτικὰς

κὰς

κὰς βωμολοχίας ὑπομθύειν μᾶλλον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἢ λόγȣς περὶ μȣσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων περαινομθύȣς. I nunc & contemne hæc ſtudia, quæ non tantùm Philoſophos Auctores, ſed Dictatores, Imperatores & Conſules Romanos, Reges & Principes vindices & cultores habent. Sanè Romanos magni æſtimaſſe Grammaticæ ſtudia, abundè manifeſtum eſt ex eo, quod ſcribit Svetonius: *curam artis tantam increviſſe, ut ne clarisſimi quidem Viri abſtinuerint, quo minus & ipſi aliquid de eâ ſcriberent, atq; temporibus quibusdam ſuper viginti celebres ſcholæ in urbe tradantur, pretia Grammaticorum tanta mercedesq;, ut conſtet Lutatium Daphnidem ducentis millibus nummùm emtum, L. Apulejum quadringenis annuis conductum docuiſſe.* Quod multos movit, ut relictâ Philoſophiâ Grammaticæ ſtudia amplexi ſint. Refert enim idem Svetonius: *Aurelium Opilium Philoſophiam primò, deinde Rhetoricam, novisſimè Grammaticam docuiſſe.* Scilicet ut major merces docenti dependeretur. Quin & ſtatuæ poſitæ Grammaticis, ut aliis præclaris viris, quibus honor iſte conceſſus ob merita in Rempublicam, aut eminentem virtutis ſpeciem. Gratiâ Regum & Principum inclytos, & illorum inſtitutioni præfectos eosdem legimus. Nonnullos prætereà ad Rempublicam accesſiſſe, obiiſſe legationes notum eſt, quod & Svetonius de Cratete Mallote tradit, & Suidas Auctor Dionyſium Alexandrinum Neronis im-

perio fuisse ab epistolis, à responsis, & gravissimis legationibus functum. Sed parcam exscribere Svetonium, Suidam aliosq; Auctores, apud quos passim hujusmodi observare licet. Neq; enim hæc ars laudantis lenocinium requirit, cujus utiq; utilitas ac dignitas omnibus cognita & perspecta. Docebit ergò γραμματικὴ τῶν λόγων ἐμπειρίαν, ut Isidorus Pelusiota Epist. LXIV. scribit. & quod Cassiodorus Variar. lib. IX. ait, sit *fundamentum pulcerrimum literarum, gloriosa facundiæ mater, quæ cogitare novit ad laudem, & loqui sine vitio.* Sit, inquam, ut Synesius appellat, Philosophiæ soror, & quod Clemens I. Stromat. primus & secundus ad eam gradus. Neq; enim fraudem patitur, si eam Philosophiæ proximam non collocemus. Non statim exile est, quod alterius magnitudine deprimitur. Argentum licet aurum non sit, precium tamen suum illi remanet. Ita primis artibus sua dignitas constabit, etiamsi sublimioribus impares. Quæ vel ideò legitimo censu æstimandæ, quòd Philosophia ipsa, atq; adeò graviores scientiæ apud illas natæ & educatæ sint. Quod per eas demùm ad sapientiæ mysteria via aperta fuit. Quare si studiorum voluptates quærimus, si sermonem, summum & præclarissimum naturæ munus, cultum amamus, si animum ipsum politum, si Philosophiam nitidam volumus, si deniq; optimas artes, si sapientiæ studia amamus, non repudiemus hanc artem, quæ reliquarum

quarum omnium altrix, parens & propagatrix. Quam si maledictis & calumniis liberavi, si crimina illi objecta aut nulla, aut leviora ostendi, si deniq; honorem ejus dignè asserui, operæ meæ precium adsecutus sum. Hic enim præcipuus hujus πραγματείας finis, ad quem per has ambages aditus expediendus erat, haud dubiè prolixiores, quàm ratio instituti permittebat. Sed, ignosce lector, Grammatici crimen meum feceram, quantùm illi faverem ostendere libuit, qui etiam hæc ad Prisciani lucernam commentati sumus. Viderint tamen furiosè malevoli, ne pæana canant de alieno errore, quem nondum probârunt. Viderint ne triumphum agant de victoriâ, quam nunquàm obtinebunt. Sed ut expleam argumentum, secedendum ad alia, de quibus quàm brevissimè potero, dicam. Neque enim plenè illa docere æquum est, quæ tantùm inchoare, quorumq; velut lineamenta quædam & vestigia ostendere constitui.

CAPUT XX.

1. Διαλεκτική, λογική. 2. Etymon τῆς λογικῆς, λόγοι. Aristoteles explicatus. 3. Διαλεκτικὴ quomodo Aristoteli usurpata. 4. λογικὰ καὶ κενά. 5. Dialecticæ origo, definitio, & divisio.

SEcunda artium Logicarum Διαλεκτικὴ, quæ & ipsa λογική. Plutarchus lib. 1. de placitis Philosophiæ tres partes: Φυσικὴ, ἠθικὴ, λο-

γικὴ. λογικὸν δὲ μέρος, τὸ περὶ τὸν λόγον, ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσιν. Sextus Empiricus l. adversus Mathematicos. Galenus lib. ὅτι ἄριστος ἰα-
2. τρὸς καὶ φιλόσοφος. † A noticiis secundis, quas Aristoteles λόγους appellat. Metaphys. lib. II. cap. V. ubi interpretes hallucinantur. Metaphys. lib. I. cap. IV. ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν. οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς οὐ μετεῖχον. λόγους intellige noticias Dialecticas. Subnectit enim de Dialectica, qvam eos ignorasse ait, qui Ideas introduxerunt. Dialectica autem solam Logices partem τοπικὴν notat. λογικὴ verò generali nomine totam disciplinam, quæ ratiocinari docet. Apud Diogenem Laërtium lego Democritum libros τῶν λογικῶν re-
3. liquisse. † Aristoteli λογικὴ & διαλεκτικὴ eâdem quidem notione: quatenus intelligit probabilem dissertionem, non autem ἀποδεικτικήν. Joan. Grammaticus in I. Analyt. διαλεκτικὴν *& vera & falsa assumere*, ἀποδεικτικὴν *vera tantum*. Ergò διαλεκτικὴ disputatio, quæ opinione & probabili concepta. Analyt. poster. lib. I. cap. XVI. κατὰ δόξαν συλλογιζομένοις καὶ μόνον διαλεκτικῶς. Ibidem opponit συλλογίζεσθαι διαλεκτικῶς, & πρὸς ἀλήθειαν σκοπεῖν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Eodem lib. cap. XIX. λογικῶς & ἀναλυτικῶς opponit, & Metaphys. lib. XIII. cap. V. Quod verò Eudemior. lib. V. cap. IX. Ideas boni esse λογικῶς καὶ
4. κενῶς dici. † λογικὰ καὶ κενὰ, quæ speciem probabilis præ se ferunt, reverà tamen non sunt. Pla-

toni

toni εἰκότα. Aristoteli περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων, φαινόμενα κατὰ τὸ πρᾶγμα, οὐκ ὄντα. De Generatione animalium lib. II. cap. IIX. λογικὴ ἀπόδειξις. λέγω δὲ λογικὴν, ait, διὰ τοῦτο, ὅτι ὅσῳ καθόλου μᾶλλον, πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἐστὶν ἀρχῶν ἀποδείξεις. Quæ autem istiusmodi apparet ex iis, quæ Aristoteles Epicharmi & Democriti profert, de quibus ait. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος καθόλου λίαν καὶ κενός. οἱ γὰρ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν λόγοι δοκοῦσιν εἶναι τῶν πραγμάτων οὐκ ὄντες. Et statim: τὸ δὲ κενὸν δοκεῖ μὲν εἶναί τι ἔστι δ' οὐθέν. Vide Eudem. I. cap. VII. Aristoteli igitur λογικὴ est τοπικὴ, quæ διαλεκτική. Sed Plutarcho, Alexandro Aphrodis. in I. Topicon διαλεκτικὴ τοπικὴν & ἀποδεικτικὴν complexa. † Dialecticæ nomen & inventionem Platoni debemus. Siquidem vera sunt, quæ Diogenes Laërtius, vel potius apud eum Phavorinus tradit. Qvanquam idem Diogenes in Empedocle: Aristotelem in Sophistâ scribere, Zenonem Dialecticam, Empedoclem Rhetoricam invenisse. Plato in Phædro Dialecticos se vocare ait, τοὺς δυναμένους εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν. & profitetur se ἐραστὴν τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν. Cratylo: Dialecticum se appellare τὸν δ' ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον, ut Aristoteles I. Analyt. cap. I. Minimè tamen existimandum à Platone Dialecticam cœpisse, cujus usus Philosophis jam olim notus. Sed primus induxit κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον. Nominis autem origo ab 5.

Eristicis Philosophis, qui posteà Dialectici. Methodum verò Dialecticam Aristoteles sibi adscribere videtur, quamvis constet Archytam ante eum Dialecticam in artem redegisse. Logica, ut Plato definit, *ἡ τȣ͂ διαλέγεσθαι ἐπιστήμη.* hoc est, interprete Apulejo, *ars disserendi.* Senecæ Epist. XXCIX. tertia Philosophiæ pars, *quæ proprietates verborum exigit, & structuram & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant.* Boëtius autem & alii Philosophiæ partem negant, quippe quæ nec eundem finem habet, nec universi materiam obtinet. Logica Peripateticis duplex: Dialectica & Apodictica sive analytica. Dialectica versatur in communi & probabili, seu, ut Joan. Philoponus in IV. Phys. *ἐν τοῖς ἐξ ἐνδόξων καὶ πιθανῶν ὡρμημένοις.* Analytice occupata in propriis & necessariis, ipsaq; demonstratione. Utitur autem vocibus, ex quibus Categoricæ, & enunciatis, ut Cicero, sive, ut Varro, proloquiis, & argumentationibus. Sed hæc ab iis petenda, qui logicæ artis præcepta conscripserunt.

CAPUT XXI.

Rhetoricæ 1. *Definitio,* 2. *Finis,* 3. *Partes.*

ULtima Logicarum Rhetorica; eam definit Gorgias apud Platonem *πειθȣ͂ς δημιȣργόν, καὶ τὴν πραγματείαν αὐτῆς ἅπασαν καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τȣ͂το τελευτᾶν.*

pers

persvasionis opificem, omnemq́, ejus operam & summam ad hoc tanquam finem referri. Quam definitionem rejicit Quintilianus lib. II. cap. XVI. simili ferè usus ratione, quâ eandem repudiat Sextus Empiricus adversus Mathematicos cap. XIIX. ubi & Aristotelem, qui *artem orationis* definierat, reprehendit. Rectius Stoici apud Diogenem Laërtium in Zenone: ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν. quamvis ne hæc quidem Sexto placuit. Eam tamen retinuerunt Latini, qui Rhetoricam *benè dicendi scientiam* definiunt. Quintilianus, Curius Fortunatianus, Sulpitius & alii. *Oratorem virum bonum, dicendi peritum* auctore Catone, Seneca procemio Controv. Plinius lib. IV. Epist. *Oratoris officium benè dicere in causis civilibus, finis persvadere, quatenus rerum & personarum conditio patitur,* idem Fortunatianus lib. I. quæ & apud D. Augustinum lib. de principiis Rhetoricæ extant. † Sed de officio & fine Rhetoricæ controversum. Clemens Alexand. Stromaton lib. I. finem Rhetoricæ vim persvadendi, cui accedunt Isocrates & Gorgias Leontinus apud Quintil. lib. II. Cic I. de Invent. *Officium Rhetorices benè dicere, finem persvadere.* Quintilianus lib. II. cap. XVI. *finem ejus, benè dicere.* Sed confundit finem & officium. Aristoteles Rhetor. lib. I. ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. hoc est, ut Quintilianus interpretatur, *Rhetorica est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia.* Dirimit controver- 2.

ſiam Ariſtoteles I. de Rhetoricâ, cujus verba: καὶ ἐ τὸ πεῖσαι ἔργον ἀυτῆς ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις. ὀυδὲ γὰρ ἰατρικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις ἐ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν. *Perſvadere non eſt officium Rhetoricæ, ſed videre quid in ſingulis probabile aut ad perſvadendum idoneum; ſicut & in aliis artibus. Neq; enim medicinæ ſanare, ſed laborare in ſanitate reſtituendâ.* Nempe duplex artium finis; τὸ προσεχὲς τέλος, καὶ τὸ πόῤῥω τέλος. Rhetoricæ finis propior, appoſitè dicere ad perſvadendum: finis remotus, perſvadere. Pari modo ut in medicinâ; cujus finis propinquus laborare in ſanitate reſtituenda, remotus, ſanare. Seneca de beneficiis lib. VII. cap. XIII. *Quædam ejus conditionis ſunt, ut effectum præſtare debeant: quibusdam pro effectu eſt, omnia attentaſſe, ut efficerent. Si omnia fecit ut ſanaret, peregit medicus partes ſuas. Etiam damnato reo oratori conſtat eloquentiæ officium, ſi omni arte uſus eſt.* Ariſtot. Topic. lib. I. cap. II. *Nec Rhetor omnibus modis perſvadere ſolet, nec medicus ſanare, ſed ſi nihil eorum, quæ adhiberi poſſunt, omiſerit, rectè artem ſuam illum ſcire dicemus.* Rhetorica igitur στοχαστικὴ, ut Plato in Philebo appellat, quæ non ſemper ratione, aut per ſe fine ſuo potitur, ſed conjecturâ eum asſequitur, ad quem quo pacto quàm commodisſimè perveniat, deliberare & conſulere poteſt.

3 † Rhetoricæ ſubjectum variè diviſum. Cicero

I. de

I. de Invent. materiam Rhetoris tribus caussarum sive quæstionum civilium generibus finit, quod technici ferè omnes sequuntur. Partit. verò Rhetoricam divisit in vim oratoris, orationem & quæstionem. Quinctilianus lib. II. cap. XIV. in artem, artificem & opus. Boëtius de differentiis Topicis lib. IV. jam quinq;, jam sex Rhetoricæ partes enumerat. Plato apud Diogenem Laërtium sex ejus partes facit: προτροπὴν, ἀποτροπὴν, κατηγορίαν, ἀπολογίαν, ἐγκώμιον καὶ ψόγον. Aristoteles lib. III. tres Rhetoricæ partes recenset, exornationem, deliberationem & judicium. Quinctilian. lib. III. cap. III. Stoici apud Diogenem Laërtium tres ejus partes statuunt: συμβουλευτικὴν, δικανικὴν, καὶ ἐγκωμιαστικήν. Dividunt deinde εἰς τὴν εὕρεσιν, φράσιν, τάξιν καὶ ὑπόκρισιν. Galenus lib. Num ars tuendæ sanitatis ad medicinam pertineat ad Thrasybulum: ὥσπερ οὖν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς μιᾶς οὔσης τέχνης ἄλλην μὲν τινα προοιμίου, διηγήσεως δὲ ἄλλην, καὶ πίστεών γε, καὶ τῶν καλουμένων ἐπιλόγων, ἄλλην εἶναι συγχωρήσω τέχνην, εἰ μοι μόνον ἕν γε τοῦτο φυλάττοιτο μιᾶς εἶναι τέχνης αὐτὰ, εἴτ' εἴδη βούλει καλεῖν, εἴτε μέρη. Philo περὶ ὀνείρων sex Rhetoricæ partes recenset: εὑρεῖν, φράζειν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνήμην, ὑπόκρισιν. Sed abjungendum est, ne ad technicos excedamus.

CAPUT

CAPUT XXII.

Mathematices, 1. etymon, 2. ſubjectum & ordo. 3. Mathematicæ diſciplinæ definitæ & diviſæ, 4. Apulejus emendatus.

SEries rerum ad Mathematicas diſciplinas nos vocat. Plato in Phædone auctor eſt, animas ab initio unà cum mundo natas, virtute & ſcientiâ præditas, ſedes in extimo cœli dorſo occupaſſe, ubi rerum divinarum contemplatione fruerentur. Illas verò, quas terreſtrium rerum cupido tangeret, ſenſim ex orbe in orbem dilabi, pasſim ferociæ, arrogantiæ, ſtuporisq; morbo infici, & deniq; in corpora humana immigrare; quibus velut obſcuro carcere incluſæ & ſpisſisſimâ caligine circumfuſæ, nihil omnino ſentiunt aut cernunt, ſed oblitæ originis; metu, ſpe, libidine aliisq; humani affectus perturbationibus infeſtantur. Quæ verò ex iis ad ſe redeunt, & liberæ humano contagio oculos ad divina attollunt, cognoſcunt reminiſcẽdo, quæ anteà perceperunt. Ita diſcere nihil aliud erit, quam recordari, & μάθησις repetitio ej9 ſcientiæ, quæ jam in animâ antequam corporis domicilium ingrederetur. Ea verò ἀνάμνησις nuſquam manifeſtius ſeſe prodit, quàm in his ſcientiis. In quibus & accurata ordinis ratio, ideoq; recordationi excitandæ efficaces. Ordinis enim obſervàtionem neceſſariam ad recordandum,

dandum, & sola animalia, quæ ordinis & numerorum cognitionem habent, recordari Aristoteles prodidit. Hinc ergò κατ' ἐξοχὴν Mathematicæ, quæ suppeditant recognitionem rationis, quæ olim in animâ. Proclus in Euclid. Mathesin æternarum in animâ rationum reminiscentiam. & Mathematicam, eam cognitionem, quæ ad earum rationum ἀνάμνησιν confert. Sed ab his dissentit Aristoteles Analyt. poster. lib. I. cap. I. lib. II. cap. XIIX. Quamvis Socrates apud Platonem in Menone, interrogat puerum quædam Geometrica de quadrati dimensione, & ille ita respondet, quasi Geometrica didicisset. Quo probare nititur Plato, discere nihil aliud, quàm cum animus quasi quâdam reminiscenriâ rationem suam revocat. Sed hæc Platonis ridet & explodit Arnobius lib. II. adversus gentes. Tertullianus de animâ, Augustin. de Trinitate lib. XII. cap. XV. † Cassiodorus de arte Grammatica: *Mathematica quatuor complectitur disciplinas, id est, Arithmeticam, Geometricam, Musicam & Astronomicam. Quam Mathematicam latino sermone possumus appellare doctrinalem quo nomine licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quæcunq; docent: hæc sibi tamen commune vocabulum propter suam excellentiam propriè vindicavit.* At aliis Mathematicæ à certitudine dictæ, quia ex probitatis & concessis demonstrationes colligunt, quæ nec mentis investigatione parantur, sed præscriptæ oculis percipiuntur. † Mathematicè considerat 2.

res

res in abſtracto. Ariſtoteles de Animâ lib. I. cap. I. & I. Metaphyſ. Proclus in Euclidem: Mathematicas contemplationes oriri à rebus, quas ſenſu capimus, pervenire tamen πρὸς τὰ νοητά. Hac ratione Mathematicæ contemplatio non tantùm circa τὰ νοητὰ, ſed etiam τὰ αἰσθητὰ, ſcilicet per abſtractionem. Eâ mente Ammonius in Porphyrii Iſagogen Mathematicam ex parte verſari circa τὰ ἔνϋλα, ex parte vero circa τὰ ἄϋλα. Themiſtius in Ariſtotelis lib. I. Phyſ. Mathematicas ſcientias ambiguæ ſubſtantiæ. Nam ſi in commune conſideres à materia ſeparatæ ſunt; ſi verò ipſam dimenſionem ſpectes, materiæ conjunctæ. Euſtratius in Ariſtot. Ethic. Nicom. lib. VI. cap. IIX. Joannes Philoponus Grammaticus in Ariſt. lib. I. de Animâ. Peripateticis una eſt ἡ καθόλου μαθηματικὴ, complexa omnes Mathematicas diſciplinas. Sed omnis res aut ſub intelligentiam cadit, aut ſenſu percipitur.
3. Plato V. de Republicâ. † Illa igitur καθόλου μαθηματικὴ dividitur in Arithmeticam & Geometriam, quæ circa τὰ ἄϋλα καὶ νοητὰ verſantur. Aliæ verò, ut λογιστικὴ, ἁρμονικὴ, ὀπτικὴ, γεωδαισία, κοσμογραφία, μηχανικὴ circa τὰ ἔνϋλα καὶ αἰσθητά. Geminus περὶ μαθημάτων τάξεως. Ideo & Pythagoras duas tantùm ſcientias Mathematicas conſtituit, Arithmeticam & Geometriam. Pythagoræi tamen recenſent Arithmeticam, Muſicam, Geometriam & Aſtronomiam; quam diviſionem ſequitur Ammonius in Porphyrii

phyrii Isagogen. Proclus in Euclidis lib. I. Aliter tamen Alexander Aphrodisæus in III. Metaphys. Aristot. Plutarchus de Musicâ, Mathematicam triplicem facit: Musicam, Arithmeticam, Geometriam. Eadem tamen divisionis ratio. Sed quia de rerum magnitudine divisâ aut conjunctâ Mathematicæ disciplinæ agunt, rectè quatuor recensentur. Numeros incompositos Arithmethica, compositos Musica considerat. Magnitudinem conjunctam eamq; immobilem, qualis est terræ, Geometria perpendit, mobilem, ut cœli, Astronomia. Archytas Tarentinus in Aristotelis prædicamenta: *τὸ γὰρ συνεχὲς ποσὸν, ἢ ἀκίνατον, καὶ ποιεῖ τὰν γεωμετρίαν, ἢ κινατὸν, καὶ ποιεῖ τὰν ἀστρονομίαν. τὸ δὲ διωρισμένον, ἢ ἀκίνητόν ἐστι, καὶ ποιεῖ τὰν ἀριθμητικάν, ἢ κινατὸν καὶ ποιεῖ τὰν μυσικάν.* Proclus Comment. in Euclid. lib. I. cap. XII. Eustratius VI. Ethic. cap. IIX. Arithmeticam priorem Geometriâ, atq; adeò omnes Mathematicas scientias præcedere, auctor est Simplicius in Categ. & Phys. lib. I. Nicomachus lib. I. Arithmetices: *τίνα οὖν ἀναγκαῖον πρωτίστην τῶν τεσσάρων τούτων μεθόδων ἐκμανθάνειν; ἢ δηλονότι τὴν φύσιν πασῶν προϋπάρχουσαν καὶ κυριωτέραν, ἀρχῆς τε καὶ ῥίζης, καὶ οἱονεὶ πρὸς τὰς ἄλλας, μητρὸς λόγον ἐπέχουσαν; ἔστι δὲ αὕτη ἡ ἀριθμητική*, & quæ apud illum sequuntur. Ideò & præstantissimam omnium censebat Plato, sine quâ scilicet reliquæ subsistere non possunt; cujus item usus frequens

&

& præcipuus ἐν τῇ πολιτικῇ διοικήσει, ut docet VII. de Republ. Πολιτικὴ verò omnium artium Princeps. Aristoteles I. Ethicor. & I. Rhetor. ad Theodectem. Et accuratior sanè illa scientia, quæ τὸ διότι docet, quàm quæ simpliciter τὸ ὅτι, deinde quæ τὰ νοητὰ, quàm quæ τὰ αἰσθητὰ, deniq; cujus principia simpliciora. Aristoteles Analyt. post. lib. I. cap. III. Simplicissimum autem Arithmeticæ principium unitas, hoc est, punctum, quod situ vacat. Quanquam & Geometriæ principium punctum. Sed punctum quod situm obtinet. Joan. Grammaticus in Aristot. Analyt. post. lib. I. cap. XXIII. & numeri elementa simplicia, à materiâ segregata. Unitas igitur simplicior, ideoq; & numerus, quippe quæ sine puncto. Punctum sine unitate poni non potest. Cedit igitur simplicitate, quia non est sine unitatis appositione. Neq; enim punctum nisi in magnitudine, quare situm obtinet ratione partium magnitudinis. Ideoq; rectè Psellus: τῶν ἄλλων αὕτη (ἀριθμητικὴ) καθηγεμών, καὶ πρωταίτιος. ἅτε καὶ ἁπλουστέρα καὶ στοιχειώδης, καὶ πρὸς ἐκείνας εὐθέως διαβιβάζουσα. Arithmetica est ἐπιστήμη ἡ τὴν φύσιν τε καὶ δύναμιν τῶν ἀριθμῶν ἀναδιδάσκουσα. Eustratius in VI. Ethic. cap. IIX. Plato in Polit. Arithmeticen numerorum differentias considerare. Subjectum igitur Arithmeticæ numerus. Principium numeri Μονάς. Psellus: ἀρχὴ ἀριθμοῦ παντός, καθέστη-

θέστηκεν ἡ μονάς. ἀνάριθμος πηγὴ ἀριθμῶν. ἀριθμὸς γὰρ ἐστι τὸ ἐκ μονάδων πλῆθος. ἡ δὲ μονάς, ἀριθμὸς οὐκ οὖσα, γεννητικὴ ἐστιν ἀριθμῶν πηγὴ καὶ ῥίζα. Euclides elementis Arithmeticis: Ἀριθμὸς, τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος. Numerus simplex aut comparatus. Simplex ἄρτιος aut περιττὸς Nicomachus: ἀριθμός ἐστι πλῆθος ὡρισμένον, ἢ μονάδων σύστημα. ἢ ποσότητος χῦμα, ἐκ μονάδων συγκείμενον. τοῦ δὲ ἀριθμοῦ πρώτη τομὴ, τὸ μὲν ἄρτιον, τὸ δὲ περιττόν. ἔστι δὲ ἄρτιον μὲν, ὅ οἷόντε εἰς δύο ἴσα διαιρεθῆναι, μονάδος μέσον μὴ παρεμπιπτούσης. περιττὸν δὲ τὸ μὴ δυνάμενον εἰς δύο ἴσα μερισθῆναι, διὰ τὴν προειρημένην τῆς μονάδος μεσιτείαν. Περισσὸς, ἀσύνθετος aut σύνθετος. Comparatus consideratur ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἀναλογίᾳ, & est, γραμμικὸς, ἐπίπεδος, στερεὸς, ut tradit Diophantes in Arithmetica, quæ hactenus inedita. λόγος δύο ἀριθμῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιὰ σχέσις. ἀναλογία ἐστὶ δύο καὶ πλειόνων λόγων ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιά τις ἐμφέρεια. Psellus. Arithmetica parit λογιστικὴν, quam Hero Alexandrinus ita definit: λογιστική ἐστι θεωρία, ἡ τῶν ἀριθμητῶν: οὐχὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν μεταχειριστική. οὐ τὸ ὄντως ἀριθμὸν λαμβάνουσα: ὑποτιθεμένη δὲ, τὸ μὲν ἓν ὡς μονάδα: τὸ δὲ ἀριθμητὸν, ὡς ἀριθμόν. οἷον τὰ τρία, τριάδα εἶναι: καὶ τὰ δέκα, δεκάδα. Ἐφ᾽ ὧν ἐπάγει, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀριθμητικὴν θεωρήματα Plato in Philebo duplicem ait Arithmeticam. & alias facultates ei ξυνεπομένας, τὴν διδυμότητα ἐχούσας ταύ-

τlω, ὀνόματ☉ ἑνὸς κεκοινωμϑύας. λογιϛικὴ ergò Arithmeticæ ὑπάλληλ☉, & propriè πρακτικὴ. Plato in Charmide λογιϛικlὼ scientiam numeri paris & imparis. Est autem συνθετικὴ καὶ ἀναλυτικὴ. συνθετικὴ, vulgaris supputandi ratio, quæ ϛοιχειωματικὴ est aut ψηφολογικὴ. Aut λογιϛικὴ ἑξακοντάδων, quæ & τεχνικὴ. λογιϛικὴ ἀναλυτικὴ item duplex: hæc utitur ὑποθέσει ὡρισμϑύῃ, illa ὑποθέσει ἀορίϛῳ, & apellatur σχηματιϛικὴ. Musica ἐπιϛήμη τȣ̃ μέλȣς. Aristoxenus de Musicâ. Hippocrates de diætâ. Plato in Philebo. Augustinus de Musicâ, & Martianus Capella *scientiam benè modulandi* definiunt. Minus exactè. Unicam enim ejus partem tantùm complexi sunt. Est autem θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ. θεωρητικὴ, est φυσικὴ, quæ animo cognata, ut Joan. Philoponus Grammat. in III Phys. Aristot. ἰδίως φυσικὴ, & τεχνικὴ. Ea est triplex: ἁρμονικὴ, ῥυθμικὴ, μετρικὴ. Plato II. de Legibus. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδȣ. Μȣσικὴ δὲ τὸ μϑὺ ἄῤῥυθμον ἐν ῥυθμοῖς, τὸ δὲ ἀνάρμοϛον ἐν ἁρμονίᾳ, τὸ δὲ ἀπῳδὸν καὶ ἐκμελὲς μέλ☉ κατεπάδȣσα. Ἁρμονικὴ, ut Ptolemæus definit, δύναμίς ἐϛὶ καταληπτικὴ τῶν ἐν τοῖς ψόφοις περὶ τὸ ὀξὺ καὶ βαρὺ διαφορῶν. Seneca Epist. XXCIIX. Ῥυθμικὴ observat rythmos & numeros, τὴν ταχύτητα καὶ βραδύτητα τῆς φωνῆς. ῥυθμὸς δὲ τάξις ἔμμελ☉ ἀκολȣ́θȣ ἁρμονίας. Suidas, qui & ἁρμονίαν, ῥυθμὸν καὶ

μέτρον

μέτρον distingvit. Augustinus de Musica lib. V. Μετρικὴ perpendit τὴν μακρότητα καὶ βραχύτητα τῆς φωνῆς, & agit περὶ στοιχείων, περὶ συλλαβῶν, μετρῶν, ποιημάτων, de quibus & Grammatica, licet Musicæ propria. Dionysius Halicarnasseus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Proclus in Timæum Platonis lib. V. Musica πρακτικὴ complectitur τὸ χρηστικὸν μέρος, καὶ ἐξαγγελτικόν. τὸ χρηστικὸν consistit in μελοποιΐα, ῥυθμοποιΐα καὶ ποιήσει. Aristoteles IIX. Politic. cap. ult. ἐξαγγελτικὸν est ὀργανικὸν, ᾠδικὸν καὶ ὑποκριτικόν. Plato verò apud Diogenem Laërtium: τοῦ ἐξαγγελτικοῦ τὸ μὲν διὰ τοῦ στόματος μόνον. δεύτερον δὲ διὰ τοῦ στόματος καὶ τῶν χειρῶν. τρίτον ἀπὸ τῶν χειρῶν μόνων. Geometriam Hero Alexandrinus definit ἐπιστήμην μεγεθῶν καὶ σχημάτων, καὶ τῶν περιοχῶν καὶ περάτωσιν ταῦτα, ἐπιφανειῶν καὶ γραμμῶν· τῶν τ' ἐν τούτοις παθῶν καὶ σχέσεων, καὶ ἐνεργειῶν, ἐν μορφαῖς καὶ κινήσεων ποιότησι. Proclo vero ἐστὶ γνωστικὴ ἐπιστήμη μεγεθῶν καὶ σχημάτων, καὶ τῶν ἐν τούτοις περάτων. ἔτι δὲ τῶν λόγων, τῶν ἐν αὐτοῖς καὶ τῶν παθῶν, τῶν περὶ αὐτὰ καὶ τῶν παντοίων θέσεων καὶ κινήσεων. Geometria versatur circa σημεῖα, γραμμὰς, γωνίας, ἐπίπεδα καὶ τὰ στερεά. Eustratius lib. VI. ἠθικῶν cap. IIX. γεωμετρικὴ περὶ μεγέθη ἔχει καὶ τὰ ἐν τούτοις σχήματα ἐπίπεδά τε καὶ στερεά. ἐπίπεδα μὲν, τρίγωνα καὶ τετράγωνα, καὶ κύκλους καὶ τὰ τοιαῦτα. στερεὰ δὲ σφαίρας, κυλίνδρους, κύβους, κώνους καὶ τὰ ὅμοια.

Proclus in Euclid. lib. II. Duæ ejus partes; illa figuras planas, quæ lineâ rectâ metiuntur, contemplatur, & propriè γεωμετρία, nonnullis ἐπιπεδομετρία appellatur; hæc corpora solida considerat, & στερεομετρία dicitur. Plato VII. de Republ. Proclus in Euclid. lib. I. Sed posteriores Geometriæ nomine utramq; complectuntur. Ex Geometria descendit γαιωδαισία & ὀπτική. Aristoteles Analyt. post. lib. I. cap. X. & Joan. Grammat. in Analyt. post. lib. I. cap. VII. Γαιωδαισία scientia demetiendi terram, aliis γαιωμορία. & eadem est ratio γεωμετρίας καὶ γαιωδαισίας, quæ Arithmeticæ & Logisticæ, ut hæc πρακτική, illa θεωρητική. Ita Seneca Epist. XXCIIX. de Romanorum Geometriâ, quæ potius γαιωδαισία. *Quid mihi prodest scire agellum in partes dividere? Quid prodest colligere subtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens.* Ὀπτική agit περὶ τῶν ὄψεων, ut Euclides κατοπτρικοῖς, vel potius de visu & ejus accedentibus. Visus objectum τὸ ὁρατὸν, quale est lumen & color. Aristoteles lib. II. de Animâ cap. VII. & X. Joan. Grammat. in Analyt. post. lib. I. cap. X. Sed ut τὸ ὁρατὸν triplici modo cernitur; per ἰθυφάνειαν, vel εὐθυωρίαν seu recto adspectu, κατ' ἀνάκλασιν, reflexa visione, & κατὰ διάκλασιν, cum res objectas in alia re expressas intuemur. Proclus in Euclid. lib. I. cap. XIII. ita ὀπτικὴ triplex. & prioris modi scientia ὀπτικὴ, alterius κατοπτρική, ultimi verò σκηνο-

σκηνογραφικὴ, de quâ Vitruvius lib. VII. aut μεσοπτικὴ, Reliquæ duæ κοσμογραφία & μηχανικὴ aliarum auxilio utuntur. κοσμογραφία est διαγραφὴ τοῦ παντός. divisa in ἀστρονομίαν & γεωγραφίαν. Astronomia Platoni in Symposio definita ἐπιστήμη περὶ ἀστρῶν τε φορᾶς καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας. Proclo verò ἐπιστήμη ἡ περὶ τῶν κοσμικῶν κινήσεων, καὶ περὶ μεγεθῶν, καὶ σχημάτων, καὶ φωτισμῶν, καὶ ἀποστάσεων, τῶν ἀπὸ γῆς καὶ τῶν τοιούτων ἀλαμπάντων διαβάνουσα: Πολὺ μὲν ἀπολάυουσα τῆς αἰσθήσεως: πολὺ δὲ πρὸς τὴν φυσικὴν ἐπικοινωνοῦσα θεωρίαν. Alcinous de decretis Platonis: κατ' Ἀστρονομίαν ἐν τῷ οὐρανῷ θεασόμεθα ἄστρωντε φορὰς καὶ οὐρανοῦ, καὶ τὸν δημιουργὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, μηνῶν τε καὶ ἐνιαυτῶν, ἐξ ὧ κατά τινα οἰκείαν ὁδὸν, καὶ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν ζυτήσομεν. Seneca *cœlestium notitiam* vocat, ut planè Joan. Grammaticus Analyt.post.lib. I.cap.X.Subjectū ergò Astronomiæ cœlum, οὐσία αἰσθητὴ, ut Aristoteles XII. Metaphys. cap. I. αἴδιος δὲ ποιεῖται τὴν θεωρίαν. Ideoq; nobilissima. Themistius I. de Animâ cap. 1. Veteres quidem Astronomiæ & Astrologiæ nomine sine discrimine usi. Quanquam Astronomia, μετεωρολογικὴ, cœlestia absolutè considerat, temporum distinctiones notat, & motum corporum cœlestium observat, Astrologia verò eorum effectus. Nam ex diathesi & motu astrorum futura prænunciat, κατὰ τὴν φυσικὴν, ut Ptolemæus inquit, ἰδιοτροπίαν, καὶ κατὰ τὸν ἁρμόττοντα τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον,

που. ideoq; eadem περιφρητικὴ dicta, & eſt universalis aut ἀριθμητικὴ λογικὴ. † Apulejus Floridis: *ſiderális ſcientia, numinum vagantium ſtatus, ambitus, utrorumq; varios effectus in genituris hominum oſtendens.* Quæ verba in veteri libro rectius concepta videntur hoc modo: *luminum vagantium ſtatos ambitus, eorumq; varios effectus.* Diodorus Siculus lib. 1. de ſtudiis Ægyptiorum: τάς τε τῶν πλανήτων ἀςέρων κινήσεις καὶ περιόδους καὶ ςηριγμοὺς ἔτι δὲ τὰς ἑκάςου δυνάμεις πρὸς τὰς τῶν ζώων γενέσεις τίνων εἰσὶν ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἀπεργαςικαὶ, φιλοτιμότατα παρατετηρήκασι. Ea diviſa in εισαγωγικὴν & ἀποτελεσματικὴν. Geographia orbis, quem habitamus, deſcriptionem promittit, & dividi ſolet in χωρογραφίαν ac τοπογραφίαν. Μηχανικὴ in conficiendis machinis & inſtrumentis occupata eſt, eaq; dividitur in λογικὴν & χειρουργικὴν. Atq; hæc ſaltuatim de artibus Mathematicis, ſecuti antiquam & receptam traditionem. Scio diſputari ſolere, an περιπολιθεύμασι, an ſcientiis annumerandæ, & Mathematicen ſcientiarum numero cenſeri non poſſe, quia non ſubſtantiam ſed accidens conſideret. Ariſtoteles Metaphyſ lib. IV. cap. I. ideo & Platoni IX. de Republ. inter ſcientias locum nullum obtinere. Ita nec Muſica nec Aſtrologia ſcientiæ, quæ III. Analyt. ὑπάλληλοι Arithmeticæ & Geometriæ conſtituuntur. Muſica conſenſum ſonorum contemplatur, hunc efficiunt numeri. At ii non ſeparati à materia,

materiâ, ſed ſiti in corporibus, quæ harmoniã efficiunt. Mathematice verò ut punctum aut lineam non conſiderat materiâ annexam, ſed ab eâ ſegregatam, ita nec numeros. Nam Phyſicæ tota hæc contemplatio, quatenus res materiis immixtæ. Huc pertinet illud Ariſtotelis Eudem. I. cap. VII. Principia mathematices non eſſe propria. Adde & ſine cauſsâ. Cauſſæ enim definiuntur per motum. Mathematica verò immobilia. Ideo nec in iis bonum. III. Metaphyſ. Bonum enim finis eſt. Is verò actus. Actus autem non ſine motu. Nulla prætereà in Mathematicis præcipua demonſtratio. Nam definitio non aſſumitur & externa eſt. Denique cujusq; rei una eſt Demonſtratio, hîc verò plures. Sunt infinita, quibus diſciplinas Mathematicas ſcientias negant, quæ de induſtriâ prætermitto. Nec minus valida argumenta, quibus eas ſcientias vindicant. Sed de iſtiusmodi agere non eſt hujus locii. Nam adfectata ſubtilitas ingenioſis relinquenda eſt. Simplicius autem & brevius inſtituenti minimè neceſſe eſt per iſtas ambages incedere, præſertim cum has ipſas artes libare tantùm, non docere velim.

CAPUT XXIII.

1. Omnium artium commune vinculum. 2. Virtutes inter ſe connexæ. 3. Totius univerſi ratio ex diverſis conſtricta.

1. Omnium autem harum artium commune quoddam vinculum, quo inter se jugatæ & nexæ, mutuis auxiliis principi & reginæ Philosophiæ conferunt, quam conjunctionem Basilius Orat. πρὸς τοὺς νέους, οἰκειότητα appellabit; ea quibus subsidiis mutuò suffulta docet Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VI. Et sanè verum est, quod scribit Aristoteles Analyt. post. lib. I. ἐπικοινωνοῦσι πᾶσαι αἱ ἐπιστῆμαι ἀλλήλαις. Grammatica per omnes artes radices suas emisit, quæ ipsis rebus prima elementa, & artibus ac scientiis fundamenta suppeditat, ut haud absurdè Evodius Epist. ad Agnellam scripsisse videatur: *Artes liberales Grammaticam, quasi nutricem præ foribus collocasse.* Nam cum mens nostra in intellectu ea concipit, quæ nobis ad rerum cognitionem auxilia suggerunt, illaq; animi cogitata voce prodi solent. Nil enim aliud voces, quàm signa aut notæ affectuum animi. Indicia verò animi nostri exhiberi inprimis necessarium rerum cognitioni propagandæ: Ideoq; & voces. Oportebat enim ignorantes per eas instruere, & quod Poëta ait, doctrinam proferere. Hinc ergò disciplinæ iis constitutæ, quæ inde Logicæ appellantur, Philosophiæ quædam instrumenta. Et Grammatice quidem docet rectè loqui, proinde ars erit orationis. Logica verò ea, quæ mente concepimus, aptè disponit, ideoq; illa rationis. Omnium ergo prima

γραμ-

γραμματικὴ singulis confert, omniumq; discipli-narum communionem juvat, sine quâ nullas caperemus. Neq; enim animi mentem nisi per voces, ejus signa, exprimimus. Plato in Cratylo, ut Alcinous colligit: περὶ τὸ διαλεκτικόν τε καὶ τοῦτο ὑπάρξει, τὸ τοῖς ὀνόμασιν ὀρθῶς χρῆσθαι. *Quemadmodum enim textor radio à fabro confecto rectè utitur: ita & Dialecticus cum* ὀνοματοθέτης *nomen rei imposuit, aptè eo uti didicit.* Sed latiùs excedens Grammatica, quæ barbara, quæ impropria, quæ inusitate & contra loquendi legem usurpata docet. Ab illâ ergò Rhetorica hæc assumit, & præter ea schemata & tropos. Virtutes & vitia scriptorum eadem Grammatica, quamvis Dialecticæ præsidium senserit, notat, quid in verbis laudandum, quid indecorum & aptum rebus ac personis observat. Quæ omnia exactè oportet noverit orator, sine quibus scilicet nec rectè scribere, nec quicquam ad imitandum seligere poterit. Rhetorica verò quæ à Grammaticâ accepit, incidit & expolit, ipsasq; res suavitate condit & decenti cultu induit. Quanta autem cognatio Dialecticæ & Rhetoricæ docet Aristoteles de Rhetoricâ ad Theodect. lib. I. cap. I. Alexand. Aphrodisæus in Aristot. Topic. lib. I. cap. I. Boëtius I. de differentiis Topicis. Philo Judæus διαλεκτικὴν τῆς ῥητορικῆς ἀδελφὴν καὶ δίδυμον ait. Cicero in Bruto *Dialecticam constrictam esse eloquentiam.* I. Academ. *Dialecticorum & oratorum unam vim.* Aristote-

les Orat. pro Rhetoricâ: *Dialecticam Rhetoricæ partem.* Sed hæc ſententia Rhetore, non Philoſopho digna. Rectè verò Ariſtides ῥητορικὴν παραφυὲς τῆς διαλεκτικῆς. Nempe Dialectica omnem materiam complexa. Ideoq; velut magna arbor, cujus virgultum ῥητορική. Ita μόριον καὶ ὁμοίωμα τῆς διαλεκτικῆς. Nam & Logicæ pars cenſetur. & eâdem formâ ac ratione argumentandi, ac velut διαλεκτικὴ omnium ſcientiarum principiis utitur, ut docet Joan. Grammat. in Ariſtot. Phyſ. lib. I. Verè ergo ejus ὁμοίωμα ῥητορική. Dialectica omnium maximè generalis cum ſingulis communicat, Ariſtoteles Analyt. poſt. lib. I. cap. IIX. Idem Ariſtot. Topicor. lib. I. cap. II. de multiplici ejus utilitate copioſè diſſerit. Jamblichus Epiſt. ad Sopatrum: ὁρᾷ γὰρ ὅτι καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον διατελεῖ χρησιμώτατον ὂν διαφερόντως, ἐν μὲν τοῖς ἐντεύξεσι προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις, κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ δόξας. ἐν δὲ τοῖς εὑρήσεσι τῶν τεχνῶν, τὰς πρώτας ἀρχὰς αὐτῶν ἀνευρίσκων. λογιζόμενον δὲ περὶ τῶν ἔργων, ὅπως αὐτὰ χρὴ πράττειν. Sanè Dialectica ἐξεταστικὴ οὖσα, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. Inde omnibus artibus & ſcientiis utilis & neceſſaria, quæ quia rectâ ratione progrediuntur, cujus regulas ἀναλυτικὴ docet, rectè omnibus inſervit, cumque ipſas res definiat, ac judicandi viam ac normam doceat, commune artium inſtrumentum. Quanquam non propriè artibus nata, ſed Philoſophiæ.

Sed

Sed cum Philosophiam spectat, etiam ipsas artes, quæ ejus gratiâ existunt. Hinc Jamblichus Epist. ad Dexippum: Dialecticam mortalibus dedisse Calliopen τὴν τ̃ μȣσῶν πρεσβυτάτην, quæ ut dux carminis præcinit & concinentium harmoniam temperat: ita διαλεκτικὴ, omnium artium princeps, singulis confert, & methodum ostendit, ut docet Plotinus Ennead. lib. III. Martianus Capella lib. IV. de Dialecticâ: *Meiq; prorsus juris esse, quicquid artes cateræ proloquuntur. Nam neq; ipsam, quam aures vestræ probavere, Grammaticam, vel illam formarum diversa radio ac pulvere lineantem sine meis posse rationibus explicari quis dubitet? Quippe in ditione meâ, jureq; consistunt normæ, quis constant cateræ disciplinæ.* Augustinus de ordine lib. II. cap. XIII. *Dialectica disciplina disciplinarum. Hæc docet docere, hæc docet discere. In hac se ipsa ratio demonstrat atq; aperit, quæ sit, quid velit, quid valeat.* Mathematicas disciplinas omnium accuratissimas & utilissimas multis probat Plato in Philebo; illarumq; usum latissimè sparsum, & partes suas conferre ad omnia studia humana. Ideoq; primas has artes apud Græcos, tanquam doctrinæ quædam rudimenta discebant, quia scilicet ad reliquas scientias aditum aperiũt. Nam & ingenia acuũt, eorumq; solertiã augẽt, ad rerũ contemplationem excitant, & celeritatem quandã percipiendi conciliant. Et quoniam imitatione percipiuntur, aptæ puerilibus animis qui

qui ea potissimùm ducuntur. Eratosthenes τὴν ἀναλογίαν conjunctionem Mathematicarum existimabat. Sed Proclus affirmat ἀναλογίαν unum quoddam esse, & commune rebus Mathematicis, multaq; alia ad Mathematicas scientias referri; quæ communi naturâ rebus Mathematicis insita. Sanè illarum nexum satis ostendit μαθηματικὴ illa universalis, quæ tanquam una omnium istarum principia complectitur, quatenus sibi invicem communicant & differunt perpendit, singularum proprietatem considerat, & vices illarum, ut usus & ratio postulat, in se transfert. Ipsa deinde prima Φιλοσοφία Mathematicas disciplinas continet, & firmiores reddit. Unde Platoni VII. de Republ. τῶν μαθημάτων θριγκὸς ἡ φυλακή. Cognatum prætereà illarum omnium subjectum τὸ ποσόν. Arithmetica & Musica separatam magnitudinē conjunctā, id est, numeros cōsiderat. Geometria magnitudinē cōjunctam stabilem & im̄otam, Astronomia mobilē Eustratius VI. Ethic. cap. IIX. Nicomachus: δύο μέθοδοι ἐπιτήψονται ἐπιστημονικαὶ, καὶ διακρινήσουσι πᾶν τὸ περὶ ποσοῦ σκέμμα. ἀριθμητικὴ μὲν τὸ περὶ τοῦ καθ' ἑαυτό. μουσικὴ δὲ περὶ τοῦ πρὸς ἄλλο. πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ πηλίκου, τὸ μέν ἐστιν, ἐν μονῇ καὶ στάσει. τὸ δὲ ἐν κινήσει καὶ περιφορᾷ. δύο ἕτεραι κατὰ ταῦτα ἐπιστῆμαι, ἀκριβώσουσι τὸ πηλίκον. τὸ μὲν μένον καὶ ἠρεμοῦν, γεωμετρία. τὸ δὲ φερόμενον καὶ περιπολοῦν, σφαιρική. Arithmetica meritò prima, quæ reliquis omnibus usui, ut multis idem Nicomachus docet. Ab eâ & Musica principia su-

mit. Nam ut Arithmetica proprietates numerorum absolutè considerat: ita Musica easdem in sonorum differentiis & proportionibus contemplatur. Ratio enim harmoniæ, quæ est Musicæ, numeris & figuris constat. Ideoq; Aristoteles Analyt. poster. I. cap. X. τῆς ἁρμονικῆς subjectum sub Arithmeticæ subjecto contineri scribit. Harum auxiliis Geometria & Astronomia utuntur. Nam sine Arithmeticâ Geometria subsistere non potest. Numerorum enim cognitio prior denotatione linearum, & ex numeris lineæ inventæ, ex lineis figuræ productæ. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τ̃ ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. τοιαῦτα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν τε καὶ γραμμικὴν θεωρίαν, αἷς οἷον ἐπιβάσεσιν, ἀστρονομία καὶ ἀρχιτεκτονία χρῆται. Astronomia à Geometriâ lineas & figuras ad cœlorum orbes, siderum conversiones considerandas, corporum cœlestium intervalla colligenda, eorũq; magnitudinem describendam adsumit. Ab eâdem ὀπτικὴν mutuatur, sine qua nulla de rebus cœlestibus contemplatio ritè institui potest. Illa docet rationes, cur astra plana appareant, cum sint Sphærica. Cur nos semper sequi videantur. Eidem debet certam motuum rationem, à quâ & παραλλάξεις καὶ κῶνους umbrarum, & quæ caussa eclipsium colores pariat discit. Ad explicandam verò harmoniam, quam cœlorum orbes variâ conversione efficiunt, Musicas rationes advocat. Unde Plato VII. de Republicâ Musicam & Astronomiam ἀλλήλων ἀδελφάς.

Nam & Pythagoras prodidit *totum hunc mundum Musicâ ratione factum, septemq́; stellas inter cælum & terram vagas motum habere ῥυθμὸν, & intervalla Musicis diastematis congrua.* Præter hæc cognationem Mathematicarum ostendunt communia theoremata, ut sunt de proportionibus, rationum compositionibus, divisionibus, conversionibus ac permutationibus, & quæ communiter circa æquale & inæquale versantur. Ita quæ sunt de triangulis & quadrangulis Geometria primùm considerat, deinde Arithmetica analogiâ eadem in numeris contemplatur. Rectè ergò Nicomachus de his disciplinis: *εἴ τις εἰς ἓν βλέπων πάντα μανθάνει, δεσμὸς γὰρ ἁπάντων τούτων εἷς.* & Plato VII. de Repub. eas omnes *ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν καὶ ξυγγένειαν* discendas ait. Porrò inter præcipua Grammaticæ studia *τῶν ποιημάτων ἐπίσκεψις.* Necesse est igitur numeros poëticos accuratè consideret. Est enim poësis sine concentu, ut Plato in Gorgiâ, sermo familiaris. Pars autem Musicæ *μετρικὴ* de syllabis, pedibus & poëmatis agit. Hanc ergo contemplationem Grammatica ab illâ haurit. Augustinus lib. II. de Ordine cap. XIII. De Musicâ lib. II. Simili modo Rhetorica eandem hanc de metris doctrinam à Musicâ sumit. Necessaria enim Oratori poëtarum lectio. Quanquam & alia adminicula ab eâ petat Oratoria: *ῥυθμίαν* sive aptum & decentem corporis motum, in quo magna pars actionis

Vocis

Vocis flexum & modulationem, quæ inprimis admovendos adfectus pertinet. Nam & in oratione ſonus pro rerum modo adhibetur. Verborum etiam aptam collocationem & ſtructuram ab eâdem mutuatur, ut ſit totus orationis curſus inoffenſus, & ſuavitas quædam pedibus comprehenſa. Geometriam verò maximam cum Oratoriâ habere cognationem docet Quinctilianus lib. I. cap. XIIX. Præclarè ergò, ut omnia, Plato in Epinomide: *δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις.* Quam Platonis ſententiam Nicomachus in Arithmeticam ſuam tranſtulit, & Cicero III. de Oratore ita expreſſit: *Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam ſocietatis vinculo contineri.* & Orat. pro Archiâ: *Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.* Quæ verba, neſcio qui Arpinates de ſolâ poëticâ & hiſtoriâ capiunt. Sed næ illi peponem loco cordis habent. Quaſi verò Orator aut Poëta nullis aliis artibus inſtructus, quàm ſolâ hiſtoriâ. Hinc Mythica Theologia Muſas implicato amplexu illigatas choros ducere tradidit, tanquam ſi imaginem hujus conjunctionis exhiberent. Et Muſæ ipſæ quaſi ὁμοῦσαι. Syneſius Dione: *τὰς δὲ Μούσας ὁμοῦ τε οὔσας ἐμφαίνει τὸ ὄνομα.* Casſiodorus Variarū III. *Muſæ verò quaſi ὁμοῦσαι dicũtur, quod invicẽ ſicut virtutes neceſſariæ ſibi*

eſſe

2. *esse videantur.* † Etenim ut disciplinæ, ita quoq; virtutes uno vinculo copulantur. Nulla virtus sine ratione est, aut sine prudentiâ percipi potest, quâ scilicet vitanda aut expetenda discernimus. Vitia verò & illicitas voluptates nobis fugiendas; & quicquid laudabile & honestum, appetendum docet. Ex illa igitur reliquæ virtutes tanquam ex fonte deducuntur. *διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις*, ait Epicurus, *ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταί.* Inde & rectè Stoici: *φρόνιμός τε ἐστὶ καὶ ἀνδρεῖος καὶ δίκαιος καὶ σώφρων.* *Ἡ εὐβουλία*, inquit Hierocles, *καὶ γεννᾷ τὰς ἀρετάς, καὶ τελειοῖ, καὶ συνέχει, μήτηρ ἅμα καὶ τιθηνός, καὶ φύλαξ αὐτῶν γινομένη.* Sed illi temperantia suas vices confert, ne capta & inescata voluptatum blandiciis, mentem è stabili rationis sede deturbari sinat. Fortitudo eandem ab imminentium formidine liberat, ne turbata animi æquitas rationem deserat. Justitia quoq; hanc regit, ut æquabilem ubiq; tenorem servet. At hæc ipsa, quæ tam lato æqualitatis usu in omnes sese diffundit, ut eas totas occupârit, aliarum tamen auxilio utitur, nec societatem recusat. Prudentiæ rationem debet, sine qua nihil æquabile aut justum. A fortitudine verò constantiam assumit; quippe quæ *constans voluntas jus suum unicuiq; tribuendi*, ideoq; & modum, quo indigebat, à temperantia mutuatur, cujus ductu rectè facta præmiis remunerabit, vitia verò & fraudes

des damnis, ignominiis, exiliis deniq; aut morte multabit. Est enim ἕξις τῆς ἰσότητ☉ διανεμητική, quæ in pœnis & præmiis distribuendis consistit. ἐλπίδα ἢ τιμῆς καὶ φόβον τιμωρίας, rectè Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς appellat. Fortitudinem verò ratio quasi quibusdam munimentis cingit; cui & temperantia modum præscribit, ne terminis suis mota temeritatem induat. Nec justitia permittit, ut humanitatis oblita duritiem adfectet. Illa verò constantiam singulis impertit, sine quâ nulla virtus perfecta esse potest. Unde & Stoicis Sapientia, quæ ipsis omnium virtutum σύνθεσις, constans animi habitus. Hinc ille Senecæ: *Quid est sapientia? semper idem velle atq; idem nolle.* Temperantia deniq; animum componit, & affectus coërcet. & quia singulis modum præfigit, per omnes virtutes sparsa & diffusa est. Sed illa quoq; à fortitudine & justitiâ, firmitatis & æqualitatis auxilia petit. Ratio ergò prudentiæ est, justitiæ æqualitas, constantia fortitudinis, temperantiæ modus. Sed hæc ita cujusque propria, ut omnibus promiscuè insita sint, & ab uno capite orta pro suâ portione singulis communicent. Ἀδελφαὶ ἀλλήλων αἱ ἀρεταὶ καὶ πολλὴν φέρουσι πρὸς ἀλλήλας τὴν ὁμοιότητα, inquit Eustratius in Aristotelis VI. ad Nicomach. Et Augustinus Epist. ad Hieronymum. Prudentiam nec ignavam, nec injustam, nec intemperantem esse posse. Nam si aliquid horum fuerit,

S pru-

prudentia non erit. Ita de justitiâ, fortitudine & temperantiâ existimandum. Quare ubi una earum adest, alias quoq; adesse necesse est, ubi verò illarum aliqua deest, verè nulla est, etiamsi quodammodo esse videatur. Aristoteles ad Nicomach. lib. VI. Seneca Epist. LXVI. Cum itaq; inter se tam arctè colligatæ & implicitæ, ut sejungi non possint, passa est sese induci Philosophia, ut statueret, neminem unquam unam virtutem possidere posse, quin omnes simul possideat, de quo est illud Chrysippi apud Laërtium: *ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν.* Galenus *ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος: σύμπασαι γὰρ ἀρεταὶ ἀλλήλαις ἕπονται, καὶ οὐχ οἷόν τε μίαν ἡντιναοῦν λαβόντι, μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας εὐθὺς ἀκολουθούσας ἔχειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδεμένας.* *Omnes se mutuò sequuntur* ait, *& qui unam habet, omnes habeat necesse est rectè insequentes, & velut uno fune revinctas.* Quam sententiam reperit Plato in Euthydemo & Protagora. Clemens Alexand. Stromaton lib. II. Cic. II. de Offic. II. Tuscul. & Plinius Panegyrico. Quare cum & disciplinæ simili complexu constrictæ, haud absurdè dixerim quisquis illarum vel unam ignoraverit, hunc nullam verè didicisse. † Nunc
3. ut ad externa te vocem, converte quæso mentem ad contemplationem universi, explora solertiam naturæ, & admirandam ejus pulcritudinem considera, deprehendes profectò de

pluri-

pluribus unam, omnia admirabili quadam continuatione serieq; rerum conglobata, & quæ Heracliti sententia est: ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Intuere hunc orbem, qui circum supraq; nos tegit. Vides tot syderum faces diverso effectu, vario ortu & obitu, quasi internecino bello dissiderent, passim oberrare; ipsamq; Lunam, Solis æmulam, cornuatâ fronte adspectantium oculis, penè dixerim, facie ridentis abblandiri. Harum cohærentiæ & ordinato nexui mundus ornatum suum debet. Si enim sparsæ sua spatia implerent, si incerto & erranti motu singulæ laberentur, desereret cœlum elegantia, & velut in tempestate omnia tumultu oppleta turbarent. Quid loquar ingentem hanc insulam, communem omnium civitatem? nonne commixtione diversarum substantiarum conflata est, & earum temperamento ac mutuis officiis, velut amicitiæ quodam fœdere sociata, in ipsius naturæ, ut videtur, divortio, stabili concordiâ hæret. Ipsa quoq; formæ nostræ pulcritudo idem fatetur. Aspice corpus humanum, ut omnia inter se membra apto connexu ad usum simul & decorem consentiant; quæ si singula capias, deformia & inutilia. Sed ipsius corporis compago nonne ex nervis, ossibus, & id genus aliis composita est? quæ sanè si distrahas & singula sumas, usus illis nullus erit. Quid multa? in hoc solenni sexuum officio, quo naturæ instinctu ad generationem fungimur, mas & fœ-

mina coitu miſcentur. Ars picturæ diverſis colorum pigmentis aptâ confuſione temperatis cum ipſius naturæ veritate certare audet. In choro Muſico diverſæ & diſſonæ voces concentum miſcent. Equidem tota humanitas ordinatâ vice officiis ſuis fungitur, quæ velut vinculis quibusdam inter ſe colligata, ut circuli catenarum, qui mutuo connexu hærent. Longum eſt ire per ſingula, certè quoquò te verteris eadem rerum ſeries occurrit. Semel dixerim, nihil ſuâ ſibi vi pollere, ſed ſingularum rerum conſenſu & congregatione ſubſiſtere, quicquid ſpecie pulchri aut perfecti admirationem invenit. Adeò ut verum ſit Pythagoræ ſcitum: *Communem quandam omnium cognationem eſſe.* & Platonis illud in Menone: *Naturam ſibi usquequaq; conſonam & totam cognatam.* Eſt etiam Ciceronis illa vera & nota vox: *Nullum genus rerum, quod aut avulſum à cæteris per ſeipſum conſtare, aut quo cætera ſi careant, vim ſuam atq; æternitatem conſervare posſint.* & Auguſtini lib. II. de Ordine: *Lapis ut eſſet lapis, omnes ejus partes omnisq; natura in unum ſolidata eſt. Arbor non eſſet, ſi una non eſſet. Quid membra cujuslibet animantis ac viſcera? Certè ſi unitatis patiantur divortium, non erit animal. Populus una Civitas eſt. Ex multis militibus fit unus exercitus.* Quare artium cognationem & mutuum fœdus tollere, quid aliud quis dixerit, quàm impio certamine naturã rerum laceſſere, & communi omnium legi reſtra-

refragari velle? Ut igitur universa unâ vi atque una consensione naturæ constricta sunt, ita mirus quidam doctrinarum consensus & societas reperitur. Quod tum demum apparet, cum totum Philosophiæ corpus animo complexi sumus, & ingenii nostri aciem per omnes ejus, ut ita dicam, articulos & vertebras transmiserimus.

CAPUT XXIV.

1. Εγκυκλοπαιδεία. 2. Cyclicæ disciplinæ. ἐγκύκλιος παιδεία. 3. Circulus disciplinarum. ἐγκύκλια παιδεύματα, μαθήματα, κυκλικὰ μαθήματα. κύκλος, κύκλος παιδείας. Orbis. Μουσικὴ, ἐγκύκλιος παιδεία πολυμάθεια, ἐγκύκλιος παιδεία. 4 ἐγκύκλια unde appellata. 5. ἐγκύκλια quid notent. 6. Aristotelis opera ἐγκύκλια καὶ ἐποπτικά. 7. Eustratii error περὶ ἐγκυκλίων Αριστοτέλους. 8. χοροὶ ἐγκύκλιοι. 9. ἐκκύκλημα. περικυκλεῖν. 10. ἐπικὸς κύκλος. 11. Scriptor Cyclicus, & de eo error interpretis Horatii. 12. Horatius explicatus. 13. κύκλῳ διδάσκειν. 14. κύκλῳ θεραπεύειν. 15. Cyclus quid medicis Methodicis. 16. Circulo servos manumittere. 17. Dionysii κύκλος.

PRoinde cum mutuo complexu disciplinæ inter se colligatæ; omnesq; artes & scientiæ cognationis nexu revinctæ, communes quasdam proprietates habeant, quas sibi 1.

per amicas vices mutuò impertiunt, antiqui doctrinæ orbem constituerunt, veluti perfectum quendam scientiæ cinnum, ex diversis aptum & temperatum, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, & ipsas, quas continet disciplinas, ἐγκύκλια μαθήματα, ἐγκύκλια, ἐγκυκλίους παιδείας.
2. † Martianus Capella artes liberales, quas Satura dictante se scripsisse fingit, *Cyclicas disciplinas* appellat. Vitruvius lib. I. *Encyclios disciplina uti corpus unum ex variis membris est composita.* Lib. VI. *Et eâ arte, quæ non potest esse probata sine literaturâ, encyclioq; doctrinarum omnium disciplinâ.*
3. † Augustinus lib. contra Academicos III. *Sed dum ad istarum disciplinarum, quibus excoluntur animi, circulum revocare vos cupio.* Quinctilianus lib. I. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς: δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι. in Alexandro: καὶ τοῖς περὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐγκύκλια παιδεύματα οὐ πάνυ τι πιστεύων Theo Sophista Progymnasmatis: νυνὶ δὲ οἱ πλείους τοσοῦτα δέουσι τῶν τοιούτων ἐπαΐειν, ὥστε οὐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων ὁτιοῦν μεταλαμβάνοντες, ἅπτουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν. Auctor vitæ Hippocratis: συνασκηθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι. Philo περὶ γιγάντων: τὸ γὰρ οὐράνιον τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς. νοῦς δὲ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἑκάστων τὰ ἐγκύκλια, καὶ τὰς ἄλλας ἁπαξαπάσας ἐπιτηδεύει τέχνας. Tzetzes:

--- Ἐγκύκλια μαθήματα καλοῦνται,
Ὁ κύκλος τὸ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων,
Γραμματικῆς ῥητορικῆς, αὐτῆς Φιλοσοφίας,
Καὶ τῶν τεσσάρων δὲ τεχνῶν, τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων,
Τῆς Ἀριθμούσης, μουσικῆς, καὶ τῆς γεωμετρίας.

Scholiaſtes Ariſtophanis Νεφέλαις: κυκλικὰ μαθήματα. Strabo lib. I. Clemens Alex. Strom. lib. I. & paſſim. † Plinius præfat. Naturalis hiſt. Suidas. Syneſius Dione orbem diſciplinarum ἁπλῶς κύκλον vocat: ὅς οὐ περιετελέσθη τοῦ κύκλῳ, ἢ τὰ μουσῶν οὐκ ὠργίακε Ita Manilius lib. IV. 4

-- *numerisq; modisq; Conſummant orbem* --

hoc eſt, omnes Mathematicas diſciplinas aſſequuntur, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, Aſtronomiam, quæ τῶν μαθημάτων κύκλον conſummant. Scholiaſtes Ariſtophanis ἱππεῦσι in illis Ariſtophanis: οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι. Μουσικὴν interpretatur τὴν ἐγκυκλίον παιδείαν, ſive quod Μουσικὴ adhibita in primâ inſtitutione, ſive quod ἐγκύκλια μαθήματα & omnem liberalem eruditionem notet. Philo Judæus περὶ γεωργίας: καὶ ψυχῆς γαλακτώδεις μὲν ἂν εἶεν τροφαὶ κατὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, τὰ τῆς ἐγκυκλίου μουσικῆς προπαιδεύματα. Et deinde: γεωμετρία, καὶ ἡ ῥητορικὴ, καὶ ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μουσική. inde μουσικοὶ eruditi, & ἄμουσοι rudes & illiterati. Sanè τὰς ἐγκυκλίους τέχνας omnes ingenuas artes & liberalia ſtudia appellârũt. Stobæus ex Stoicis: Φιλομουσίαν καὶ Φιλοπραγματείαν,

ματείαν, καὶ φιλιππείαν καὶ καθόλου τὰς ἐγκυκλίους λεγομένας τέχνας, ἐπιτηδεύματα καλοῦσιν, ἐπιστήμας δ' οὔ. Scholiaftes Ariftophanis ἱππεῦσι: ἐγκύκλιος παιδεία, διὰ πάσης χωρεῖ παιδεύσεως, ταύτην παιδευθῆναι τὸν Θηβαῖον Ἐπαμινώνδαν, καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας. Ipfa ergo πολυμάθεια ἐγκύκλιος παιδεία. Sed de Epaminondæ πολυμαθεία alius dicendi locus. Certè ἐγκύκλιος παιδεία, πολυμάθεια. Ita ufurpatur ab Epiphanio hærefi XXXII. διὰ ὑπερβολὴν δὲ τῆς ἐκείνου παιδείας ἐγκυκλίου τε Πλατωνικῆς. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: τὸν ἐγχορεύοντα ταῖς ἐγκυκλίοις θεωρίαις καὶ πολυμαθίαις ἑταῖρον ὄντα. Nifi potius Philo diftingvere voluerit. † Ἐγκύκλια verò
5. à vulgari & communi ufu dici aliorum opinio eft. Sunt enim ἐγκύκλια vulgata, obvia & ufitata. Ita Ariftoteles Meteorologicon lib. I. cap. I. dicturum fe ait; περὶ κεραυνῶν, πτώσεως καὶ τυφώνων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων. & Οἰκονομικῶν lib. II. τῆς πολιτικῆς πρόσοδος ἀπὸ ἐμπορίων καὶ δι' ἀγώνων, εἶτα ἡ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων, id eft, ex rebus cottidianis & vernaculis. Suidas ἐγκύκλιον, ἁπανταχοῦ καθολικὸν interpretatur.
6. † Eâ ratione Ariftotelis opera ἐγκύκλια, vulgata καὶ ἐκδεδομένα, contra verò ἐποπτικὰ καὶ ἀκροαματικὰ, minimè protrita ac vulgata. † No-
7. tandus autem infignis error Euftratii, qui I. Ethic. ad Nicomachum cap. V. in iftis Ariftotelis: ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ

αὐτῶν. ἐγκύκλια ait, ἔπη τινὰ κατὰ τινὰ ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε. διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν. In illo poëmate Ariſtotelem περὶ εὐδαιμονίας egiſſe ſcribit, an ſcilicet aliquis beatus dici poſſit ex ſolo virtutis habitu. Sanè hoc argumento defungi non poterat ſine ingenii tormento, tali utiq; θέσει καὶ τάξει, quam tradit Euſtratius. Sed præter Euſtratiū, vir admirandi ingenii & eximiæ pietatis, τὰ ἐγκύκλια, neſcio quos verſus circulares capit. Rectè verò Simplicius in I. de cœlo: τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα exponit, πολλοῖς προτιθέμενα, ἅτινα καὶ ἐξωτερικὰ καλοῦσι. Ciceroni V. de Finibus, populariter καὶ πρὸς κοινὴν τὴν τῶν πολλῶν ὀφέλειαν ſcripta, quibus oppoſita ἐποπτικὰ καὶ ἀκροαματικὰ, in quibus Philoſophia remotior. Plutarchus in Alexandro. † Agellius lib. XX. Ammonius prolegom. 8.
in Categorias. χοροὶ ἐγκύκλιοι, qui ἐν τριόδοις καὶ ἐν τοῖς κύκλοις canebantur πρὸς διαστολὴν τῶν θυμελικῶν καὶ σκηνικῶν, quorum imaginem retinebant Romæ mimi planipedes, qui non in ſcenâ, ſed in circulis agebant. Quanquam Διθυραμβοποιῶν χοροὶ κυκλικοὶ, quia nullis ſtrophis aut antiſtrophis uſi, ut Ariſtoteles problem. XV. Sect. XIX. tradit. † Non dicūtur ergo ἐγκύκλια 9.
à machinâ theatrali, quæ ἐκκύκλημα, ut Pollux lib. IV. & Scholiaſtes Ariſtophanis Acharn. tradūt, cujus converſione res ſpectandæ exhibebantur,

quod περικυκλεῖν sive ἐκκυκλεῖν & κυκλοφορεῖν.
Nam eâ ratione ἐκκύκλια. Sed ἐγκυκλοπαιδείαν
sive κυκλοπαιδείαν dixerunt seriem omnium ar-
tium colligatam & connexam, à perfectissimâ
& capacissimâ circuli figurâ, quæ unâ & continēti
linea absolvitur, cujus περιφέρεια si intercisa es-
set, nulla jam ejus forma. Perpetuâ enim συνε-
χείᾳ ducta linea, redeat necesse est in punctum,
ex quo moveri cœpit. Ita harum artium orbis
perfecto & continuo circulo comprehensus. Sic
Plato VII. de Republ. τὴν συνέχειαν παντὸς
γραμμῇ ἀπείκασεν, δι' ὁμοιότητος καὶ ἀλληλου-
χίας τῶν δευτέρων ἀπὸ τῶν πρώτων ἀεὶ περαιούν-
10 των, κενοῦ δ' οὐδενὸς τὰ ὄντα διείργοντος. † Si-
mili modo κύκλον seu ἐπικὸν κύκλον appellârunt
corpus quoddam poëmatis, quod historiam my-
thicam complectebatur. Photius in Bibliothecâ
ex Proclo: Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπι-
κοῦ κύκλου, ὡς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς
μυθολογουμένης μίξεως. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν,
τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα. Κύκλον
igitur vocarunt hoc poëma, quoniam recto tra-
ctu & connexâ serie comprehensum. Refert
enim idem Photius τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα
διασώζεται καὶ σπουδάζεται τῆς πολλῆς, οὐχ' οὕτω
διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν
11. αὐτῷ πραγμάτων. † Inde Horatio *scriptor cycli-
cus*, qvem ridiculè & ineptè vetus ipsius Scho-
liastes interpretatur *circumforaneū, qui circumeat*
civit

civitates recitans sua scripta, & artes cyclicas, quæ nimiâ profunditate obscuritateq́; in gyrum vertuntur, propter nimias verborum ambages. † Ἐπικὸν 12.
κύκλον intelligit idem Horatius de Poëtica:

Nec circa vilem patulumq́; moraberis orbem.

Vilem, quia & Photius ait hoc poëma legi non ob præstantiam, sed cohærentem rerum ordinem. Deinde projecti & vilis animi κατὰ πλάτος καὶ παχυλῶς docere. Ideo & *patulum orbem*. Magnum enim opus oportuit. † Nam 13.
quæ κύκλῳ τὰ μυθολογούμενα enarrabat, certè κατὰ πλάτος ea docebat. Ideoq; in immensum excrevit opus, quod ex plurimis Poëtis congestum, ut ex I. Stromat. Clementis Alexand. apparet. Quæcunq; enim κύκλῳ ποιεῖσθαι Græci dicunt, ea καθολικῶς fiunt. Ita cum dicimus κύκλῳ διδάσκειν τὸν παῖδα, καθολικῶς eum docemus, orsi à primâ literaturâ, totum artium orbem, nullâ earum omissâ, complexi. † Sic 14
apud Medicos κύκλῳ θεραπεύειν. Vegetius de re veterinariâ lib. II. cap. VI. *cyclo curare*. Synesius encomio Φαλάκρας· τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. † Hunc cyclum me- 15.
thodicum describit Cælius Aurelianus tardarum passionum lib. I. *Resumtivi cycli ordinatio formanda hoc modo: primo die parvo cibo atque aquâ nutritus ægrotans, alio die levi motu exercendus, atque oleo perungendus. Perfecto resumtivo cyclo adhibendus erit μετασυγκριτικός. Primâ igitur die erit cibo abstinendus ægrotans,*

Tum

Tum aliâ die parvâ adhibitâ gestatione rursus panis dabimus tertiam partem. Et quæ sequuntur ad præscriptionem Cycli, cujus passim mentionem facit, & in diversis morbis diversos constituit. Est igitur Cyclus, medendi quædam species, certâ lege & ordine observato in recto cibi & remediorum usu. Quare κύκλω θεραπεύειν est ritè servatis omnibus à minimis remediis ad majora progredi, ut nihil prorsus
16. omittatur. † In Caji Institut. lib. I. tit. II. *Si testamento servorum manumissio circulo adscripta fuerit, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, agnosci non possit, nulli ex his libertatem valere manifestum est.* Sed haud dubiè voluntas testatoris erat, ut omnes manumitterentur, qui circulo
17. inscripti erant. † Dionysius Milesius scripserat κύκλον ἱστορικὸν, ut Auctor est Suidas. Opus, quantum existimo, varii argumenti, comprehensâ rerum serie. Nicephorus Callistus histor. lib. X. inter libros veteris Theologiæ laudat Dionysii coronam. Non dubito quin hoc loco Græci libri præferant: Διονυσίȣ κύκλον. Hac ergo ratione κύκλον παιδείας constituerunt & appellârunt.

CAPUT XXV.

Philosophia disciplinarum ἀρχιτεκτονική. *Ea divisa, & quod singulis ejus partibus artes inserviant declaratum.*

Adeò

ADeò ut non ſint plures artes, ſed unica ex diverſis conſerta & compoſita, quæ ducta ſerie ad unum finem relatæ coëunt, Philoſophiam, illarum omnium ἀρχιτεκτονικὴν. Hanc enim cum præcedunt, finem ſectantur. Nam ſi verum eſt, quod Alexander Aphrod. in I. Ariſtot. de Animâ, *quæ finem præcedunt, finis gratiâ fieri, & cujus gratiâ aliquid fit, finem putandum eſſe*, optimarum artium finis Philoſophia. Quare ut lineæ ab ambitu circuli ad centrum ductæ in περιφερείᾳ & plures & ſeparatæ: terminis verò earum centro aptatis & conjunctis, ſimul unum & plures lineæ: eâdem ratione plurimæ artes, & tamen una. Plurimæ, quà ſingulæ & disjunctæ. Una, quâ coactæ & collectæ ad centrum, quod Philoſophia occupavit. Quam cum omnes certum unumq; finem ſpectant, manifeſta earum conjunctio. Nempe diverſa navigantium officia in fine conſentiunt, ut ſcilicet feliciter navigent. In agrorum cultu variæ fabrorum operæ unum finem cogitant, agriculturam: ita varia artium miniſteria ad unum finem, Philoſophiam tendunt. Sunt enim principes ſcientiæ, quas Ariſtoteles ἀρχιτεκτονικὰς, Plato ἡγεμονικὰς vocat, quæ alias quasdam ſibi ancillantes habent, easq; complectuntur. I. Ethic. ad Nicomachum, τὴν ἱππικὴν complecti artem conficiendi inſtrumenta equeſtria, hāc verò bellicā artē cujus finis victoria. Inprimis verò expetendum finem τῆς ἀρχιτεκτονικῆς, cujus gra-

tiâ

tiâ alias sectamur. Ita Philosophia harum omnium ἀρχιτεκτονική, quas ancillas & ministras habet, cujusq; finem per istas expetimus. Inde prisca Theologia singulis artibus singulas Musas præfecit, Calliopen verò reginam & principem mutuam earum communicationem regere. Et Musas implicato nexu junctas choros ducere fingit, Apollinem verò μουσηγέτην lyrâ suâ præire modos & temperare numeros. Φιλοσοφία γὰρ, inquit Synesius Dione, ἐπὶ πάσαις ἐστί· καὶ τοι τοῦτο αἰνίττεται, τὸ τῇ συμφωνίᾳ τῶν μουσῶν εὐθὺς τὸν Ἀπόλλω παρεῖναι. *Philosophiam omnibus inesse*, ait, *illudq; satis ostendere, quod Musarum concentui Apollo adest.* Philosophia igitur omnes artes propinquâ cognatione conspirantes amplexa continet, earumque multiplici ministerio utitur. Duo namq; in homine principia constituunt: νοῦν καὶ ὄρεξιν. quorum illa rerum contemplationi dicata est, hæc actioni πράξεως γὰρ ἀρχὴ προαίρεσις. προαιρέσεως δὲ ὄρεξις καὶ λόγος. VI. ad Nicomach. Ex his ortum duplex Philosophandi genus, quorum alterum θεωρητικὸν, alterum πρακτικόν. Cum autem τὸ θεωρητικὸν in expendendâ rerum naturâ consistat, ratione essentiarum scientias, seu contemplandi methodos esse oportet. Res verò aliæ corporeæ & materiæ conjunctæ, quæ sensuum judicio patent. Aliæ incorporeæ & materiæ ita adhærentes, ut sine illâ non subsistere, mente tamen & cogitatione separari possint,

sint. Eustrat. VI. Ethic. Aliæ deniq; simplices, incorporeæ & materiâ solutæ. Hinc θεωρητικὴ φιλοσοφία triplex: Physiologia, Theologia, Mathematica. Nam istarum rerum primas Physica considerat, secundas Mathematica. unde Aristoteli τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὰ μαθηματικά. τὰ δ' φυσικὰ ἐξ προσθέσεως & VI. Metaphys. cap. I. τῆς μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν, οὐ χωριστὰ δὲ ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ. Has verò, quæ ratione vel naturâ à materiâ sejunctæ, æternæ & motu liberæ, Sapientia. quæ meritò prima, cujus scilicet notum & simplex subjectum, quæque caussis primis & notis utitur, & cum summum finem spectat, reliquis præstantior, quibus est ἀρχιτεκτονική, ideoq; & Philosophia κατ' ἐξοχὴν X. Metaphys. lib. XI. σοφία. lib. IV. πρώτη φιλοσοφία. lib. V. φιλοσοφία θεολογική. Physice proxima sensui persequitur, quæ cum primum finem non respiciat, secunda à Philosophia, & sublatâ divinâ, prima. Aristoteles III. Metaphys. Mathematica verò cum nobis & natura notis principiis utatur, perspicua ejus demonstratio. Suos prætereà gradus habet. Nam certior est illa, quæ versatur circa τὸ ποσὸν διωρισμένον, quàm quæ circa τὸ συνεχές. Geometria certior Astrologiâ. Reddit enim caussas theorematum & problematum Astrologiæ. Sed Astrologia nobilior, quæ sola inter Mathematicas, ut Ptolemæus scribit, de substantiâ perpetuâ atque immuta-

mutabili differit. Alii Mathematicen mediam collocant, quam velut expeditiorem viam mens transeat, cum res materiæ cognatas relinquere, & secedere ad puras ac sinceras parat, ut divinis præparetur, nec recens à contactu rerum materiæ adhærentium, ferendo splendori divinarum impar, in iis hallucinetur. Has tres Philosophias Theoreticas constituunt, ut multis docet Ptolemæus *μαθηματικῆς συντάξεως* lib. I. Plato verò Philosophiæ has partes statuit: *τὴν θέαν, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν, ἡ θεωρητική, τὴν πρᾶξιν τῶν καλῶν, ἡ δὲ πρακτική, καὶ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν,* quæ *διαλεκτική*. Sanè sententia illorum, qui mathematicis disciplinis inter scientias locum assignant, optimis rationibus subnixa est, quas hic fastidiosè repetere præter rem duco. Sed, quia convenientius instituto sermoni, sequamur antiquos, quibus sunt *προπαιδεύματα* & scientiarum quædam adminicula. Nam & Aristoteli IIX. Polit. inter pueriles disciplinas. & VI. ad Nicomachum cap IIX. puerili ingenio aptæ. Ubi Eustratius *τοὺς νέους ἁπλῶς μαθηματικοὺς εἶναι ἐντρέχειαν ἔχοντες τῆς φύσεως, κἀν τῇ τῆς ἡλικίας νεότητι, ὡς καὶ δυσχερῆ κατορθοῦν αὐτοὺς θεωρίαν τὴν ἐν μαθήμασι.* Certæ enim & faciles, ideoq; Philosophus in probandis suis axiomatis, demonstrationibus mathematicis utitur. Et Socrates apud Platonem utiles quidem ad sapientiam adipiscendam, ejus tamen nomine indignas. Plotinus adolescentibus eas tradendas

scri-

ſcribit, ut mentem ſenſuum vinculis paulatim ſolvant. Sed & λογικὴ cum ſcientiis inſeritur, ita ad illas transmigrat, ut earum nomen penitus induat. Ut ſi Phyſicæ adhibeatur, ſcientia naturalis erit, quæ nihil aliud, quàm Logicæ pars ἀναλυτικὴ, ad contemplationem rerum naturalium admota. Cum verò præcepta ac regulas methodi docet, commune eſt ſcientiarum inſtrumentum. Veluti cubitus cum eam partem corporis, quam metimur, cubitum dicimus, pars eſt; cum verò cubitum per ſe intuemur, inſtrumentum. Itaque ſi cum materia capimus, pars ejus, quod metimur; ſi verò ſine materia, inſtrumentum. Ita Logica ſi non admixta materiæ, regula & organon, rebus verò addita, partem intelligimus. Quare & hic non erit ſcientia, ſed quædam ad illam via. Theologia ſimplices formas & ab omni concretione materiæ ſegregatas contemplatur. Mathematicæ verò diſciplinæ à rebus corporeis ad ſimplicium conſiderationem mentem deducunt. Ut enim è tenebris protracti, ſi ſtatim in ſolis globum rectos oculos defigant, cœcutiunt, nec ſine lacrumis eum intuentur, niſi tractim adſveverint, ut conſvetudine luminis tenuioris firmata acies majorem ſplendorem ſuſtinere queat: Ita qui relictis rebus materiæ annexis, divinarum contemplationem adgrediuntur, mathematicis diſciplinis ſocietatem animi & corporis diſſolvant neceſſe eſt, ut ab iis, quæ ſenſu percipiuntur, πρὸς τὰ νοητὰ tranſeant. Ὅμμα γὰρ, inquit Nicomachus

verbis Platonis, τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀποτυφλουμένου καὶ κατορυττομένου, διὰ τούτων μόνων ἀναζωπυρεῖται καὶ ἀνεγείρεται. κρεῖττον ὂν σωθῆναι, μυρίων σωματικῶν ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἡ περὶ τοῦ παντὸς ἀλήθεια ὁρᾶται. Ideo rectè & eleganter appellat istas disciplinas κλίμακας καὶ γεφύρας, quibus ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ transcendimus. Δῆλον γὰρ, ait, ὅτι κλίμαξί τισι καὶ γεφύραις ἔοικε ταῦτα τὰ μαθήματα διαβιβάζοντα τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν καὶ δοξαστῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἐπιστημονικά. καὶ ἀπὸ τῶν συντρόφων ἡμῖν καὶ ἐκ βρεφῶν ὄντων συνήθων ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ἐπὶ τὰ ἀσανῆθη καὶ ἑτερόφυλα πρὸς τὰς αἰσθήσεις. Plato, ut Alcinous collegit: Μαθηματικὴ θεωρία animum acuit καὶ πρὸς ἐπίσκεψιν τῶν ὄντων ἀκρίβειαν παρέχει. Arithmetica τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ πλάνης καὶ ἀγνοίας ἀπαλλάττει ἡμᾶς, συνεργοῦν πρὸς τὴν τῆς οὐσίας γνῶσιν. Geometria qvoqve aptissima πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ γνῶσιν, si quis illam attigerit non πράξεως ἕνεκεν, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ ὂν ἀεὶ ἀνιέναι. Astronomia quâ cœlestia contemplamur, ἐξ ὧν κατά τινα οἰκείαν ὁδὸν καὶ τῶν ἁπάντων δημιουργὸν ζητήσομεν. Sed ut Astronomia ad illa nos excitat, quæ sola mente capimus, ita Musica, ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν ἐπὶ τὰ αὐτῷ τῷ νῷ θεωρούμενα ducit. Δεῖ γὰρ ὀξέως ἀπὸ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν μεταβαίνειν ἐπ' ἐκεῖνα, ἅ ἐστιν ἰδεῖν μόνῳ τῷ τῆς ψυχῆς λογισμῷ. ἔστι γὰρ ἡ τῶν μαθημάτων ἐπίσκεψις ὡς ἂν προοίμιόν τι πρὸς τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν.

Inde

Inde Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. ex verbis Platonis: ὥσϑ' ὃδ' αὐτὸς (Πλάτων) τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν συντελεῖν πρὸς τἀγαθὸν δίδωσιν συνεργεῖν δὲ πρὸς τὸ διεγείρειν καὶ συγγυμνάζειν πρὸς τὰ νοητὰ τὴν ψυχήν. Quæ ſentẽtia eſt Philonis lib. περὶ γιγάντων, ubi ait: θεοῦ δὲ ἄνθρωποι ἱερεῖς, τὸ αἰσθητὸν πᾶν ὑπερκύψαντες εἰς τὸν νοητὸν κόσμον μετανέστησαν, κἀκεῖθι ᾤκησαν ἐγγραφέντες ἀφθάρτων ἀσωμάτων ἰδεῶν πολιτείᾳ. Sed vide Platonis Epinomin, & VII. de Republ. ubi multis oſtendit has diſciplinas προσαναγκάζειν αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπεργαστικοὺς φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν. Admiranda enim in illis pulcritudo, exactisſimus ordo ac firma demonſtrationum certitudo. In Timæo: Mathematica animum exercere in abſtractionibus, & quædam eſſe rudimenta ad primam Philoſophiam. Proclus comment. in Euclid. lib. I. Opus & officium Mathematicæ cognitionem nobis inſitam movere, excitare intelligentiam; purgare cogitationem, demere oblivionem & ignorantiam, quæ ab ipſo ortu nobis adhæret. Planè ad DEI ſimilitudinem, qui cuncta divinis rationibus complet; animas ſopore liberat, & inquiſitione ad ſeipſas convertit. Hanc ſententiam omnes Platonici ſequuntur, qui Mathematicas diſciplinas adſcenſum ad divina præparare adfirmant. Synesius Epiſt. ad Orum: Aſtronomíαν vocat προσεχὲς προθμεῖον τῆς ἀποῤῥήτου

θεολογίας, eiq; tribuit ὑπηρέτας γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, ἀσφαλῆ τῆς ἀληθείας κανόνα. Vide Ptolem. μαθηματικῆς συντάξεως lib. I. Porro cum universi ratio ab æternâ mente ad numerum & harmoniam composita, nihilq; τ ὄντων συμμετρίας ἄτερ καὶ ἀναλογίας ἐστιν, Physica exactam concinnitatem τῆς τῶν ὄντων ἀναλογίας, καὶ συμφωνίας ex Mathematicis concipit: ex quibus & συμμετρίαν atq; æqualitatem, quâ corpora simplicia & elementa inter se concatenata; omniaq; adeò μετεωρολογικὰ, corporum cœlestium motus, periodos & spatia cognoscit. Neq; enim ex solis principiis Physicis intelligere licet, cur gemini soles & virgæ per nubes extensæ appareant, quæ caussa Irides excitet, cur coronæ circa stellas conspiciantur. Ad hæc investiganda Aristoteles Optices auxilium petiit, ejusq; ope deprehendit, binos soles conspici, cum radii oculo proliquati reflectuntur, coronam, cum illisi resultant ad visum, Irides utroq; modo fieri. Ita cum in Cometæ naturam inquirit, Optice docet eam non tam incendium exhalationum, quæ in supremâ aëris regione collectæ & conglobatæ, sed lucidam pyramida concursu radiorũ solariũ natã, qui perspicui corporis occursu ad perpendicularẽ sese illidunt. Et quia Mathematicæ disciplinæ præter Arithmeticã & Geometriã maximè circa res naturales occupantur, magis Physicæ appellatæ sunt. Considerant enim ea, quæ pendent á materiâ sensibus perceptâ, unde & principia

pia nonulla cum Phyſicâ communia ſumunt. Sed materiam rebus annexam contemplatur demonſtratione mathematicâ. Mathematicæ igitur ſimpliciter, Phyſicæ autem, quia res Mathematicas materiæ conjunctas ſpectant. Sanè in multis cognatis verſantur Phyſica & Mathematica. Ariſtoteles I. Phyſ. Doctrina de animâ Mathematicâ & Phyſicâ, ut idem Ariſtoteles, & Themiſtius initio in c 39 Phyſ. docet, qui in I. Analyt. poſt. cap XXVI ſcribit: *eum qui non attigerit diſciplinas mathematicas, ne veſtibulum quidem Philoſophiæ naturalis ingreſſum.* Vide Ptolemæum μαθηματικῆς συντάξεως lib. I. Speuſippus à ſcholâ ſuâ excludebat Muſicæ, Geometriæ aut Aſtronomiæ imperitum. Appellabat enim Mathematicas diſciplinas τῆς φιλοσοφίας λαβάς. Et Plato Epinomide: οὐδέ τις ἄλλως (ſine diſciplinis Mathematicis) μεταχειριεῖται φιλοσοφίαν, τύχην δεῖ καλεῖν συνεργόν. οὐ γὰρ ἄνευ τούτων ἡ ὁδός ποτε, ἀλλὰ οὗτος ὁ τρόπος. Hinc ergo Nicomachus: οὐκ ἄρα τούτων (μαθηματικῶν) ἄνευ, δυνατὸν ἀκριβῶσαι τὰ τοῦ ὄντος εἴδη, οὐδ' ἄρα τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀλήθειαν εὑρεῖν, ἧς ἐπιστήμη σοφία. Deinde ſi Philoſophia ὄρεξις καὶ μεταδίωξις τῆς σοφίας, quæ τῆς ἀληθείας γνῶσις, verum utique quærit. Neceſſe eſt igitur ſtatuere principia, & ea diſcernendi certos modos. Logica autem promittit contemplationem illorum, per quæ judicare & demonſtrare poſſumus. Philoſophiæ ergo confert,

& per universas ejus partes se exerit, adeò ut ἀναλυτικὴ nihil proprii habeat, sed per scientiarum subjecta evagata commune illarum instrumentum. Aristoteles lib. I. Top. cap. II. Dialecticam cōferre ait πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας· ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, ῥᾷον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα τἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος. Jamblichus ad Sopatrum de Dialecticâ; πρὸς γυμνασίαν δὲ καὶ πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας θαυμασίας οἵας μεθόδους παρεχόμενον. εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ πρὸ τούτων ἐννοεῖν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν μόριον φιλοσοφίας, ἄνευ τοῦ κατὰ διαλεκτικὴν λόγου παραγιγνόμενον. ἀλλὰ καὶ εἴ τι φυσικὸν δόγμα ἀνευρίσκομεν, λογικῶς αὐτὸ βεβαιούμεθα, καὶ ὅσα περὶ θεῶν σκεπτόμεθα, λόγος διαλεκτικός ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας. Hinc illa veteris Philosophiæ divisio in Physicam, Ethicam, Dialecticam. τὸ φυσικὸν μέρος, τὸ περὶ κόσμου. ἠθικὸν δὲ, τὸ περὶ βίου. διαλεκτικὸν, τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον, quasi reliquæ Philosophiæ partes Dialecticâ, velut spiritu continerentur. Posidonius Philosophiam animali similem aiebat; sangvini & carni Physicen, ossibus & nervis Logicam, animæ Ethicen. Diogenes Laërt in Zenone: εἰκάζουσι τὴν φιλοσοφίαν ἀγρῷ παμφόρῳ, τὸ μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν, τὸ λογικόν. τὸν δὲ καρπὸν, τὸ ἠθικόν. τὴν δὲ γῆν ἢ τὰ δένδρα, τὸ φυσικόν. Quod ita expressit Philo Judæus περὶ γεωργίας: *Antiqui Philosophiam triplicem agro assimilarunt; partem ejus Physicam arboribus & plantis,*

Ethi-

Ethicam fructibus, quorum caussa sunt plantæ. Logicam sepi. Nam ut circumjectus murus fructus plantasq; in agro servat, ingredi & irrumpere volentes arcet: simili modo Logica firmissimum munimentum Ethicæ & Physicæ. Cum enim duplices & ambiguas dictiones explicat, & sophismata dissolvit, καὶ τὴν ϖαράγωγον ἀπάτην μέγιστον ψυχῆς δέλεαρ ἀναιρεῖ, διὰ λόγων ἐμφαντικωτάτων καὶ ἀποδείξεων ἀνενδοιάστων, ὥσπερ κηρὸν λελειασμένον τὸν νοῦν ἀπεργάζεται ἕτοιμον δέχεσθαι τοὺς τε φυσιολογίας καὶ ἠθοποιΐας χαρακτῆρας. Cicero I. de Legibus: *Atq; hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione, veri & falsi judicio, scientia & arte quadam intelligendi, quid quamq; rem sequatur, & quid sit cuiq; contrarium.* Philosophiæ practicæ finis τὸ ἀγαθόν. Illud aut proprium aut familiæ, aut Reipublicæ. Inde hæc Philosophiæ pars: ἠθικὴ, οἰκονομικὴ καὶ πολιτική. Etenim universa non tantùm harmoniâ, & συμμετρίᾳ constant, ἀλλ' οὐδέ τι τῶν γινομένων, μὴ μετὰ συμμετρίας τῆς προσηκούσης, καὶ ἀναλογίας γινόμενον, καλῶς ἂν ποτε γένοιτο. κἂν τεχνητὸν εἴη, κἂν φυσικὸν, κἂν αἰσθήσει ληπτὸν, κἂν περὶ μόνην νόησιν θεωρούμενον. Mathematice autem docet concinnum ordinem rerum, & harmoniam præscribit, quam in actione servare oportet; cui nihil convenientius quàm ordo & rerum consensus, qui continuationem & æternitatem conservat. Nam inordinata suâ ipsius confusione evertuntur, & velut intestino dissidio labefactata con-

cidunt. Et sanè haud temerè antiqui teneros adolescentum animos his artibus componi voluerunt, ut à primis annis æqualitati, in qua virtus, assvescerent. Aristoteles lib. II. Ethic. ad Nicocomachum, ubi docet virtutem μεσότητα, duplex μέσον ait: Arithmeticum & Geometricum. Arithmeticum, quod æqualiter ab utroq; extremo distat, & quantitate spectatur. Senarius medius inter duo & decẽ. Nam ut sex excedũt duo in quatuor, ita superãtur à decẽ in quatuor. Geometricum medium, in quo consideratur æqualitas non ratione quantitatis, sed proportionis. Ut sex medium inter quatuor & novem ratione proportionis. Excedit enim in duobus, & superatur in tribus. Non excedit igitur, aut deficit quantitate, sed proportione. Nam ut senarius continet totum quatuor & dimidium, ita novenarius continet totum sex & dimidium. Ita excidit & deficit proportione sesqui-alterâ. Medium Geometricum virtutis objectum. Lib. V. multis disputat τὸ δίκαιον ἀνάλογον. τὸ δὲ ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον, & cap. VI τὸ ἐν διανομῇ δίκαιον, ἀνάλογον, ejusq; ἀναλογίαν geometricam & disjunctam. Cap. VII. τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἴσόν τι, καὶ τὸ ἄδικον, ἄνισον. ἀλλ' ὀ κατὰ τὴν ἀναλογίαν γεωμετρικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν. Sed tota Aristotelis de justo disputatio, & quæ in eam veteres interpretes commentati, abundè ostendunt, nihil in vitâ ritè fieri aut administrari

posse

posse, nisi servata ἀναλογία. Inde Callicles apud Platonem in Gorgiâ reprehensus, quòd negligens Geometriæ nullam æqualitatem observaret. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: γεωμετρία δὲ ἰσότητος καὶ ἀναλογίας αὐτὰ βαλλομένη τὰ σπέρματα εἰς ψυχὴν φιλομαθῆ, γλαφυρότητος συνεχοῦς θεωρίας, δικαιοσύνης ζῆλον ἐμποιήσει. Ethicor. ad Nicomach. lib. IIX. cap. IIX. amicitias ἐν ἰσότητι. &, ἀνάλογον ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις, Cap. IX. Proportionem in justo & amicitiâ diverso modo. Nam potior æqualitas justi, similitudo rationis sive Geometrica, in quâ spectatur dignitas. Secunda verò quantitatis sive Arithmetica. At in amicitiâ prior quantitatis æqualitas, in quâ mutua benevolentia & æqua commutatio. Posterior verò æqualitas Geometrica, quæ in amicitiâ καθ' ὑπεροχὴν, sive inter inæquales superiores & inferiores, quæ dissolveretur nisi intercederet æqualitas ex similitudine rationis. Plato in Philebo: Omnes artes Arithmetices auxilio uti scribit, nihilq; fieri sine μετρητικῇ καὶ στατικῇ. De vario & multiplici usu Logistices in Commerciis, aliisq; negotiis scribit Aristoteles VII. Politic. Unde & Phœnices invenisse Arithmeticen existimant, quòd primi omnium frequentia mercimonia exercuerunt. Nicomachus ex Platone Arithmeticam utilem πρὸς λογισμοὺς, καὶ διανομὰς, καὶ συνεισφορὰς, καὶ ἀμείψεις, καὶ κοινωνίας. Hujus

ope

ope deprehendit Archimedes fraudem artificis, qui Hieroni Syracusano coronam auream Jovi dedicandam confecerat, & argentum operi immiscuerat. Narrat enim Vitruvius de Architectura lib. IX. duas Archimedem fecisse *massas æquo pondere, quo corona fuerat, unam ex auro, alteram ex argento. Deinde vas amplum implevit aquâ, in quo demisit argenteam massam, cujus quanta magnitudo in vase depressa est, tantum aquæ effluxit. Ita exemtâ maßâ, quantô minus factum fuerat refudit, ut eodem modo æquaretur, & ex eo invenit, quantum ad certum pondus argenti, certa aquæ mensura responderet. Hoc expertus auream massam similiter pleno vase demisit, & eâ exemtâ eâdem ratione mensurâ additâ, invenit ex aqua non tantum defluxisse, sed tantum minus, quantum minus magno corpore eodem pondere auri massa esset, quam argenti. Postea repleto vase, in eâdem aquâ ipsâ coronâ demißâ invenit plus aquæ defluxisse in coronam, quam in auream massam, & ita ex eo quod plus defluxerat aquæ in coronâ, quam in maßâ deprehendit argenti mixtionem.* Nempe si à masśâ argenteâ effluxerũt extra vas aquæ unciæ XX. ab auro XIV. à coronâ XVI. duæ portiones argenti, quatuor auri. Nam XVI. unciæ excedunt XIV. duabus, & superantur à XX. quatuor. Sine Logisticâ *οἰκονομικὴ* rectè institui aut administrari non potest; cui & Astrologia plurimum confert, inprimis eâ parte, quâ *προγνωστικὴ*, quæ agriculturam & artem nauticam regit. Nicomachus ex Platone:

σφαι-

σφαιρικὴ δὲ καὶ ἀστρονομία, πρὸς γεωργίας τε καὶ ναυτιλίαν, καὶ τὰς ἄλλας καταρχὰς τῶν πράξεων ἐπιτηδείας. Quo pertinet Thaletis ναυτικὴ ἀστρολογία. Varronis Ephemeris navalis. Metonis annus, Metrodori, Eudoxi, Dosithei & aliorum tabulæ. Scribit enim Theo Scholiastes Arati, Astrologos diligenti observatione ortus & occasus siderum notasse, & ex iis ostendisse temporum initia, quiq; dies placidi & sereni, qui pluvii & turbidi futuri essent; easq; observationes tabulis inscriptas ad communem omnium usum publicasse. Eadem Cæsarem in Calendario notasse memoriæ proditum. Observabant autem potissimum Vergilias, Orionem, Caniculam & Arcturum. Horum enim siderum ortus & occasus varias aëris mutationes inducere experientia docuit. Ideo & κατ' ἐξοχὴν ἄστρα antiquis, ubi de hac divinatione loquuntur. Hippocrat. Epidem. & lib. de aëre, aquis & locis. Aristot. de historiâ animalium lib. IIX. cap. XV. Ita Democritus, ut Plinius lib. XIIX. scribit, sive ut Cicero & alii, Thales *prævisâ olei caritate ex futuro vergiliarum ortu, magnâ tum vilitate propter spem olivæ, coëmit in toto tractu omne oleum. Atq; ut apparuit caussa & ingens divitiarum cursus, restituit mercedem dominorum pœnitentiæ, contentus ita probasse sibi infacili.* Cur verò ex vergiliarum ortu de oleis divinabant, idem Plinius docet lib. XVII. cap. II. *Circa vergilias pluere inimicissimum viti & oleæ, quoniam tunc coitus est earum. Hoc est illud quatri-*

quatriduum oleis decretorium. At ille vergiliarum ortus non eſt heliacus, ut exiſtimant interpretes, ſed coſmicus. Nam ſi Floralia inſtituta, ut omnia benè deflorefcerent, iisq; dicatus dies, quo Sol quartam decimam Tauri partem obtinet, quo tempore vergiliæ cum ſole oriuntur, primi dies Maji oleis decretorii. Oeconomica Mechanicæ etiam auxilio frequenter utitur. Hæc verò totius Mathematicæ partes agnoſcit. Muſica *ἡδονὴν τῇ αἰσθήσει, ἁρμονίαν δὲ τῇ φύσει, μακαριότητα δὲ τῇ νοήσει χαριζομένη, ſive in voce, ſive in animi & corporis motu,* ut Cenſorinus de die natali ex Ariſtoxeno & Theophraſto ſcribit, *multum obtinet divinitatis, & animis permovendis idonea.* Intercedit enim nobis quædam cognatio cum harmoniâ & numeris. Idcirco & plurimi ſapientum aſſeruerunt, animum harmoniam eſſe, aut ex harmoniâ compoſitum. *συγγένεια ἔοικε,* inquit Ariſtoteles IIX. de Republ. *ταῖς ἁρμονίαις, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς. διὸ πολλοὶ φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν, ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δὲ ἔχειν ἁρμονίαν.* Quare manifeſtum eſt *τὴν μουσικὴν παρασκευάζειν τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ποιεῖ γὰρ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς. ὁ δὲ ἐνθουσιασμὸς τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἤθους πάθος ἐστί.* Mores igitur format & componit, animumq; divino afflatu concitat, aut efferatum ad tranquillitatem revocat. Ariſtot. IIX. Politic. cap. V. Baſil. *πρὸς τοὺς νέους.* Pythagoras in componendis ſuorum animis utebatur

batur Musica, tanquam καθάρσις καὶ ἰατρεία. Jamblichius vitâ Pythagoræ cap. XXV. Quis verò Musicæ usus in Politicâ, & quatenus ea Politico discenda multis tradit Proclus in Platonis Politian. Quanta ejus vis in flectendis adfectibus, quamq; varius & multiplex in civilibus negotiis usus docet Quinctilianus lib. I. cap. XVII. Corporis nostri constitutionem ejusdem ductu cognoscimus, venarum momenta & pulsus motus intervallis captantes. Nicomachus Gerasinus ex Platone, Geometriam conferre πρὸς στρατοπεδεύσεις, πολέων τε καὶ ἱερῶν συγκήσεις καὶ γεωμορίας. Sanè ars militaris, & præsertim ejus pars τακτικὴ plurimis mathematicis subsidiis utitur. Cum enim legiones & numeros recenset, Logistica est, cum exiguas copias in orbem cogit, aut maximam multitudinem in πεντάγωνον aut πολύγωνον disponit, Geometria. At castra metari, terrarum spacia colligere & dividere, Geodæsiæ opus est. Nova machinarum ingenia commentari, Mechanicæ; tales illæ Archimedeæ machinæ, quarum vim Marcellus in Syracusanâ oppugnatione expertus est. Ita & bellica instrumenta, urbiumque propugnacula, quibus hostiles impetus propulsamus, ejusdem beneficio debemus. Immensa pondera movere & levare Mechanicæ; cujus quidem tanta vis est, ut cum Hiero navim extruxisset, quam ingens Syracusarum populus loco movere non posset; Archimedes auxilio artis effecit,

ut eam ſolus Hiero ſubduceret, quod memorabilem hanc vocem ab illo expresſit: ἀπὸ ταύτης ἡμέρας, περὶ παντὸς Αρχιμήδει λέγοντι πιστευτέον. Ipſeq; Archimedes fretus ſuâ arte gloriari auſus eſt, ſi alteram terram, cui inſiſteret haberet, hanc noſtram quam incolæ premimus, ad eam ſe transferre poſſe. Verè ergo ſcribit Polybius ducem exercitus Geometriæ & Aſtronomiæ peritum eſſe debere. Inutilis enim omnis in oppugnandis urbibus conatus, niſi proportio ubiq; ſervetur. Aſtronomiæ peritia effecit, ut Dionis Syracuſani conatus ad demoliendam Dionyſii tyrannidem lunæ labores minimè everterent, quibus confuſus Nicias, Athenienſium exercitum in Siciliâ perdidit. L. Paulus Æmylius, cum pararet confligere cum Perſe Macedone, deficientis Lunæ cauſſas per Sulpitium militibus aperuit, quò facilè obtinuit ne eorum animi, velut prodigio territi, conciderent: quod & Pericles ſimili exitu in Athenienſium exercitu fecit. Quanquam hæc apud ſolos imperitos locum habent. Hinc tamen Homerus Iliad. σ. fingit Achillis clypeo inſculptam fuiſſe effigiem cœli, terræ, maris, ſoliſq; & lunæ. Et ſanè cur σελήνην πλήθουσαν effictam fuiſſe ſcribat, ratio in proclivi, quod plena luna tempeſtates ciet, & *maritimos æſtus maximos*, ut Cæſar l. de bello Gallico, *in Oceano efficere conſuevit.* Pleiades verò, Hyades & Orionem, quod hæc ſidera tempeſtatibus movendis & mutando aëri efficacia. Ab eâdem cauſâ Cæſar apud Lucanum: *--medi*

-- media inter prælia semper
Stellarum cæliq; plagis, superisq; vacavi.

Adde quod Politicen juvent in exacto ponderum examine, sine quo commercia exerceri non possunt, nec æqualitas inter homines servari. Itinerum spacia terrâ mariq; Geometria collêgit, cujus observationis incredibilis usus, & tam latè patens, ut enarrandi eum conatus omnis sit irritus. Eadem finium controversias dirimit, unicuiq; suum adsignat, fines possesionum tuetur, & in alluvione normam præministrat, cujus directione singulis legitimo modo suum cedit: hinc l. 2. C. de maleficis: *Artem Geometriæ discere atq; exercere publicè interest*. Ab hoc Geometriæ munere inventum ejus cœpisse existimant. Cultam enim inprimis Ægyptiis scribunt; ut singulis suarum possesionum termini restituerentur, quos Nili inundatio demolita erat. Admiranda prorsus & divina Astronomia, subjecti nobilitate cunctis prior, apta & necessaria omnibus, in quibus ulla temporis ratio. Quâ cœli motus supra mille annos & futuros & præteritos prodere, corporum cœlestium congressus, oppositiones, labores, & quicquid singula secula adspectura sunt, præsagâ cognitione præcipere possumus. Hinc imperiorum mutationes, ortus eorum & interitus præfiniti, & anni, quos κλημακτηρικὰς vocant, excidio regnorum destinati, fatalesq; illorum termini, quorum tempora Plato numeris pervestigabat. Ne dicam

idoneam

& per univerſas ejus partes ſe exerit, adeò ut ἀναλυτικὴ nihil proprii habeat, ſed per ſcientiarum ſubjecta evagata commune illarum inſtrumentum. Ariſtoteles lib. I. Top. cap. II. Dialecticam cōferre ait πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, ῥᾷον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα τἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος. Jamblichus ad Sopatrum de Dialecticâ; πρὸς γυμνασίαν δὲ καὶ πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας θαυμασίας οἵας μεθόδους παρεχόμενον. εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ πρὸ τούτων ἐννοεῖν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν μόριον φιλοσοφίας, ἄνευ τοῦ κατὰ διαλεκτικὴν λόγου παραγιγνόμενον. ἀλλὰ καὶ εἴ τι φυσικὸν δόγμα ἀνευρίσκομεν, λογικῶς αὐτὸ βεβαιούμεθα, καὶ ὅσα περὶ θεῶν σκεπτόμεθα, λόγος διαλεκτικός ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας. Hinc illa veteris Philoſophiæ diviſio in Phyſicam, Ethicam, Dialecticam. τὸ φυσικὸν μέρος, τὸ περὶ κόσμου. ἠθικὸν δὲ, τὸ περὶ βίου. διαλεκτικὸν, τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον. quaſi reliquæ Philoſophiæ partes Dialecticâ, velut ſpiritu continerentur. Poſidonius Philoſophiam animali ſimilem aiebat; ſangvini & carni Phyſicen, oſſibus & nervis Logicam, animæ Ethicen. Diogenes Laërt in Zenone: εἰκάζουσι τὴν φιλοσοφίαν ἀγρῷ παμφόρῳ, τὸ μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν, τὸ λογικόν. τὸν δὲ καρπὸν, τὸ ἠθικόν. τὴν δὲ γῆν ἢ τὰ δένδρα, τὸ φυσικόν. Quod ita expreſſit Philo Judæus περὶ γεωργίας: *Antiqui Philoſophiam triplicem agro aſſimilarunt; partem ejus Phyſicam arboribus & plantis,*

Ethi-

Ethicam fructibus, quorum caussa sunt plantæ, Logicam sepi. Nam ut circumjectus murus fructus plantasque in agro servat, ingredi & irrumpere volentes arcet: simili modo Logica firmissimum munimentum Ethicæ & Physicæ. Cum enim duplices & ambiguas dictiones explicat, & sophismata dissolvit, καὶ τὴν παράγωγον ἀπάτην μέγιστον ψυχῆς δέλεαρ ἀναιρεῖ, διὰ λόγων ἐμφαντικωτάτων καὶ ἀποδείξεων ἀνενδοιάστων, ὥσπερ κηρὸν λελειασμένον τὸν νοῦν ἀπεργάζεται ἕτοιμον δέχεσθαι τοὺς τε φυσιολογίας καὶ ἠθοποιΐας χαρακτῆρας. Cicero I. de Legibus: *Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit disserendi ratione, veri & falsi judicio, scientia & arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.* Philosophiæ practicæ finis τὸ ἀγαθόν. Illud aut proprium aut familiæ, aut Reipublicæ. Inde hæc Philosophiæ pars: ἠθική, οἰκονομικὴ καὶ πολιτική. Etenim universa non tantùm harmoniâ, & συμμετρίᾳ constant, ἀλλ᾽ οὐδέ τι τῶν γινομένων, μὴ μετὰ συμμετρίας τῆς προσηκούσης, καὶ ἀναλογίας γινόμενον, καλῶς ἄν ποτε γένοιτο· κἂν τεχνητὸν εἴη, κἂν φυσικὸν, κἂν αἰσθήσει ληπτὸν, κἂν περὶ μόνην νόησιν θεωρούμενον. Mathematice autem docet concinnum ordinem rerum, & harmoniam præscribit, quam in actione servare oportet; cui nihil convenientius quàm ordo & rerum consensus, qui continuationem & æternitatem conservat. Nam inordinata suâ ipsius confusione evertuntur, & velut intestino dissidio labefactata con-

cidunt. Et ſanè haud temerè antiqui teneros adoleſcentum animos his artibus componi voluerunt, ut à primis annis æqualitati, in qua virtus, aſſveſcerent. Ariſtoteles lib. II. Ethic. ad Nicocomachum, ubi docet virtutem *μεσότητα*, duplex *μέσον* ait: Arithmeticum & Geometricum. Arithmeticum, quod æqualiter ab utroq; extremo diſtat, & quantitate ſpectatur. Senarius medi9 inter duo & decē. Nam ut ſex excedūt duo in quatuor, ita ſuperātur à decē in quatuor. Geometricum medium, in quo conſideratur æqualitas non ratione quantitatis, ſed proportionis. Ut ſex medium inter quatuor & novem ratione proportionis. Excedit enim in duobus, & ſuperatur in tribus. Non excedit igitur, aut deficit quantitate, ſed proportione. Nam ut ſenarius continet totum quatuor & dimidium, ita novenarius continet totum ſex & dimidium. Ita excidit & deficit proportione ſeſqui alterâ. Medium Geometricum virtutis objectum. Lib. V. multis diſputat *τὸ δίκαιον ἀνάλογον. τὸ δὲ ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον*, & cap. VI. *τὸ ἐν διανομῇ δίκαιον, ἀνάλογον*, ejusq; *ἀναλογίαν* geometricam & disjunctam. Cap. VII. *τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἴσόν τι, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον. ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν γεωμετρικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν.* Sed tota Ariſtotelis de juſto diſputatio, & quæ in eam veteres interpretes commentati, abundè oſtendunt, nihil in vitâ ritè fieri aut adminiſtrari

poſſe

posse, nisi servata ἀναλογία. Inde Callicles apud Platonem in Gorgiâ reprehensus, quòd negligens Geometriæ nullam æqualitatem observaret. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: γεωμετρία δὲ ἰσότητος καὶ ἀναλογίας αὐτοῖ βαλλομένη τὰ σπέρματα εἰς ψυχὴν φιλομαθῆ, γλαφυρότητος συνεχοῦς θεωρίαις, δικαιοσύνης ζῆλον ἐμποιήσει. Ethicor. ad Nicomach. lib. IIX. cap. IIX. amicitias ἐν ἰσότητι. &, ἀνάλογον ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις, Cap. IX. Proportionem in justo & amicitiâ diverso modo. Nam potior æqualitas justi, similitudo rationis sive Geometrica, in quâ spectatur dignitas. Secunda verò quantitatis sive Arithmetica. At in amicitiâ prior quantitatis æqualitas, in quâ mutua benevolentia & æqua commutatio. Posterior verò æqualitas Geometrica, quæ in amicitiâ καθ᾽ ὑπεροχὴν, sive inter inæquales superiores & inferiores, quæ dissolveretur nisi intercederet æqualitas ex similitudine rationis. Plato in Philebo: Omnes artes Arithmetices auxilio uti scribit, nihilq; fieri sine μετρητικῇ καὶ στατικῇ. De vario & multiplici usu Logistices in Commerciis, aliisq; negotiis scribit Aristoteles VII. Politic. Unde & Phœnices invenisse Arithmeticen existimant, quòd primi omnium frequentia mercimonia exercuerunt. Nicomachus ex Platone Arithmeticam utilem πρὸς λογισμοὺς, καὶ διανομὰς, καὶ συνεισφορὰς, καὶ ἀμείψεις, καὶ κοινωνίας. Hujus ope

ope deprehendit Archimedes fraudem artificis, qui Hieroni Syracuſano coronam auream Jovi dedicandam confecerat, & argentum operi immiſcuerat. Narrat enim Vitruvius de Architectura lib. IX. duas Archimedem feciſſe *maſſas æquo pondere, quo corona fuerat, unam ex auro, alteram ex argento. Deinde vas amplum implevit aquâ, in quo demiſit argenteam maſſam, cujus quanta magnitudo in vaſe depreſſa eſt, tantum aquæ effluxit. Ita exemtâ maßâ, quantô minus factum fuerat refudit, ut eodem modo æquaretur, & ex eo invenit, quantum ad certum pondus argenti, certa aquæ menſura reſponderet. Hoc expertus auream maſſam ſimiliter pleno vaſe demiſit, & eâ exemtâ eâdem ratione menſurâ additâ, invenit ex aqua non tantum defluxiſſe, ſed tantum minus, quantum minus magno corpore eodem pondere auri maſſa eſſet, quam argenti. Poſtea repleto vaſe, in eâdem aquâ ipsâ coronâ demißâ invenit plus aquæ defluxiſſe in coronam, quam in auream maſſam, & ita ex eo quod plus defluxerat aquæ in coronâ, quam in maßâ deprehendit argenti mixtionem.* Nempe ſi à maſsâ argenteâ effluxerũt extra vas aquæ unciæ XX. ab auro XIV. à coronâ XVI. duæ portiones argenti, quatuor auri. Nam XVI. unciæ excedunt XIV. duabus, & ſuperantur à XX. quatuor. Sine Logiſticâ *οἰκονομικὴ* rectè inſtitui aut adminiſtrari non poteſt; cui & Aſtrologia plurimum confert, inprimis eâ parte, quâ *προγνωστικὴ*, quæ agriculturam & artem nauticam regit. Nicomachus ex Platone:

σφαι-

σφαιρικὴ δὲ καὶ ἀστρονομία, πρὸς γεωργίας τε καὶ ναυτιλίαν, καὶ τὰς ἄλλας καταρχὰς τῶν πράξεων ἐπιτηδείας. Quo pertinet Thaletis ναυτικὴ ἀστρολογία. Varronis Ephemeris navalis. Metonis annus, Metrodori, Eudoxi, Dosithei & aliorum tabulæ. Scribit enim Theo Scholiastes Arati, Astrologos diligenti observatione ortus & occasus siderum notasse, & ex iis ostendisse temporum initia, quiq; dies placidi & sereni, qui pluvii & turbidi futuri essent; easq́; observationes tabulis inscriptas ad communem omnium usum publicasse. Eadem Cæsarem in Calendario notasse memoriæ proditum. Observabant autem potissimum Vergilias, Orionem, Caniculam & Arcturum. Horum enim siderum ortus & occasus varias aëris mutationes inducere experientia docuit. Ideo & κατ' ἐξοχὴν ἄστρα antiquis, ubi de hac divinatione loquuntur. Hippocrat. Epidem. & lib. de aëre, aquis & locis. Aristot. de historiâ animalium lib. IIX. cap. XV. Ita Democritus, ut Plinius lib. XIIX. scribit, sive ut Cicero & alii, Thales *prævisâ olei caritate ex futuro vergiliarum ortu, magnâ tum vilitate propter spem olivæ, coëmit in toto tractu omne oleum. Atq; ut apparuit caussa & ingens divitiarum cursus, restituit mercedem dominorum pœnitentiæ, contentus ita probasse sibi in facili.* Cur verò ex vergiliarum ortu de oleis divinabant. idem Plinius docet lib. XVII. cap. II. *Circa vergilias pluere inimicissimum viti & oleæ, quoniam tunc coitus est earum. Hoc est illud*

quatri-

quatriduum oleis decretorium. At ille vergiliarum ortus non est heliacus, ut existimant interpretes, sed cosmicus. Nam si Floralia instituta, ut omnia benè deflorescerent, iisq; dicatus dies, quo Sol quartam decimam Tauri partem obtinet, quo tempore vergiliæ cum sole oriuntur, primi dies Maji oleis decretorii. Oeconomica Mechanicæ etiam auxilio frequenter utitur. Hæc verò totius Mathematicæ partes agnoscit. Musica ἡδονὴν τῇ αἰσθήσει, ἁρμονίαν δὲ τῇ φύσει, μακαριότητα δὲ τῇ νοήσει χαριζομένη, *sive in voce, sive in animi & corporis motu*, ut Censorinus de die natali ex Aristoxeno & Theophrasto scribit, *multum obtinet divinitatis, & animis permovendis idonea.* Intercedit enim nobis quædam cognatio cum harmoniâ & numeris. Idcirco & plurimi sapientum asseruerunt, animum harmoniam esse, aut ex harmoniâ compositum. συγγένειά ἔοικε, inquit Aristoteles IIX. de Republ. ταῖς ἁρμονίαις, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς· διὸ πολλοί φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν, ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δὲ ἔχειν ἁρμονίαν. Quare manifestum est τὴν μουσικὴν παρασκευάζειν τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ποιεῖ γὰρ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς. ὁ δὲ ἐνθουσιασμὸς τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἤθους πάθος ἐστί. Mores igitur format & componit, animumq; divino afflatu concitat, aut efferatum ad tranquillitatem revocat. Aristot. IIX. Politic. cap. V. Basil. πρὸς τοὺς νέους. Pythagoras in componendis suorum animis utebatur

batur Musica, tanquam καθάρσεως καὶ ἰατρεία. Jamblichius vitâ Pythagoræ cap. XXV. Quis verò Musicæ usus in Politicâ, & quatenus ea Politico discenda multis tradit Proclus in Platonis Politian. Quanta ejus vis in flectendis adfectibus, quamq; varius & multiplex in civilibus negotiis usus docet Quinctilianus lib. I. cap. XVII. Corporis nostri constitutionem ejusdem ductu cognoscimus, venarum momenta & pulsus motus intervallis captantes. Nicomachus Gerasinus ex Platone, Geometriam conferre πρὸς στρατοπεδεύσεις, πολέων τε καὶ ἱερῶν συγκήσεις καὶ γεωμορίας. Sanè ars militaris, & præsertim ejus pars τακτικὴ plurimis mathematicis subsidiis utitur. Cum enim legiones & numeros recenset, Logistica est, cum exiguas copias in orbem cogit, aut maximam multitudinem in πεντάγωνον aut πολύγωνον disponit, Geometria. At castra metari, terrarum spacia colligere & dividere, Geodæsiæ opus est. Nova machinarum ingenia commentari, Mechanicæ; tales illæ Archimedeæ machinæ, quarum vim Marcellus in Syracusanâ oppugnatione expertus est. Ita & bellica instrumenta, urbiumque propugnacula, quibus hostiles impetus propulsamus, ejusdem beneficio debemus. Immensa pondera movere & levare Mechanicæ; cujus quidem tanta vis est, ut cum Hiero navim extruxisset, quam ingens Syracusarum populus loco movere non posset; Archimedes auxilio artis effecit,

ut

ut eam solus Hiero subduceret, quod memorabilem hanc vocem ab illo expressit: ἀπὸ ταύτης ἡμέρας, περὶ παντὸς Ἀρχιμήδει λέγοντι πιστευτέον. Ipseq; Archimedes fretus suâ arte gloriari ausus est, si alteram terram, cui insisteret haberet, hanc nostram quam incolæ premimus, ad eam se transferre posse. Verè ergo scribit Polybius ducem exercitus Geometriæ & Astronomiæ peritum esse debere. Inutilis enim omnis in oppugnandis urbibus conatus, nisi proportio ubiq; servetur. Astronomiæ peritia effecit, ut Dionis Syracusani conatus ad demoliendam Dionysii tyrannidem lunæ labores minimè everterent; quibus confusus Nicias, Atheniensium exercitum in Siciliâ perdidit. L. Paulus Æmylius, cum pararet confligere cum Perse Macedone, deficientis Lunæ caussas per Sulpitium militibus aperuit; quò facilè obtinuit, ne eorum animi, velut prodigio territi, conciderent: quod & Pericles simili exitu in Atheniensium exercitu fecit. Quanquam hæc apud solos imperitos locum habent. Hinc tamen Homerus Iliad. σ. fingit Achillis clypeo insculptam fuisse effigiem cœli, terræ, maris, solisq; & lunæ. Et sanè cur σελήνην πλήθουσαν effictam fuisse scribat, ratio in proclivi, quod plena luna tempestates ciet, & *maritimos æstus maximos*, ut Cæsar I. de bello Gallico, *in Oceano efficere consuevit*. Pleiades verò, Hyades & Orionem, quod hæc sidera tempestatibus movendis & mutando aëri efficacia. Ab eâdem caussa Cæsar apud Lucanum: *-- media*

-- media inter prælia ſemper
Stellarum cœliq; plagis, ſuperisq; vacavi.

Adde quod Politicen juvent in exacto ponderum examine, ſine quo commercia exerceri non poſſunt, nec æqualitas inter homines ſervari. Itinerum ſpacia terrâ mariq; Geometria collegit, cujus obſervationis incredibilis uſus, & tam latè patens, ut enarrandi eum conatus omnis ſit irritus. Eadem finium controverſias dirimit, unicuiq; ſuum adſignat, fines poſſesſionum tuetur, & in alluvione normam præminiſtrat, cujus directione ſingulis legitimo modo ſuum cedit. hinc l. 2. C. de maleficis: *Artem Geometriæ diſcere atq; exercere publicè intereſt*. Ab hoc Geometriæ munere inventum ejus cœpiſſe exiſtimant. Cultam enim inprimis Ægyptiis ſcribunt; ut ſingulis ſuarum poſſesſionum termini reſtituerentur, quos Nili inundatio demolita erat. Admiranda prorſus & divina Aſtronomia, ſubjecti nobilitate cunctis prior, apta & neceſſaria omnibus, in quibus ulla temporis ratio. Quâ cœli motus ſupra mille annos & futuros & præteritos prodere; corporum cœleſtium congresſus, oppoſitiones, labores, & quicquid ſingula ſecula adſpectura ſunt, præſagâ cognitione præcipere poſſumus. Hinc imperiorum mutationes, ortus eorum & interitus præfiniti, & anni, quos κλημακτηρικὰς vocant, excidio regnorum deſtinati, fatalesq; illorum termini, quorum tempora Plato numeris perveſtigabat. Ne dicam idoneam

idoneam ad animos mitigandos & juris servituti adstringendos. Hæc enim cœlestium contemplatio ad nostri ipsius familiaritatem nos deducit. Nam cum intuemur im̃ensam hanc molem, quæ circum supraq; complexu nos tegit, & in eâ speciosa siderum corpora inordinatâ serie, perpetuo & indefesso ambitu certos cursus suos emetiri, initâ comparatione, tenuitatis nostræ rationem colligimus; simulq́; suboritur æternitatis opinio, admiratio divinorum, ipsaq; adeò religio & numinis formido, cui tranquillitatem & pacem imperia debent. Hæc enim illa est, quæ ferocia & immitia pectora frangit ac domat; & servituti legum subjugata intra obedientiæ gyros continet. Deinde cum spectamus totam hãc, ut ita loquar, cœlestem Rempublicam, & in eâ singulorum quasi quædam officia disposita ad summi rectoris obsequium, æquabili & certo motu omnia circumvolui, nec à præfinitâ spacii metâ vel levissimo flexu discedere, continuò mente concipimus ordinem rerum, qui æternitatem fovet ac conservat, eumq; imitari & effingere pari modo æquum censemus. Præclarè Ptolemæus *μαθηματικῆς συντάξεως* lib. I. Mathematicam & cœlestium contemplationem plurimùm prodesse *πρὸς τὴν κατὰ τὰς πράξεις καὶ τὸ ἦθος καλοκαγαθίαν*, dum ostendit *τὴν περὶ τὰ θεῖα ὁμοιότητα, καὶ εὐταξίαν, καὶ συμμετρίαν, καὶ ἀτυφίαν*, & amorem imitandæ divinæ pulcritudinis excitat, animumq́; ad actiones rectè ordine

ordine perficiendas ſtimulat. Nullam denique Philoſophiæ partem ſine auxilio Dialecticæ munere ſuo fungi poſſe ex Ariſtotele & aliis conſtat. Quam arcta verò Rhetoricæ & Dialecticæ cognatio ex eodem Ariſtotele patet. Rhetoricæ autem partes varias & frequentes in regendâ multitudine Ariſtoteles & Cicero, aliiq; dicendi magiſtri uberrimè docent.

CAPUT XXVI.

1. Ἀρχιτεκτονικὴ & princeps Philoſophia, artium mater, easdem complexu ſuo continet. 2. Ad eam κλιμακιδὸν adſcendendum. 3. Qui gradus diſciplinarum Senecæ & Theologis Chriſtianis. 4. μέση παιδεία. 5. τὰ θύραθεν καὶ ἔξωθεν μαθήματα. 6. Ratio ejus appellationis tradita. 7. Seneca explicatus. 8. κάθαρσις Pythagoræa & Platonica in προπαρασκευῇ πρὸς τὴν Φιλοσοφίαν. 9 περὶ παιδείας Ἀριστοτέλους. 10. ἀπαιδευσία. 11. ἡ λογικὴ, καθαρτικὴ τῆς ψυχῆς. 12. Μαιευτικὴ Σωκράτους. 13. Socratis τέχνη τῶν λόγων. 14. Socrates διαλεκτικός. 15. κριτικὴ καὶ Σωκρατικὴ ἐπιστήμη.

VErè ergo ἀρχιτεκτονικὴ ἡ Φιλοσοφία, princeps & regina, ut Syneſius in Dione appellat, omnes artes tanquam ſatellites complectitur, & univerſali vinculo conſtringit. Nam ut omnia ex uno univerſi principio orta, à ſe invicem diſcedunt ſecundum aptam

ſingulis ſeparationem, & rurſus effectu principis cauſſæ, quæ omni ſubſtantiæ, ut Plato in Philebo, dux & auctor unionis, communicationem ad totius mundi perfectam conſtitutionem amant: ita omnes artes à Philoſophiâ ortæ & propagatæ, ut multis docet Philo lib. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου, ſingulæ in ſe diſcedunt, muneribusq; ſuis funguntur, à Philoſophiâ, velut principe cauſâ, ad mutuam communionem alligatæ, quæ illas complexu ſuo revinctas continet. inſtar lapidis ἡρακλεώτιδος, ut eſt apud Platonem in Jone, cujus contactu attriti annuli vi quâdam attrahendi & ſeſe mutuo alligandi pollent. Itaq; ut Timæus architectonicas rationes, quibus Dii res genitas conſtringunt, vincula appellabat, & quemadmodum Homerus unionem illam myſticam, vim conjungentem, totiusq; univerſi inſeparabilem connexum per Saturni vincula, ut Platonici philoſophantur, innuebat qui ſcilicet omnium Deorum pater, à quo origo & cauſſa ac rerum copulatio: Ita Philoſophiam appoſitè omnium artium vinculum dixeris, à quâ earum ortus & conjunctio pendet. Unde & Ciceroni: *Mater omnium bonarum artium*, & Ariſtoteli ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. Nam aliæ artes περὶ μερικά τινα τῶν ὄντων verſantur, hæc verò περὶ τὰ ἁπλῶς ὄντα, & ſimul omnium ὑποκείμενα παράπαν περιορᾷ, καὶ ταῦτα ζητοῦσα καὶ ἀποδεικνῦσα. Sed ut rectè Hierocles Pythagoræus: τὰ δὲ μικρὰ περὶ τῶν μεγάλων ἐστὶν

ἐν τοῖ-

ἐν τάξει τοῖς ἀνιοῦσι. † Ita nec Philoſophia de plano adiri poteſt, per gradus ad illam eniten-dum eſt, & quod Syneſius in Dione, ὁδὸν προσκεδάζεσθαι, καὶ κλιμακηδὸν ἀν ἰέναι. Ardua & excelſa non petimus aditu expedito. Petronius initio Satyrici, ubi de corruptâ eloquentiâ, *parentes objurgatione dignos cenſet, quod non paterentur laborum gradus fieri, ut ſtudioſi juvenes lectione ſevera mitigarentur, ut ſapientiæ præceptis animos componerent, ut verba atroci ſtilo effoderent.* Auguſtinus de Ordine lib. II. *Hinc ſe illa ratio ad rerum divinarum contemplationem rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quæſivit gradus, atq; ipſa ſibi viam per ſuas poſſesſiones molita eſt.* Ita in ipſis artibus certi gradus. Clemens Stromat. I. καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος βαθμὸς τῷ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνιόντι, καὶ ὁ γραμματιστὴς τῷ φιλοσοφήσοντι. Plinius lib. XXXV. cap. X. *Hujus auctoritate effectum eſt, ut pueri diagraphicen docerentur, reciperetur q; ars ea in primum gradum liberalium.* Galenus Aſtronomiam & Architectonicã, velut gradib9, Arithmeticâ & Geometriâ niti. Vitruvius lib. I. *Qui ab ætate puerili his gradibus diſciplinarum ſcandendo, ſcientia plurium literarum & artium nutriti.* Ut igitur infectores lanam macerare, recoqvere & ſufficere quibusdam medicamentis ſolent, ut manſurum firmumqve colorem bibat: ita animum præparari & ante imbui oportet προπαιδεία, ut deinde Philoſophia velut in hoſpitia jam parata,

conducta & blandâ humanitate conciliata immigret & obhæreat. Sunt enim προπαιδεύματα πρόπυλα τινες, ut Theano Pythagoræa appellat, καὶ προέτυποι Philosophiæ & graviorum disciplinarum. Nam ut prudentes agricolæ teneras plantas, & recenter grano ortas tegere & fulcire solent, ne hybernus afflatus eas corrumpat. Mox ubi altius radices emiserunt, frondes invaluere, & de frutice arbuscula lætâ propagine nata, nihil ulterius profutura fulcimenta subducunt, & injuriæ cœli haud temerè credunt: ita animus rudis & informis literis primisq; disciplinis erudiendus, ut Philosophiæ pondus tutò sustinere queat. Si enim verum est, quod Aristoteles narrat, gentibus quibusdam in usu fuisse, adhibere ὄργανά τινα μηχανικά, ut ipse appellat, quæ teneros infantum artus coërcerent, ne in prava deflecterentur, sed concinna usquequaq; illorum forma nihil fœdum adspectu aut distortum præferret; quantò satius animum tenerum optimarum artium cultu imbuere, ut nullo ignorantiæ vitio deformis, Philosophiam suscipiat. Ideoq; antiqui certos doctrinæ gradus, quibus ad illam transcendimus, constituerunt. † Seneca

3. tres disciplinarum gradus facit: Artes liberales, Philosophiam & Sapientiam. Epist. XXCIIX. *Quemadmodum prima illa litteratura, per quam pueris, prima elementa tradunt non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat. Sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expe-*

expediunt. Epist. XXCIX. *Sapientia perfectum bonum est mentis humanæ. Philosophia sapientiæ amor est & affectatio. Hæc ostendit, quò illa pervenit. Sapientia Philosophiæ effectus & præmium.* Ita Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: καὶ ὥσπερ ἐγκύκλια συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίας ἀνάληψιν, οὕτω καὶ φιλοσοφία πρὸς σοφίας κτῆσιν. ἔστι γὰρ φιλοσοφία ἐπιτήδευσις σοφίας, σοφία δὲ ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Ita passim eodem libro τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν appellat ἐγγυᾷ θεραπαινίδα τῆς φρονήσεως, eamq; ait προξενεῖν καὶ νυμφοστολεῖν. & postquam definiit omnes artes liberales, τούτοις οὖν, ait, ἐνομιλῆσαι καὶ ἐμπρομελετῆσαι λυσιτελές. ἴσως γὰρ διὰ τῶν ὑπηκόων ταῖς βασιλίσιν ἀρεταῖς γνωρισθησόμεθα. *Corpus nostrum non uti solidis cibis, nisi prius innutritum sit* ἀποικίλοις καὶ γαλακτώδεσι τροφαῖς: *ita animi puerilis cibi* τὰ ἐγκύκλια, *virorum* αἱ ἀρεταί. Unde idem Philo: ἐγκυκλίων ἐπιστημῶν μέσην παιδείαν. Nempe prima παιδεία, quâ prima elementa pueris traduntur, apta primæ ætati. † Μέση παιδεία, τὰ ἐγκύκλια, mediæ ætati adolescentum conveneniens. Initio ejusdem libri: θεραπαινὶς δὲ σοφίας, ἡ διὰ τῶν προπαιδευμάτων ἐγκύκλιος μουσικὴ καὶ λογική. ὥσπερ γὰρ ἐν μὲν οἰκίαις αὔλειοι πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια δι᾽ ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. οὕτως καὶ ἀρετῆς πρόκειται τὰ ἐγκύκλια. ταῦτα γὰρ ὁδός ἐστιν ἐπ᾽ ἐκείνην φέρουσα. Et quæ apud illum sequuntur, 4

multis repetita à Clemente Alexand. Stromaton lib. I. ubi quemadmodum & Philo, Agar Ancillam, ſecularem diſciplinam appellat, & cum illâ Abrahamo primum conſveſcendum, ut deinde cum Sarâ, id eſt, cœleſti ſapientia rectè conjungeretur. Nam & Chriſtiana Philoſophia eosdem cognitionis gradus ſtatuit, *προπαιδείαν*, quæ eſt *ἐγκυκλίων μαθημάτων*, *φιλοσοφίαν*, *καὶ σοφίαν* quam & *θείαν σοφίαν καὶ ἀλήθειαν* vocant, eiq; opponunt *ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν*. Clemens Stromat. VI. *συνεργὰ τοίνυν φιλοσοφίας τὰ μαθήματα, καὶ αὐτὴ ἡ φιλοσοφία εἰς τὸ περὶ ἀληθείας διαλαβεῖν.* lib. I. *ἀλλ᾽ ὡς τὰ ἐγκύκλια μαθήματα συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίαν, τὴν δέσποιναν αὐτῶν, οὕτω καὶ φιλοσοφία αὐτὴ πρὸς σοφίας κτῆσιν συνεργεῖ.* Baſilius homiliâ *πρὸς τοὺς νέους*: *ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι*, *ut in his præparati ad myſteria arcanæ mentis apti accedamus.* Syneſius Dione: *Gratias ago Poëtis, Rhetoribus & Hiſtoricis οἱ παῖδάς τε παραλαβόντες ἡμᾶς ἐξεθηνήσαντο, καὶ ἀσθενεῖς ὄντας εἰς τὴν γνῶσιν ἐνοσοκόμισαν, τοῖς ὠφελίμοις ἐγκαταμιγνῦντες ἡδύσματα. καθ᾽ οὕτω ῥώσαντες, καὶ θεραπεύσαντες ἄλλος δὲ ἄλλοις ταῖς ἐπιστήμαις παρέδοσαν· αἱ δὲ παρεσκεύασαν οἵους εἶναι τῶν ἄκρων ἐπορέξασθαι.* D. Auguſtinus de ordine lib. II. cap. XVI. Quanquam *προπαιδεία* Theologis ſecularis eruditio. Hieronymus Epiſt.

ad Damasum *secularem sapientiam* vocat. Epist. ad Magnum Orat. *eruditionem seculi & disciplinam seculi.* Augustinus de Civitate Dei lib. VI. *In omni eruditione, quam nos secularem, illi liberalem vocant.* Clementi κοσμικὴ παιδεία, quam ait προπαιδεύειν τῷ κυριακῷ λόγῳ. † Basilius 5.
homiliâ πρὸς τοὺς νέους: ἡ θύραθεν σοφία, μαθήματα τὰ ἔξωθεν, & παιδεύματα τὰ ἔξωθεν. Et Epist. ad Diodorum: Platonem, Aristotelem, Theophrastum τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας. Damascenus de fide Orthodoxâ lib. IV. cap. IIX. Hesychius ἐγκύκλια μαθήματα, τὰ ἔξω interpretatur, nempe ut ἐγκύκλια seu προπαιδείαν pueri discebant, ὡς προπαρασκευὴν ἵνα ad Philosophiam: ita τὰ ἔξωθεν μαθήματα illorum, qui profani aut sacrorum rudes. † Nam ut in sacris non in omnibus 6.
promiscuè ad sanctuaria aditus patet. Sunt enim nonnulli expiati, quibus mysteria reclusa; alii nec dum initiati, quibus sacrorum penetralia accedere nefas: Ita in disciplinis nonnulli apti Philosophiæ sacris, & internæ ad eam admissionis, alii in iis hærent, quæ ad Philosophiam aditum aperiunt. Unde illa distinctio librorum Aristotelis, τῶν ἐξωτερικῶν καὶ ἀκροατικῶν. † Hinc 7.
apud Senec. Epist. XXXIII. *rudes & extrinsecus auscultantes.* Pythagoræ discipuli alii εἴσω σινδόνος, alii ἔξω ἀκροώμενοι, καὶ οἱ μετὰ τὸ ὁρᾶν ἀκούοντες, ἢ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν, καὶ οἱ εἴσω καὶ ἔξω διωρισμένοι, ex quibus illi, qui ἐσωτερικοὶ, seu intra velum auscultabāt, ex-

acto quinquennali silentio ad aspectum ejus demum admissi. Jamblichus de vita Pythagoræ cap. XIIX. Ita Theologis ἡ ἔξωθεν σοφία profana, externa, secularis, cui opposita ἡ ἔσωθεν σοφία, cœlestis & divinorum conscia, seu, ut Clemens appellat, κυρία ἀλήθεια, ἣν πρὸς τοῦ θεοῦ παιδευόμεθα, ad qvam ut doctissimi quique veterum patrum censent, per hanc aditus expediendus erat. οὐ γάρ ἐστιν, inquit Synesius Dione, ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον, οὐδὲ καταβεβλημένον. ἐνταῦθα καλείσθω φιλοσοφία σύμμαχος,
8. καὶ προπαιδεία. † Sanè Pythagoræis Philosophia res sacra & divina, ideoqve profanos & impuros ab eâ arcebant, solos qve expurgatos ad eam admittebant. οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτόν, aiebat Plato. Lysis Epist. ad Hipparchum: *Non communicanda sapientiæ munera iis, qui animo immundi & non purgati. neqve enim fas est omnibus illa offerre, quæ tanto labore comparata; non magis quàm Eleusinia mysteria profanis prodere. Æqvum est animo reputare, quantum temporis consumserimus sordibus eluendis, quæ pectoribus nostris inhæserant, ut tandem post exactos complures annos disputationum Pythagoræ capaces efficeremur. Nam ut tinctores vestimenta quæ inficere parant, prius comprimendo eluunt, ut colorem ἀνέκπλυτον bibant: ita divinus Vir eos præparabat, qui amore Philosophiæ tenebantur. Illi verò prætextu doctrinæ Pythagoricæ, irretitis temerè adolescentibus, confusis & turbidis moribus θεωρήματα & divinos sermo-*

sermones inserunt, tanquam si quis in puteum cœno repletum aquam puram infundat. δεῖ ὦν πρῶτον μὲν τὰς ὕλας, αἷς ἐνδιαιτῆται τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ, καὶ πάσαις μαθημάτων μηχαναῖς ἐκκαθᾶραι. Jamblichus de vitâ Pythagoræ cap. XVI. refert Pythagoram iis, qvos Philosophiæ idoneos præparabat, adhibuisse κάθαρσιν τῶν ψυχῶν, παίδευσιν μουσικὴν aliam verò τῆς διανοίας κάθαρσιν διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων, eumqve varios labores περὶ τὰ μαθήματα necessarios existimasse, prohibuisse avaritiam, jussisse abstinentiam ciborum, quæ rationem turbarent, interdixisse nimio somno & aviditati gloriæ, silentium deniq; imposuisse. Hujusmodi animum eorum, quos Philosophiæ mysteriis præparabat, expurgabat. Quæ cap. XVII appellat μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ μυήσεις τε ἀποῤῥύψεις καὶ καθαρμούς. Hierocles: δεῖ οὖν πρὸς μὲν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ἀληθείας ἡμῖν, καὶ ἀρετῆς πρὸς δὲ κάθαρσιν τοῦ αὐγοειδοῦς ἡμῶν σώματος, τῆς τε ὑλικῶν μολυσμῶν ἀποθέσεως, καὶ τῶν ἱερῶν καθαρμῶν παραλήψεως. Quantum colligo duplicem purgationem facit: corporis & animi. Et hanc quidem corporis duplicem. Aut enim τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν σῶμα purgamus. διατείνει δὲ αὕτη ἡ κάθαρσις ἕως σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ τῆς ὅλης διαίτης τοῦ θνητοῦ ἡμῶν σώματος, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔγκειται προσπνέον τῷ ἀψύχῳ σώματι ζωὴν, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ συνέχον. Πρόοδος ergo εἰς κάθαρσιν iis abstinere cibis, quæ animũ voluptate

afficiunt, aut mortale corpus εἰς γένεσιν concitant. Aut mortalis corporis purgatio est. ἐπεὶ δὲ γὰρ τῷ αὐγοειδεῖ ἡμῶν σώματι προσέφυ σῶμα θνητὸν ὂν καταρεῦσαι δεῖ καὶ τοῦτο. Ea autem fiebat observatione τῶν ἱερῶν θεσμῶν Altera τῆς λογικῆς ψυχῆς κάθαρσις. ea est κατὰ τὸ λογικὸν, ἡ ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια. κατὰ δὲ τὸ δοξαστικὸν, ἡ βουλευτικὴ ἀρετή. & hæc purgatio τοῦ αὐγοειδοῦς σώματος ὀχήματι quasi pennas affingit, quibus ad cœlestia iter suscipiat; quod tum fiet si terrena repudiarit, si exuerit contagium, quod adhæret ex conjunctione corporis materiæ implicati. Reviviscit enim per hujusmodi καὶ συλλέγεται, καὶ θείου πληροῦται τόνου, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι τῆς ψυχῆς συνάπτεται. Fiebat autem hæc κάθαρσις disciplinis. Idem Hierocles: καθαρμοὶ λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι. τοῖς μαθηματικοῖς καθάρμοις τοὺς τελεστικοὺς συνεισιέναι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ λύσει τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. Hoc est secundum Platonem, per Mathematicas disciplinas ad διαλεκτικὴν, quæ illi prima Philosophia, accedendum. Subnectit enim Hierocles animum scientiâ atque virtute expoliendum, ut puris spiritibus conversari possit; corpusque αὐγοειδὲς præparandum, ut purum & materiâ liberum cœlestium corporum communionem sustinere queat. Quod Mathematicarum munus ex Platone jam docui. Hæc nobis viam ad πλατωνικὴν κάθαρσιν aperient. Epist. ad Dionysii

fami-

familiares ſcribit, *arduam rem Philoſophiam, indefeſſis laboribus & ingenti ſtudio parandam, quam ſi adipiſci volumus relictis omnibus ſolam ſectari oportet, inſigni frugalitate & abſtinentiâ, quo ingenium & memoriam optimam foveamus. His territi difficultatibus ii, qui ſolâ opinione ducti Philoſophiam amplecti geſtiunt, ut rem aſperam, & quam aſſequi impoſſibile, penitus deſeruerunt.* Planè hæ ſunt Pythagoricæ καθάρσεις. Nam πραγμάτων καὶ πόνων nomine, intelligit Pythagoræ περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνους, καὶ ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην περὶ τὴν διδασκαλίαν. Relictis omnibus eam ſectari oportere ſcribit; Pythagoras avaritiæ, cupidini gloriæ, aliisq; his ſimilibus rebus interdicebat. Quam verò narrat frugalitatem & abſtinentiam, ea eſt Pythagoræ ἐμψύχων ἀποχή. ἀοινία καὶ ὀλιγοσιτία καὶ ὀλιγοϋπνία. Idem Plato in Sophiſtâ duas purgationis ſpecies tradit, animæ & corporis. Et purgationem ait κακίας ἀφαίρεσιν. Duæ autem ſpecies κακίας ἐν ψυχῇ: πονηρία καὶ ἄγνοια. πονηρίαν στάσιν καὶ νόσον τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ παντοδαπῆς ἀγνοίας πάθος, αἶσχος. πονηρία ergo animæ morbus, ἄγνοια animæ quædã turpitudo. Parata remedia, malitiam, injuſtitiam aliosq; animi morbos coërcet ἡ κολαστικὴ δίκη, ignorantiam verò ſive ἄγνοιαν, ἡ διδασκαλική. Ignorantiæ modus duplex: cum ſeriò ignoramus idq; agnoſcimus, & cum illa quæ ignoramus, perſvaſi nos ſcire. Illũ tollũt δημιουργικὴ διδασκαλίας, hũc ἡ παιδεία. cujus duæ ſpecies νου-

θετητ

θελκὴ καὶ ἐλεγκτικὴ. Istiusmodi autem animi morbi inde à primo ortu nobis adhærent, quos excitat naturalis διάθεσις, quâ ita compositi, ut proniores ad iram, libidinem aliaq; vitia rapiamur. quæ deinde tractu ætatis, ipsoq; tempore robur sumunt, & pravâ educatione aluntur, quæ in vobis incendit perversas opiniones, quibus à cognitione veri boni avocamur ad blanditias voluptatum, aliarumq; rerum amorem, quæ vulgari judicio bona appellantur. Hos animi morbos ut amolirentur, in primâ institutione Plato & Aristoteles καθαρτικὸν τῆς γυμναστικῆς καὶ μουσικῆς adhibuerunt. Quarum illa quidem corporis curam suscipiebat, superfluos humores siccabat, nimium calorem diluebat, corpusq; à deliciis & voluptate revocans, labori & dolori ferendo paulatim assvefaciebat. Nam quod nimius calor in pueris inquieti ac turbati animi caussa, & præpedimentum tranquillitatis, sine quâ mens officio suo fungi non potest, docet Aristoteles probl. ult. Sect. XXX. Musica verò animos componens svavitate harmoniæ, præpediebat ne pravæ opiniones obreperēt, aut si quæ obsederant, eas eximebat, unde Aristoteles IIX. Polit. φαμὲν δὲ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως. & Pythagoras eâ utebatur, tanquam καθάρσει καὶ ἰατρείᾳ, ut multis tradit Jamblichus. Strabo lib. X. de Pythagoræis: τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσι. lib. I. τοὺς ἀοιδοὺς, σωφρονιστὰς illis dici & existimari scribit

ſcribit. Ea autem trahebat comitem τὴν ποιητικὴν, quam idem Strabo adhibitam ait, ψυχαγογίας καὶ σωφρονισμοῦ χάριν. Jamblichus refert, Pythagoram excogitaſſe μέλη τινα πρὸς τὰ ψυχῆς πεποιημένα πάθη, ἐπιτήδεια περιάγειν χρησίμως εἰς τὰ ἐναντία πάθη τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. Harum igitur remedio purgata anima, jam libera & perturbationibus vacua, apta Philoſophiæ. Sed licet agri ſentibus & virgultis expurgati, ſemina tamen niſi ſolo ſubacto non commendamus: ita Philoſophiæ ager proſcindendus erit.

Ut in futurum læta germinent ſata.

Quod ita fiet, ſi primò rejectis animi morbis, pravis opinionibus, artibus & diſciplinis animum inſtruamus, & Philoſophiæ præparemus, quam V. de republ. non in Geometriâ aut Aſtronomiâ, neq; in Phyſicis rationibus, ſed in ſcientia veri boni ſitam eſſe affirmat. Hanc enim ſolam Philoſophiam intelligit, quæ nos cum ipſa divinitate conjungit. Cebes Thebanus ἐν πίνακι: τὴν παιδείαν ἔξω τοῦ περιβόλου *conſiſtere,* ὅπως τοὺς παραγινομένους θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν, εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς ἀρετάς. *Ut medicus primò* καθαρτικοῖς *morbi cauſſas demit, deinde vires recuperat, & ſanitatem reſtituit:* ita παιδεία *primò expurgat, ut tollat* τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, τὴν ἀλαζονείαν, ἐπιθυμίαν *& ſimilia animi vitia. Hiſce poſtquam expurgavit,* ἔνδον πρὸς

τὴν

τὴν ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀποστέλλει. Gregorius Nazianzenus Serm. εἰς τὰ ἅγια Φῶτα τῶν ἐπιφανίων: Διὸ τοῦτο καθαρτέον πρῶτον, εἶτα τῷ καθαρῷ προσομιλητέον. εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Ἰσραὴλ πείσεσθαι μὴ Φέροντος τὴν δόξαν τοῦ προσώπου Μωϋσέως. Quæ quidem ex illis, quæ περὶ καθάρσεως tradidi, intelligenda ſunt. Nam & Scholiaſtes ad illa verba: *Qui purgati non fuerint, Theologiam imagine concipient, ipſam tamen non videbunt.*

9\. † Fortaſſe haud alienum erit huc arceſſere Ariſtotelis παιδείαν, cujus creberrima in ejus libris mentio, & qvantum ſentio diverſa. Metaphyſ minor lib.I. cap.ult. διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον. ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης. Quomodo autem demonſtrationes, quæ in ſcientiis capiendæ, pædiæ eſſe ait. Veluti Μαθηματικὴν ἀκριβολογίαν *tantum in iis quærendam, quæ materia carent. Si conſtat qvid natura, manifeſtum erit, quid ſcientia naturalis, & utrum unius ſcientiæ an pluriū cauſſas & principia cōſiderare.* παιδεία igitur diſtingvit rationes ſcientiarū, diſcernit Mathematicas demonſtrationes, quod planè eſt Logicæ. Nam illa κριτήριον confert; quo ſcientias diſtingvimus, & ſingulas ſeparamus, iisq; methodum & ordinem conſtituimus. De partibus animalium lib.I. cap.I. περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον δύο Φαίνονται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι, ὧν τὴν μὲν ἐπιστήμην τοῦ πράγματος καλῶς ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δὲ παιδείαν τινά. πεπαιδευμένου γὰρ ἐσ-

ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως, τί καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. τρόπος ἕξεως, ut τρόπος ἐπιστήμης. Lib. I. Eudemiorum. Διαφέρουσιν δ᾽ οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον, οἵτε φιλοσόφως λεγόμενοι, καὶ μὴ φιλοσόφως. διόπερ καὶ τῶν πολιτικῶν οὐ χρὴ νομίζειν περίεργον εἶναι τὴν τοιαύτην θεωρίαν, δι᾽ ἧς οὐ μόνον τὸ τί φανερὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διατί. Quæ si ex I. ad Nicomachum cap. III. interpretanda, ubi ait: διὸ δεῖ τοῖς ἤθεσιν ἦχθαι καλῶν, τὸν περὶ καλῶν καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι. παιδεία erit cognitio τοῦ ὅτι. Hæc verò Aristot. de παιδείᾳ intelligenda manifestū. Idoneus auditor Ethices sciat necesse est τὸ ὅτι ejus scientiæ. Nempe virtutem expetendam. Hæc erit παιδεία, seu προεπιστήμη. Notum autem duplicem cognitionem Aristoteli in scientiis: τοῦ ὅτι, καὶ διότι. Παιδεία, τοῦ ὅτι. ἐπιστήμη, τοῦ διότι. III. Polit. πεπαιδευμένοι καὶ εἰδότες distingvuntur, & πεπαιδευμένοις judicandi officium tribuit I. ad Nicom. cap. II. Eodem loco Eudemiorum: ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Hanc ἀπαιδευσίαν lib. I. Phys. cap. IIX. ἄγνοιαν vocat, hoc est, ἀπειρίαν istarum rerum, quas scientiæ docēt. Nō est autē ἄγνοια ἁπλῶς ἀπαιδευσία, ut perperā censet interpres Rhetoricæ Aristotelis. hæc enim distingvūtur. † Sed ἀπαιδευσία est ignorātia τῆς παιδείας, quæ est generalis cognitio vel omniū vel certæ cujusdā scientiæ, per quā dijudicamus, quæ

multis repetita à Clemente Alexand. Stromaton lib. I. ubi quemadmodum & Philo, Agar Ancillam, ſecularem diſciplinam appellat, & cum illâ Abrahamo primùm conſveſcendum, ut deinde cum Sarâ, id eſt, cœleſti ſapientia rectè conjungeretur. Nam & Chriſtiana Philoſophia eosdem cognitionis gradus ſtatuit, προπαιδείαν, quæ eſt ἐγκυκλίων μαθημάτων, φιλοσοφίαν, καὶ σοφίαν quam & θείαν σοφίαν καὶ ἀλήθειαν vocant, eiq; opponunt ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν. Clemens Stromat. VI. συνεργὰ τοίνυν φιλοσοφίας τὰ μαθήματα, καὶ αὐτὴ ἡ φιλοσοφία εἰς τὸ περὶ ἀληθείας διαλαβεῖν. lib. I. ἀλλ' ὡς τὰ ἐγκύκλια μαθήματα συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίαν, τὴν δέσποιναν αὐτῶν, οὕτω καὶ φιλοσοφία αὐτὴ πρὸς σοφίας κτῆσιν συνεργεῖ. Baſilius homiliâ πρὸς τοὺς νέους: ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι, *ut in his præparati ad myſteria arcana mentis apti accedamus.* Syneſius Dione: *Gratias ago Poëtis, Rhetoribus & Hiſtoricis* οἳ παῖδάς τε παραλαβόντες ἡμᾶς ἐλθηνήσαντο, καὶ ἀσθενεῖς ὄντας ἔτι τὴν γνώμην ἐνοσοκόμισαν, τοῖς ὠφελίμοις ἐγκαταμιγνύντες ἡδύσματα. κἂθ' οὕτω ...σαντες, καὶ παραπέμψαντες ἄλλος δι' ἄλλου, ταῖς ἐπιστήμαις παρέδοσαν· αἱ δὲ παρεσκεύασαν οἵους εἶναι τῶν ἄκρων ἐπορέξασθαι. D. Auguſtinus de ordine lib. II. cap. XVI. Quanquam προπαιδεία Theologis ſecularis eruditio. Hieronymus Epiſt. ad

ad Damasum *secularem sapientiam* vocat. Epist. ad Magnum Orat. *eruditionem seculi & disciplinam seculi*. Augustinus de Civitate Dei lib. VI. *In omni eruditione, quam nos secularem, illi liberalem vocant.* Clementi κοσμικὴ παιδεία, quam ait προπαιδεύειν τῷ κυριακῷ λόγῳ. † Basilius 5.
homiliâ πρὸς τοὺς νέους: ἡ θύραθεν σοφία, μαθήματα τὰ ἔξωθεν, & παιδεύματα τὰ ἔξωθεν. Et Epist. ad Diodorum: Platonem, Aristotelem, Theophrastum τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας. Damascenus de fide Orthodoxâ lib. IV. cap. IIX. Hesychius ἐγκύκλια μαθήματα, τὰ ἔξω interpretatur, nempe ut ἐγκύκλια seu προπαιδείαν pueri discebant, ὡς προπαρασκευὴν ἵνα ad Philosophiam: ita τὰ ἔξωθεν μαθήματα illorum, qui profani aut sacrorum rudes. † Nam ut in sacris non in omnibus 6.
promiscuè ad sanctuaria aditus patet. Sunt enim nonnulli expiati, quibus mysteria reclusa; alii nec dum initiati, quibus sacrorum penetralia accedere nefas: Ita in disciplinis nonnulli apti Philosophiæ sacris, & internæ ad eam admissionis, alii in iis hærent, quæ ad Philosophiam aditum aperiunt. Unde illa distinctio librorum Aristotelis, τῶν ἐξωτερικῶν καὶ ἀκροατικῶν. † Hinc 7.
apud Senec. Epist. XXXIII. *rudes & extrinsecus auscultantes*. Pythagoræ discipuli alii εἴσω σινδόνος, alii ἔξω ἀκροώμενοι, καὶ οἱ μὲν τὸ ὁρᾶν ἀκούοντες, ἢ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν, καὶ οἱ εἴσω καὶ ἔξω διωρισμένοι, ex quibus illi, qui ἐσωτερικοὶ, seu intra velum auscultabāt, ex-

acto quinquennali silentio ad aspectum ejus demum admissi. Jamblichus de vita Pythagoræ cap. XIIX. Ita Theologis ἡ ἔξωθεν σοφία profana, externa, secularis, cui opposita ἡ ἔσωθεν σοφία, cœlestis & divinorum conscia, seu, ut Clemens appellat, κυρία ἀλήθεια, ἣν παρὰ τοῦ θεοῦ παιδευόμεθα, ad quam ut doctissimi quique veterum patrum censent, per hanc aditus expediendus erat. οὐ γάρ ἐστιν, inquit Synesius Dione, ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον, οὐδὲ καταβεβλημένον. ἐνταῦθα καλείσθω φιλοσοφία σύμμαχος, καὶ προπαιδεία.
8. † Sanè Pythagoræis Philosophia res sacra & divina, ideoqve profanos & impuros ab eâ arcebant, solo qve expurgatos ad eam admittebant. οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν, aiebat Plato. Lysis Epist. ad Hipparchum: *Non communicanda sapientiæ munera iis, qui animo immundi & non purgati. neqve enim fas est omnibus illa offerre, quæ tanto labore comparata; non magis quàm Eleusinia mysteria profanis prodere. Æqvum est animo reputare, quantum temporis consumserimus sordibus eluendis, quæ pectoribus nostris inhæserant, ut tandem post exactos complures annos disputationum Pythagoræ capaces efficeremur. Nam ut tinctores vestimenta quæ inficere parant, prius comprimendo eluunt, ut colorem ἀνέκπλυτον bibant: ita divinus Vir eos præparabat, qui amore Philosophiæ tenebantur. Illi verò prætextu doctrinæ Pythagoricæ, irretitis temerè adolescentibus, confusis & turbidis moribus θεωρήματα & divinos sermo-*

sermones inserunt, tanquam si quis in puteum cœno repletum aquam puram infundat. δεῖ ὦν πρῶτον μὲν τὰς ὕλας, αἷς ἐνδιαιτῆται τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ, καὶ πάσαις μαθημάτων μηχαναῖς ἐκκαθᾶραι. Jamblichus de vitâ Pythagoræ cap. XVI. refert Pythagoram iis, qvos Philosophiæ idoneos præparabat, adhibuisse κάθαρσιν τῶν ψυχῶν, παίδευσιν μουσικὴν aliam verò τῆς διανοίας κάθαρσιν διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων, eumqve varios labores περὶ τὰ μαθήματα necessarios existimasse, prohibuisse avaritiam, jussisse abstinentiam ciborum, quæ rationem turbarent, interdixisse nimio somno & aviditati gloriæ, silentium deniq; imposuisse. Huiusmodi animum eorum, quos Philosophiæ mysteriis præparabat, expurgabat. Quæ cap. XVII appellat μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ μυήσεις τε ἀπορρύψεις καὶ καθαρμούς. Hierocles: δεῖ οὖν πρὸς μὲν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ἀληθείας ἡμῖν, καὶ ἀρετῆς πρὸς δὲ κάθαρσιν τοῦ αὐγοειδοῦς ἡμῶν σώματος, τῆς τῶν ὑλικῶν μολυσμῶν ἀποθέσεως, καὶ τῶν ἱερῶν καθαρμῶν παραλήψεως. Quantum colligo duplicem purgationem facit: corporis & animi. Et hanc quidem corporis duplicem. Aut enim τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν σῶμα purgamus. διατείνει δὲ αὕτη ἡ κάθαρσις ἕως σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ τῆς ὅλης διαίτης τοῦ θνητοῦ ἡμῶν σώματος, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔγκειταί προσπνέον τῷ ἀψύχῳ σώματι ζωὴν, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ συνέχον. Πρόοδος ergo εἰς κάθαρσιν iis abstinere cibis, quæ animũ voluptate

 afficiunt,

afficiunt, aut mortale corpus εἰς γένεσιν conc itant. Aut mortalis corporis purgatio est. ἐπεὶ δὲ γὰρ τῷ αὐγοειδεῖ ἡμῶν σώματι προσέφυ σῶμα θνητὸν ὂν καταρεῦσαι δεῖ καὶ τοῦτο. Ea autem fiebat observatione τῶν ἱερῶν θεσμῶν. Altera τῆς λογικῆς ψυχῆς κάθαρσις. ea est κατὰ τὸ λογικὸν, ἡ ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια. κατὰ δὲ τὸ δοξαστικὸν, ἡ βουλευτικὴ ἀρετή. & hæc purgatio τοῦ αὐγοειδοῦς σώματος ὀχήματι quasi pennas affingit, quibus ad cœlestia iter suscipiat; quod tum fiet si terrena repudiarit, si exuerit contagium, quod adhæret ex conjunctione corporis materiæ implicati. Revivifcit enim per hujusmodi καὶ συλλέγεται, καὶ θείας πληροῦται τόνου, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι τῆς ψυχῆς συνάπτεται. Fiebat autem hæc κάθαρσις disciplinis. Idem Hierocles: καθαρμοὶ λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι. τοῖς μαθηματικοῖς καθάρμοις τοὺς τελεστικοὺς συνεισιέναι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ λύσει τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. Hoc est secundum Platonem, per Mathematicas disciplinas ad διαλεκτικὴν, quæ illi prima Philosophia, accedendum. Subnectit enim Hierocles animum scientiâ atque virtute expoliendum, ut puris spiritibus conversari possit; corpusque αὐγοειδὲς præparandum, ut purum & materiâ liberum cœlestium corporum communionem sustinere queat. Quod Mathematicarum munus ex Platone jam docui. Hæc nobis viam ad πλατωνικὴν κάθαρσιν aperient. Epist. ad Dionysii

fami-

familiares scribit, *arduam rem Philosophiam, indefessis laboribus & ingenti studio parandam, quam si adipisci volumus relictis omnibus solam sectari oportet, insigni frugalitate & abstinentiâ, quo ingenium & memoriam optimam foveamus. His territi difficultatibus ii, qui solâ opinione ducti Philosophiam amplecti gestiunt, ut rem asperam, & quam assequi impossibile, penitus deseruerunt.* Planè hæ sunt Pythagoricæ καθάρσεις. Nam πραγμάτων καὶ πόνων nomine, intelligit Pythagoras περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνους, καὶ ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην περὶ τὴν διδασκαλίαν. Relictis omnibus eam sectari oportere scribit; Pythagoras avaritiæ, cupidini gloriæ, aliisq; his similibus rebus interdicebat. Quam verò narrat frugalitatem & abstinentiam, ea est Pythagoræ ἐμψύχων ἀποχή. ἀοινία καὶ ὀλιγοσιτία καὶ ὀλιγοϋπνία. Idem Plato in Sophistâ duas purgationis species tradit, animæ & corporis. Et purgationem ait κακίας ἀφαίρεσιν. Duæ autem species κακίας ἐν ψυχῇ: πονηρία καὶ ἄγνοια. πονηρίαν στάσιν καὶ νόσον τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ παντοδαπῆς ἀγνοίας πάθος, αἶσχος. πονηρία ergo animæ morbus, ἄγνοια animæ quædã turpitudo. Parata remedia, malitiam, injustitiam aliosq; animi morbos coërcet ἡ κολαστικὴ δίκη, ignorantiam verò sive ἄγνοιαν, ἡ διδασκαλική. Ignorantiæ modus duplex: cum seriò ignoramus idq; agnoscimus, & cum illa quæ ignoramus, persvasi nos scire. Illũ tollũt δημιουργικαὶ διδασκαλίαι, hũc ἡ παιδεία. cujus duæ species νουθετικὴ

θελκὴ καὶ ἐλεγκτικὴ. Istiusmodi autem animi morbi inde à primo ortu nobis adhærent, quos excitat naturalis διάθεσις, quâ ita compositi, ut proniores ad iram, libidinem aliaq; vitia rapiamur. quæ deinde tractu ætatis, ipsoq; tempore robur sumunt, & pravâ educatione aluntur, quæ in vobis incendit perversas opiniones, quibus à cognitione veri boni avocamur ad blanditias voluptatum, aliarumq; rerum amorem, quæ vulgari judicio bona appellantur. Hos animi morbos ut amolirentur, in primâ institutione Plato & Aristoteles καθαρτικὸν τῆς γυμναστικῆς καὶ μουσικῆς adhibuerunt. Quarum illa quidem corporis curam suscipiebat, superfluos humores siccabat, nimium calorem diluebat, corpusq; à deliciis & voluptate revocans, labori & dolori ferendo paulatim assvefaciebat. Nam quod nimius calor in pueris inquieti ac turbati animi caussa, & præpedimentum tranquillitatis, sine quâ mens officio suo fungi non potest, docet Aristoteles probl. ult. Sect. XXX. Musica verò animos componens svavitate harmoniæ, præpediebat ne pravæ opiniones obreperēt, aut si quæ obsederant, eas eximebat, unde Aristoteles IIX. Polit. φαμὲν δὲ μουσικὴ χρῆσθαι δεῖν παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως. & Pythagoras eâ utebatur, tanquam καθάρσει καὶ ἰατρείᾳ, ut multis tradit Jamblichus. Strabo lib. X. de Pythagoræis: τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσι. lib. I. τοὺς ἀοιδοὺς, σωφρονιστὰς illis dici & existimari

scribit

ſcribit. Ea autem trahebat comitem τὴν ποιητικὴν, quam idem Strabo adhibitam ait, ψυχαγωγίας καὶ σωφρονισμοῦ χάριν. Jamblichus refert, Pythagoram excogitaſſe μέλη τινὰ πρὸς τὰ ψυχῆς πεποιημένα πάθη, ἐπιτήδεια πρὸς ἀγωγὴν χρησίμως εἰς τὰ ἐναντία πάθη τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. Harum igitur remedio purgata anima, jam libera & perturbationibus vacua, apta Philoſophiæ. Sed licet agri ſentibus & virgultis expurgati, ſemina tamen niſi ſolo ſubacto non commendamus: ita Philoſophiæ ager proſcindendus erit.

Ut in futurum læta germinent ſata.

Quod ita fiet, ſi primò rejectis animi morbis, pravis opinionibus, artibus & diſciplinis animum inſtruamus, & Philoſophiæ præparemus, quam V. de republ. non in Geometriâ aut Aſtronomiâ, neq; in Phyſicis rationibus, ſed in ſcientia veri boni ſitam eſſe affirmat. Hanc enim ſolam Philoſophiam intelligit, quæ nos cum ipſa divinitate conjungit. Cebes Thebanus ἐν πίνακι: τὴν παιδείαν ἔξω τοῦ περιβόλου *conſiſtere*, ὅπως τοὺς παραγινομένους θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν, εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς ἀρετάς. *Ut medicus primò* καθαρτικοῖς *morbi cauſſas demit, deinde vires recuperat, & ſanitatem reſtituit:* ita παιδεία *primò expurgat, ut tollat* τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, τὴν ἀλαζονείαν, ἐπιθυμίαν *& ſimilia animi vitia. Hiſce poſtquam expurgavit*, ἔνδον πρὸς

τὴν

τὴν ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀποστέλλει. Gregorius Nazianzenus Serm. εἰς τὰ ἅγια Φῶτα τῶν ἐπιφανίων: διὰ τοῦτο καθαρτέον πρῶτον, εἶτα τῷ καθαρῷ προσομιλητέον. εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Ἰσραὴλ πείσεσθαι μὴ φέροντος τὴν δόξαν τοῦ προσώπου Μωϋσέως. Quæ quidem ex illis, quæ περὶ καθάρσεως tradidi, intelligenda ſunt. Nam & Scholiaſtes ad illa verba: *Qui purgati non fuerint, Theologiam imagine concipient,*
9. *ipſam tamen non videbunt.* † Fortaſſe haud alienum erit huc arceſſere Ariſtotelis παιδείαν, cujus creberrima in ejus libris mentio, & qvantum ſentio diverſa. Metaphyſ minor lib. I. cap. ult. διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον. ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης. Quomodo autem demonſtrationes, quæ in ſcientiis capiendæ, pædiæ eſſe ait. Veluti Μαθηματικὴν ἀκριβολογίαν *tantum in iis quærendam, quæ materia carent. Si conſtat qvid natura, manifeſtum erit, quid ſcientia naturalis, & utrum unius ſcientiæ an pluriũ cauſſas & principia cõſiderare.* παιδεία igitur diſtingvit rationes ſcientiarũ, diſcernit Mathematicas demonſtrationes, quod planè eſt Logicæ. Nam illa κριτήριον confert, quo ſcientias diſtingvimus, & ſingulas ſeparamus, iisq; methodum & ordinem conſtituimus. De partib. animalium lib. I. cap. I. περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον δύο φαίνονται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι, ὧν τὴν μὲν ἐπιστήμην τοῦ πράγματος καλῶς ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δὲ παιδείαν τινά. πεπαιδευμένου γὰρ

ἐσ

ἐπὶ κατὰ τρόπον τὸ δύναϑαι κρίνειν εὐστόχως, τί καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. τρόπος ἕξεως, ut τρόπος ἐπιστήμης. Lib. I. Eudemiorum. Διαφέρουσιν δ᾽ οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον, οἵτε φιλοσόφως λεγόμενοι, καὶ μὴ φιλοσόφως. διόπερ καὶ τὸ πολιτικῶν οὐ χρὴ νομίζειν περίεργον εἶναι τὴν τοιαύτην θεωρίαν, δι᾽ ἧς οὐ μόνον τὸ τί φανερὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ τί. Quæ si ex I. ad Nicomachum cap. III. interpretanda, ubi ait: διὸ δεῖ τοῖς ἤθεσιν ἤχθαι καλῶν, τὸν περὶ καλῶν καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι. παιδεία erit cognitio τοῦ ὅτι. Hæc verò Aristot. de παιδείᾳ intelligenda manifestũ. Idoneus auditor Ethices sciat necesse est τὸ ὅτι ejus scientiæ. Nempe virtutem expetendam. Hæc erit παιδεία, seu προεπιστήμη. Notum autem duplicem cognitionem Aristoteli in scientiis: τοῦ ὅτι, καὶ διότι. Παιδεία, τοῦ ὅτι. ἐπιστήμη, τοῦ διότι. III. Polit. πεπαιδευμένοι καὶ εἰδότες distingvuntur, & πεπαιδευμένοις judicandi officium tribuit I. ad Nicom. cap. II. Eodem loco Eudemiorum: ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Hanc ἀπαιδευσίαν lib. I. Phys. cap. IIX. ἄγνοιαν vocat, hoc est, ἀπειρίαν istarum rerum, quas scientiæ docẽt. Nõ est autẽ ἄγνοια ἁπλῶς ἀπαιδευσία, ut perperã censet interpres Rhetoricæ Aristotelis. hæc enim distingvũtur. † Sed ἀπαιδευσία est ignorãtia τῆς παιδείας, quæ est generalis cognitio vel omniũ vel certæ cujusdã scientiæ, per quã dijudicamus, quæ

quæ cujusq; sint propria, rectéq; an secus tradatur. Sanè obscuriora sunt, quæ leguntur apud Aristotelem I. Eudemiorum cap. VI ex illis tamen aliisq; Aristotelis locis, hæc περὶ παιδείας
II. haud absurdè exsculpi posse videntur. † Sive ergo παιδεία, ipsa λογικὴ, sive generalis quædam cognitio alicujus scientiæ, per quam de modo illam tradendi judicamus, sive τοῦ ὅτι scientiâ cujusdam cognitio, sive recta ad disciplinas institutio, earum certè προοίμιον καὶ προπαρασκευή, & quædam ἀνάβασις ad habitum illarum. Platoni definita παιδεία, δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς. D. Basilius εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν: ἔστι δὲ ἡ παιδεία ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, ἐπιπόνως πολλάκις τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα. ταύτην τὴν παιδείαν γνῶναι οὐ τῆς τυχούσης ἐστὶ διανοίας, διότι πολλοὶ δυσαναχετοῦντες πρὸς τὸ τῆς ἐπιμελείας αὐστηρὸν, τοῖς τῆς ἀμαθίας ἀῤῥωστήμασιν ἐναπέμειναν. At λογικὴ purgat animum, ut Medicus corpus. Idem Plato in Sophista: *Hoc de animâ censuerunt non prius adipisci illam posse aliarum disciplinarum auxilia*, πρὶν ἂν ἐλέγχων τὶς τὸν ἐλεγχόμενον εἰς αἰσχύνην καταστήσας τὰς τοῖς μαθήμασιν ἐμποδίους δόξας ἐξελῶν καθαρὸν ἀποφήνῃ, καὶ ταῦτα ἡγούμενον ἅπερ οἶδεν εἰδέναι μόνα πλείω δὲ μή. καὶ τὸν ἔλεγχον λεκτέον, ὡς ἄρα μεγίστη καὶ κυριωτάτη τῶν καθάρσεων ἐστί. Unde & Philo περὶ γεωργίας· διαλεκτικὴν μεγάλην νόσον τῆς ψυχῆς ἀπάτην ἀκεῖσθαι. Et in eodem Sophistâ Plato: διακριτικῆς

λικῆς, τὴν καθαρτικήν. καθαρτικῆς, διδασκαλικήν. Hujus vero παιδευτικήν. τῆς δὲ παιδευτικῆς, ὁ περὶ τὴν μάταιαν δοξοσοφίαν γιγνόμενος ἔλεγχος. Ἐλεγκτικὴ igitur falsæ opinionis κάθαρσις, quæ fiebat δι᾽ ἐρώτησιν, sive per interrogationem. Quam disputandi rationem commendat Plato in Epinomide, & pulcherrimum ac præcipuum examen animæ vocat, eâq; olim in docendo usum Parmenidem in Theæteto tradit. † Huc pertinet Socratis μαιευτική. Apud Platonem Theæteto ait Socrates, se obstetriciam exercere; ideoq; sibi crimini dari ὅτι ποίῃ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν, dum scilicet eos interrogaret. Nam ea pars διδασκαλικῆς, quæ animum falsâ opinione liberat, interrogatione progrediebatur, ut in Sophistâ tradit Plato. Qualis autem illa Socratis obstetricia in Theæteto docet, ubi ait Socrates, *omnia* τῆς μαιεύσεως *suæ artis propria, nisi quod illa præstantior, quæ scilicet viris non fœminis inserviat, & quod animos non corpora inspiceret:* μέγιστον δὲ τοῦτ᾽ ἔνι ἡμετέρα τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τι καὶ ἀληθές. & post pauca: πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταυτὸν ταῖς τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας. ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται. Hæc ergo μαιευτικὴ Socratis, quod interrogando exploraret animi cogitata, & principia dubitandi, tanquam do-

lores partum præcurrentes, excitaret, iisq; deinde liberaret, ad veritatem animum perducens. Plutarchus quæstionibus Platonicis: Σωκράτης ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορειῶν, ὥσπερ ὠδίνων τοῖς νέοις, ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις. καὶ τοῦτο μαιωτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν. Ea autem καθαρτικὴ τῆς ψυχῆς. Plutarchus eodem loco: τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον, ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν. De hoc ἐλεγκτικῷ Socratis differendi more Plato in Lachete. Aristoteles Sophisticon elench. lib. I. cap. II. *Philosophi munus*, ait, *de re quâq; proposita, cujus scientiam habet, nihil falsi dicere, & si quem errare intellexerit redarguere, & opinionem falsam ex animo ejus evellere, quod tum demum ritè fiet, si aptè ad interrogata responderit, & rectè interrogarit*. Hoc verò est Logicæ. Plato apud Diogenem Laërtium: Διαλεκτική, ἐπιστήμη τοῦ ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι καὶ ἐρωτᾶν. Et in Zonone: Διαλεκτικὴν ἐπιστήμην τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων. & deinde: χωρίς τε διαλεκτικῆς οὐκ εἶναι οὐδὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. Alexander Aphrod. in Aristot. I. Elench. Phys. lib. IIX. cap.
13. I. Suidas διεξοδικοὺς. Aristot. IIX. Topic. † Socratem hunc differendi morem suos docuisse indicio est Diogenes Laërtius, qui in ejus vitâ scribit, triginta tyrannos vetuisse: Socratem τέχνας διδάσκειν λόγων. Intellige Socratis λογικὴν ἐλεγκτικήν. Apud Xenophontem lib. I. memorab.

rab. ubi quærit à Charicle, quænam illa τῶν λό-
γων τέχνη, à quâ abstinendum sibi jusserant;
respondet Charicles: ne dissereret ad adolescen-
tes. Jamblichus Epist. ad Sopatrum, περὶ τῶν λό-
γων ἐπιστήμην ait, quæ docet τὸν λόγον διδόναι καὶ
λαμβάνειν. Hinc capienda illa apud Platonem
Theæteto, ubi ait Socrates Theæteto, non esse re-
velandum, se obstetriciam facere. Inde Socratis
discipuli Dialectici. Diogenes Laërtius: οὓς δια-
λεκτικοὺς ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ Καρχηδό-
νιος, διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λό-
γους διατίθεσθαι. † Et ipse Socrates Dialecticus. 14
Theo Sophista progymnasmatis: οὐκ ἀναμείνας,
εἴπερ ἄρα ἐπανερωτήσει, ὅπερ οὐκ ἦν κατὰ Σω-
κράτην, ἄνδρα διαλεκτικόν. † Hæc est illa κρι-
τικὴ καὶ συγκριτικὴ ἐπιστήμη, quam Athenæus ini- 15
tio lib. I. in Laurentio commendat: οὐκ ἀβασα-
νίστως οὐδ' ἐκ τοῦ παρατυχόντος τὰς ζητήσεις ποιού-
μενος, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ κριτικῆς τινος καὶ
Σωκρατικῆς ἐπιστήμης, ὡς πάντες θαυμάζειν τῶν ζη-
τήσεων τὴν τήρησιν. Ita apud Rhetores genus o-
rationis propriè Socraticum, cum interroga-
mus aliquid ex illo, cum quo disputatio est,
eò rem perducturi, ut assenteri cogatur. De-
metrius Phalereus: τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος
Σωκρατικὸν ὃ μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι Αἰσχίνης καὶ
Πλάτων, μεταρρυθμήσειεν τὸ πρᾶγμα τὸ προειρη-
μένον εἰς ἐρώτησιν. Addit deinde, quâ formâ ea
orationis species effingenda sit. Ex his patet

cur Clemens Alexandrinus Stromat. I. Dialecticæ finem ſtatuat ἔκπληξιν. τὸ μὲν ἐκ ῥητορικῆς, διεξοδικὸν φαινόμενον. τὸ δὲ ἐκ διαλεκτικῆς ἐρωτηκόν. τέλος δὲ αὐτῆς, ἡ ἔκπληξις. Eadem diſputandi ars κριτικὴ ἀποστηλωσία. Inde Simo Socraticus duos dialogos ſcripſit, quibus hanc συγκριτικὴν ἐπιστήμην complexus, περὶ τοῦ διαλέγεσθαι & περὶ κρίσεως. Et Socrates in Theæteto ſeipſum nihil parere, ſed aliis obſtetricari, idq; dæmonii juſſu, quia, ut Plutarchus ait, οὐ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου, τὸ γεννᾶν ἐμπόδιον ἐστι. τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. Nihil autem tàm perditè amamus, quàm proprias opiniones, ὅθεν ὁ γεννῶν ἴδια, γίνεται φαυλότερος τῶν ἑτέρων κριτής. cum ea eligi & ſeqvi debeamus, quæ optima & vera etiamſi aliena. Philoſophia igitur res ſancta, & in arduo collocata ſolis initiatis & ritè expurgatis patet. Sacra in occulto & abdito adſervantur. Novit Ægyptus myſteriorum ſuorum adyta, Hebræi velum. Sunt & Eleuſinæ, Atticæ ſuperſtitioni, ſiparia, ut Tertullianus appellat, portarum, quæ obtutus profanos arcebant, & inexpiatos aditu pellebant. Apollo oracula ſua ænigmatis obvolebat, ne expertes ſacrorum ſuorum aures ea caperent, καὶ αἱ τελεταὶ, ut Clemens Alexand. lib. VI. τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀναίδην οὐ δείκνυνται, ἀλλὰ μετά τινων καθαρμῶν καὶ προῤῥήσεων. Ergo Philoſophiam, ſacram & divinam poſſesſionem, impoliti, ſordidi, cooperti inſcitiæ tenebris accedamus?

mus? Etenim rudes & ignaros, tanquam ſacrilegos & parricidas, puriſſima ejus ſacra repellunt, nec ſe iis contaminari patiuntur. Nempe ut in Eleuſiniâ religione per gradus quosdam ad myſteria tranſcendimus: præcedit enim ἡ κάθαρσις, cui ſuccedunt μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. Poſthæc demum licet ἐποπτεύειν. Ita & Philoſophia, ut cum Tertulliano loquar, *aditum prius cruciat, diutius initiat, quàm conſignat.* Præclarè Hippocrates νόμῳ: τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης. Præparandus animus primâ inſtitutione, & totins ἐγκυκλοπαιδείας cognitione præſtruenda firma moles & ſolida baſis, ut pondus & majeſtatem divinæ & auguſtisſimæ diſciplinæ ſuſtineamus. Nemo recto aditu ſine interceſſore ad Tyrannum ingreditur: nec ad Philoſophiæ tribunal feſtinato & immeditato curſu accedimus.

CAPUT XXVII.

Adverſus Stoicos & Epicureos, qui liberalia Studia rejiciebant.

Ἐγκύκλια igitur παιδεύματα aditum præparabunt ad Philoſophiam, reginam & principem, ad quam cum tam variis τῆς προπαιδείας munimentis, tanta præpa-

 ratione

ratione opus, verè ſtatuit Plato VI. de Republicâ, φιλόσοφον πλῆθος ἀδύνατον εἶναι. Viderint ergo Stoici, qui ſine ſtudiis liberalibus ad virtutem perveniri poſſe exiſtimarunt, qui ſervis & mulieribus philoſophandum dixerunt. Viderit Epicurus, qui omnium literarum rudes ad philoſophiam invitabat. Plutarchus συνόψει τοῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν: *Stoicorum ſapientem repentè ex fatuo & neqviſſimo in virum bonum mutatum.* & Galenus lib. Quod animi mores corporis temperamentum ſeqvantur, mirari ſe ſcribit Stoicos, *quod omnes homines adipiſcendæ virtuti aptos exiſtimabant*, qvam opinionem refellit, eoque nomine laudat Poſidonium, qui hac in parte à Stoicis diſſentiebat. Apud Senecam Epiſt. XXCIIX. exſtat Poſidonii artium diviſio. & ipſe Seneca, liberalium artium cenſor, non inhærendum illis, ſed tamen deguſtandas ait, & quæ Plutarchi ſententia eſt, diſcendas ἐκ παρέργου, ὥσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν. Negat quidem partes eſſe Philoſophiæ, adjuvare tamen ipſam fatetur. *Cum ventum eſt*, inquit, *ad naturales quæſtiones, Geometriæ teſtimonio ſtatur. Ergo ejus, quam adjuvat, pars eſt? Multa adjuvant nos, nec ideò partes noſtræ ſunt. Aliquid nobis præſtat Geometriæ miniſterium.* Eâdem Epiſtola: *Quare ergò liberalibus ſtudiis filios erudimus? Non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutem præparant, liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed*

sed expediunt. Diogenes Laërtius in Zenone: ἀποχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα φησὶν ὁ Χρύσιππος. Apparet itaq; vulgus Stoicorum ita censuisse, quòd solum virtutis usum quærerent. Quâ ratione & Cynici rejiciunt τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, ut ex Diogenis Laërtii Menedemo constat. Quod nemini mirum videri potest, cum & simili caussa in Philosophia λογικὸν καὶ φυσικὸν τόπον sustulerint, & solam Ethicam retinendam censuerint. De Epicuro manifestum est. Hæc enim ejus verba epistolâ ad Pythoclen, quæ extat apud Diog. Laërt. παιδείαν δὲ πᾶσαν φεῦγετε μακάριοι. Quintilianus lib. XII. *Epicurus fugere omnem disciplinam jubet.* Athenæus lib. XIII. Ἐπίκουρος ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὤν. ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ φιλοσοφίαν παρερχομένους. Plutarchus ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον: Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαι δέονται διὰ Ἐπικούρου καὶ συμβολοῦσιν, ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Philologiæ studia Epicureos neglexisse satis arguunt verba Metrodori eodem loco, usque adeò ut etiam primos Homeri versus ignorarint. Eodem lib. *Epicurum sapientem suum abstinere voluisse* προβλήμασι μουσικοῖς καὶ κριτικῶν φιλολόγοις ζητήμασι, *& regibus* φιλομούσοις ἐν τοῖς συμποσίοις *audienda potius* στρατηγικὰ διηγήματα; ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων.

Quibus

quibus ſtudia Grammaticæ & Philologiæ Epicurum rejeciſſe oſtendit. Nam quæ fuerint ζητήματα κριτικῶν φιλόλογα, καὶ προβλήματα ποιητικὰ abundè docui cap. X. Cicero in Piſonem: *Eſt qvidem hic literis, quod cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.* Hieronymus ad Magn. Orat. *Exceptis his, qui cum Epicuro literas non didicerunt.* Huc pertinet, qvod plurimi veterum notant, Epicuri dictionem non ſolum negligentiam præ ſe ferre, ſed vitioſam, inconditam & ſordidi ſermonis fece repletam. Cleomedes κυκλικῆς θεωρίας μεθεωρῶν lib. II. corruptisſimam ejus orationem adfirmat, veluti cum ait: τὰ περὶ ταύτης πιστὰ ἐλπίσματα, λίπασμα ὀφθαλμῶν τὸ δάκρυον ὀνομάζων. & ſimilia ſordida, ἀπὸ μέσης τῆς πορνείας, καὶ τῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς προσαιτούντων ἰουδαϊκά τινα καὶ κατωτέρω τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα. Cicero l. de Nat. Deorum notat Epicuri inſcitiam in loquendo. Apud Diog. Laërtium Epicuro: τόν τε Ἐπίκουρον πολλὰ κατὰ τὸν λόγον ἠγνοηκέναι. Rectè vero Sextus Philoſophus: *Qui barbarè loquitur, & ſolœciſmos committit, irridetur ut ineruditus.* Inprimis autem Dialecticam ſprevit. Unde Hieronymus adverſus Rufinum: *Et qvoniam Stoici dialecticam ſibi vindicant, & tu hujus ſcientiæ deliramenta contemnis, in hac parte Epicureus es, nec quæris quomodo, ſed quid loquaris.* Nihil enim opus diſputatione cenſebat Epicurus, qui rerum judicia non à ratione, ſed à ſenſibus petenda ajebat, penes quos κριτήρια τῆς ἀληθείας ſtatuebat.

bat. ὐδ' ἐστὶ, inquit, τὸ δυνάμενον αὐτὰς (αἰσθήσεις) διελέγξαι. &, ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. Sed hoc qvàm falsum sit, aliis Philosophis satis superqve demonstratum. Imò ipse confugere coactus ad Dialecticæ quasi quandam partem, eamque novo instituto & nomine introducere, κανόνα ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχοντα. hoc est, interprete Cicerone, *regulam ad quam omnia judicia rerum diriguntur*. Seneca Epist. XXCIX. *Epicurei duas partes Philosophiæ putaverunt esse, Naturalem & Moralem: Rationalem removerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoqve locum, qvem de judicio & regulâ appellant, alio nomine rationalem induxerunt*. Simili caussâ Mathematicas disciplinas repudiavit, ματαίας eas appellans, quod sensu percipi non possint, unde apud Laërtium: Epicurum maluisse Polyænum Mathematicam dediscere, quam eam ab illo doceri. Plutarchus lib. ὅτι ὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Επίκουρον. Sextus Empiricus lib. I. nonnullos existimasse scribit, Epicureos prætextum quæsivisse suæ inscitiæ, dum statuerunt ad sapientiam nihil conferre disciplinas. Arguebatur enim Epicurus ut indoctus, & ne sermone quidem purus. Sed Empiricus ideò spernendas artes Epicurum censuisse tradit, quòd Platoni & Aristoteli, aliisq;, qui disciplinis exculti, malè vellet. Sive quod hoc fecerit, incitatus inimicitiis, quas adversus Nausiphanem alebat. Hic

enim diſciplinarum ſtudioſus & peritus; cujus diſcipulus cum fuiſſet Epicurus, ne videretur ab illo edoctus, ſed ſuo ingenio & induſtriâ Philoſophiam adeptus, totus erat in reprehendendis & inſectandis diſciplinis, quibus ille potisſimùm gloriabatur. Si igitur Epicurus eò faſtus & vanitatis abreptus, ut gloriaretur & credi vellet, ſe nullo magiſtro uſum, ſuaq; dogmata, quas κυρίας δόξας appellabat, ſibi ſoli tribuenda, eorumq; pater & inventor haberi adfectabat, ut Laërtius in Epicuro ſcribit, ſanè ad ſtabiliendam hanc ſententiam, augendamq; inanem gloriam, negandum illi erat optimas artes ad Philoſophiam conferre. Certè omnis παιδεία illi tollenda, qui nullum magiſtrum agnoſcebat. Et tamen dum ſtabilire tentat, ſe nequicquam per alios profeciſſe, illud incautum intercepit, quod vitare voluit. Ut enim alia dogmata ſua, quemadmodum Cicero I. de Finibus. Theodoretus πρὸς Ἕλληνας Serm. XI. ſcribunt, & ex iis, quæ Democriti recenſet Plutarchus de placitis Philoſophorum ſatis apparet, à Democrito hauſit, eaq; immutata corrupit: ita hoc quoque illi ſurripuit & invertit. Nam quod Democritus affirmabat eruditionem inutilem, quatenus ſcilicet totos occupat, & à Philoſophiâ ſeducit, hoc illi ſubtractum depravavit, & affirmare auſus eſt optimas artes ad Philoſophiam prorſus inutiles. Quod quidem ideo commentus videtur. Epicurus, inertiæ patronus, ut ap-

plau-

plausum aucuparetur, & quam plurimos sectatores attraheret. Omnes enim perverso quodam naturæ instinctu desidiam amamus. Quis igitur non appeteret eam Philosophiam, quæ in proclivi sita & sine labore adipisci potest. Hanc promittebat Epicurus, callidus captator, ut omnes amore desidiæ in assensum pertraheret. Certè ut auceps, qui eam offudit escam, quam appetituras aviculas scivit, eas illices exposuit, quæ blandâ & argutâ voce alias quamplurimas advocarent, non sine spe prædæ aream concinnavit: Ita Epicurus ignaviæ commendationem pro hamo in turbam misit, ejusq; illecebris, velut blandientibus cibis, complures inescavit. Si qua enim Diogeni Laërtio fides, tot ipsius amici, ut vel Athenas capere potuissent. Et Cicero I. de Finibus, *magnos & amoris conspiratione consentientes amicorum greges tenuisse Epicurum* scribit. Lactantius de falsâ sapientiâ lib. III. *Epicuri disciplina multò celebrior semper fuit, quàm cæterorum: non quia veri aliquid afferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo enim non in vitia pronus est. Propterà ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis quibusq; moribus loquitur. Desidiosum vetat literas discere, avarum populi largitione liberat, ignavum prohibet accedere ad Rempublicam.* Nihil ergo conferre aiebat Epicurus bonas artes ad Philosophiam sed ad Philosophiam Epicuri, quæ ut Tertullianus Apologetico, ἀπαραξίαν καὶ ἀπραξίαν, id est, animi

animi æquitatem,& à negociis requiem quærebat. Quam quidem animi tranquillitatem puram & integram omnino volebat; ea ut petitori suo constaret, nimia rerum investigatio prorsus tollenda, ne qua sollicitudo aut metus, qui sæpe ex his studiis oriuntur, turbarent. Vitanda omnis molestia & inveniendi labor, ne qua tristitiæ nebula animi tranquillitatem obduceret. Quis enim negare audebit, hæc studia in accuratâ veritatis indagatione posita parere aliquid ex sese vel levis molestiæ, quod indubiè sentiremus, nisi eorum incredibilis amor acerbitatem dilueret. Equidem non probabit artes Epicurus, si aliquid laboris habent, qui ne virtuti quidem ullum precium posuit. Quinimo eam negligendam censet, nisi voluptatem ex se relinquat, quam ἀρχὴν καὶ ῥίζαν παντὸς ἀγαθοῦ ait, & sapientiam supervacuam, nisi ad hanc referatur, ideoq; nec illam voluptatem capiebat, quæ ex optimarum artium cultu ad animum redundat. Eadem caussa fortasse illum induxit, ut multa absurda & à ratione abhorrentia, ferè in omni Philosophiæ parte, statuere minimè veritus. Puto malebat debere ludibrium veritati, risum & contemtum sustulisse aliis Philosophis, quàm secedere contemplationi & arroso ungve in veri investigatione laborare. Etenim ne ullis fluctibus animus ejus infestaretur, nec amore aut odio veritatis torqueretur, maluit omnia aliis subtracta, depravata

aut

aut immutata, abſurditate involvere. Quâ ratione & Sceptici *ἀταραξίαν καὶ ἀπάθειαν*, ſive ut Latini loquuntur, animæ ocium quærentes, judicium tranſtulerunt ad incerti aſſertionem, & univerſa ſuſpendere prætulerunt, quàm inconſultâ temeritate vera aut fallacia ſequi; ne animus diſtractus opinionum laſciviâ metu aut amore agitaretur. Liberi enim & tranquilli, dum ſingulis dubiis ad neutram partem aſſenſionem flectunt, & ſoluti motu, quem amor aut odium opinionum concitare ſolet. Sed poteram hæc verba non perdere, qui adverſus Epicurum diſputem, quem è choro Philoſophorum ſuſtulit antiquitas, ut Cicero I. de Finib. D. Hieronymus Epiſt. XXII. teſtantur. Themiſtius Orat. II. Ἐπίκουρον δὲ ὡς τάχιστα ἀπέπεμπεν ἐκ τοῦ καταλόγου ἅτε ἐραστοῦ τῆς ἡδονῆς. Hoc autem tam asperum antiquorum judicium tulit, non tantùm quòd nulla Philoſophiæ decreta vera & incorrupta tenuerit, & in ſummi boni explicatione graviter hallucinatus ſit, ſed quod diſciplinas ingenuo & libero homine dignas ignoravit aut rejecit. Reſpondebit igitur pro nobis Epicuro Lactantius, ſed non Epicuro Philoſopho: *Multis artibus opus eſt, ut ad Philoſophiam poſſit accedi. Diſcendæ communes literæ propter uſum legendi, quia in tantâ rerum varietate nec diſci audiendo poſſunt omnia, nec memoriâ contineri. Grammaticis quoq; non parùm operæ dandum, ut rectam loquendi rationem ſcias. Nec Oratoria quidem ignoranda eſt.*

ut ea quæ didiceris proferre atq; eloqui possis. Geometria quoq; ac Musica & Astrologia necessaria est, quod hæ artes cum Philosophiâ habent societatem. Quomodo rudes quæ de principiis rerum dicuntur intelligent ? quæ perplexa & involuta vix etiam politi homines assequuntur.

CAPUT XXVIII.

1. De alterâ Polymathiæ parte, doctrinâ, quæ acquiritur rerum ipsarum inspectione, & usu eruditorum. 2. ἱςορία. 3. Apulejus explicatus & emendatus.

1. SEcundam Polymathiæ partem in ipsâ rerum inquisitione sitam adfirmabam. Inquirimus autem duplici modo: oculis & auditu, hoc est, inspectione sive αὐτοψία, & usu ac familiaritate illorum, qui doctrinâ clari & illustres; utrumq; suppeditat peregrinatio, quâ quæsita discimus, & nondum inventa quærimus. Seneca Epist. CIV. *Peregrinatio notitiam dabit gentium, novas tibi montium formas ostendet, & alicujus fluminis sub observatione naturam, sive ut Nilus æstivo incremento tumet, sive ut Tigris eripitur ex oculis, & acto per occulta cursu integræ magnitudini redditur.* Consolat. ad Helviam: *Maxima pars illius turbæ patriâ caret. Alios abducit ambitio, alios imposita legatio, alios liberalium studiorum cupiditas.* Apulejus de dogmate

dogmate Platonis: Siciliam accesſit *hiſtoriæ gratia, ut naturam Ætnæ & incendia concavi montis intelligeret, & ut municipaleis leges ejus provinciæ diſceret.* † Ubi ſatis explicat, quid *hiſtoriæ gratiâ* 2.
Siciliam accesſiſſe dixerit, ut ipsâ αὐτοψίᾳ diſceret naturam incendiorum Ætnæ. Diogenes Laërt. πέπλευκεν εἰς Σικελίαν κατὰ θέαν τῆς νήσου. κατὰ θέαν, hiſtoriæ gratiâ. Galenus περὶ αἱρέσεων: ἱστορίαν ὀνομάζουσι. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῶν μὲν τηρήσαντι αὐτοψία. Plutarchus Solone: καί τοι φασὶν ἔνιοι πολυπειρίας ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. Syneſius Epiſt. ad Herculianum: ἢ που θαυμαστῶς ἂν ἡ ποίησις ὕμνησε τὴν ἐμήν τε καὶ σὴν ἀποδημίαν, παρασχοῦσαν ἡμῖν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν καὶ διὰ φήμης ἀπιστουμένων. αὐτόπται γάρ τοι καὶ αὐτήκοοι γεγόναμεν τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων. Auctor vitæ Hippocratis: ἄλλοι δὲ φασὶν ὅτι προθέσει τοῦ τὰ κατὰ τόπους ἀποτελούμενα θεάσασθαι καὶ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. *Patriam eum reliquiſſe dicunt, ut quæcunque in locis variis naſcerentur ſpectaret, & diverſis modis exerceretur.* Galenus Orat. ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, medicorum peregrinationes narrat huic fini ſuſceptas, ut propriis oculis intuerentur diverſas urbes, naturam locorum ſcrutarentur, & experimentis comprobarēt, quæ arte didicerant. Hac de cauſsâ ipſe Lemnū inſulam accesſit. Juſtinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας de Diodoro Hiſtorico: ἐν τριάκοντα

ratione opus, verè ſtatuit Plato VI. de Republicâ, *φιλόσοφον πλῆθος ἀδύνατον εἶναι*. Viderint ergo Stoici, qui ſine ſtudiis liberalibus ad virtutem perveniri poſſe exiſtimarunt, qui ſervis & mulieribus philoſophandum dixerunt. Viderit Epicurus, qui omnium literarum rudes ad philoſophiam invitabat. Plutarchus *συνόψει ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν*: *Stoicorum ſapientem repentè ex fatuo & neqviſſimo in virum bonum mutatum*. & Galenus lib. Quod animi mores corporis temperamentum ſequantur, mirari ſe ſcribit Stoicos, *quod omnes homines adipiſcendæ virtuti aptos exiſtimabant*, qvam opinionem refellit, eoque nomine laudat Poſidonium, qui hac in parte à Stoicis diſſentiebat. Apud Senecam Epiſt. XXCIIX. exſtat Poſidonii artium diviſio. & ipſe Seneca, liberalium artium cenſor, non inhærendum illis, ſed tamen deguſtandas ait, & quæ Plutarchi ſententia eſt, diſcendas *ἐκ παρέργου, ὥσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν*. Negat quidem partes eſſe Philoſophiæ, adjuvare tamen ipſam fatetur. *Cum ventum eſt*, inquit, *ad naturales quæſtiones, Geometriæ teſtimonio ſtatur. Ergo ejus, quam adjuvat, pars eſt? Multa adjuvant nos, nec ideò partes noſtræ ſunt. Aliquid nobis præſtat Geometriæ miniſterium.* Eâdem Epiſtolâ: *Quare ergò liberalibus ſtudiis filios erudimus? Non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutem præparant, liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed*

sed expediunt. Diogenes Laërtius in Zenone: εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα φησὶν ὁ Χρύσιππος. Apparet itaq; vulgus Stoicorum ita censuisse, quòd solum virtutis usum quærerent. Quâ ratione & Cynici rejiciunt τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, ut ex Diogenis Laërtii Menedemo constat. Quod nemini mirum videri potest, cum & simili caussa in Philosophia λογικὸν καὶ φυσικὸν τόπον sustulerint, & solam Ethicam retinendam censuerint. De Epicuro manifestum est. Hæc enim ejus verba epistolâ ad Pythoclen, quæ extat apud Diog. Laërt. παιδείαν δὲ πᾶσαν φεύγετε μακάριοι. Quintilianus lib. XII. *Epicurus fugere omnem disciplinam jubet.* Athenæus lib. XIII. Επίκουρος ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὤν. ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ φιλοσοφίαν παρερχομένους. Plutarchus ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Επίκουρον: Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαι δέονται διὰ Επικούρου καὶ ἀντιβολοῦσιν, ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Philologiæ studia Epicureos neglexisse satis arguunt verba Metrodori eodem loco, usque adeò ut etiam primos Homeri versus ignorarint. Eodem lib. *Epicurum sapientem suum abstinere voluisse* προβλήμασι μουσικοῖς καὶ κριτικῶν φιλολόγοις ζητήμασι, *&* *regibus* φιλομούσοις ἐν τοῖς συμποσίοις *audienda potius* στρατηγικὰ διηγήματα; ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων.

Quibus

bat. οὐδ' ἔστι, inquit, τὸ δυνάμενον αὐτὰς (αἰσθήσεις) διελέγξαι. &, ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. Sed hoc qvàm falſum ſit, aliis Philoſophis ſatis ſuperqve demonſtratum. Imò ipſe confugere coactus ad Dialecticæ quaſi quandam partem, eamque novo inſtituto & nomine introducere, κανόνα ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχοντα. hoceſt, interprete Cicerone, *regulam ad quam omnia judicia rerum diriguntur*. Seneca Epiſt. XXCIX. *Epicurei duas partes Philoſophiæ putaverunt eſſe, Naturalem & Moralem: Rationalem removerunt. Deinde cum ipſis rebus cogerentur ambigua ſecernere, falſa ſub ſpecie veri latentia coarguere, ipſi quoqve locum, qvem de judicio & regulâ appellant, alio nomine rationalem induxerunt.* Simili cauſsâ Mathematicas diſciplinas repudiavit, ματαίας eas appellans, quod ſenſu percipi non posſint, unde apud Laërtium: Epicurum maluiſſe Polyænum Mathematicam dediſcere, quam eam ab illo doceri. Plutarchus lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Επίκουρον. Sextus Empiricus lib. I. nonnullos exiſtimaſſe ſcribit, Epicureos prætextum quæſiviſſe ſuæ inſcitiæ, dum ſtatuerunt ad ſapientiam nihil conferre diſciplinas. Arguebatur enim Epicurus ut indoctus, & ne ſermone quidem purus. Sed Empiricus ideò ſpernendas artes Epicurum cenſuiſſe tradit, quòd Platoni & Ariſtoteli, aliisq; , qui diſciplinis exculti, malè vellet. Sive quod hoc fecerit, incitatus inimicitiis, quas adverſus Nauſiphanem alebat. Hic

enim disciplinarum studiosus & peritus; cujus discipulus cum fuisset Epicurus, ne videretur ab illo edoctus, sed suo ingenio & industriâ Philosophiam adeptus, totus erat in reprehendendis & insectandis disciplinis, quibus ille potissimùm gloriabatur. Si igitur Epicurus eò fastus & vanitatis abreptus, ut gloriaretur & credi vellet, se nullo magistro usum, suaq; dogmata, quas *κυρίας δόξας* appellabat, sibi soli tribuenda, eorumq; pater & inventor haberi adfectabat, ut Laërtius in Epicuro scribit, sanè ad stabiliendam hanc sententiam, augendamq; inanem gloriam, negandum illi erat optimas artes ad Philosophiam conferre. Certè omnis *παιδεία* illi tollenda, qui nullum magistrum agnoscebat. Et tamen dum stabilire tentat, se nequicquam per alios profecisse, illud incautum intercepit, quod vitare voluit. Ut enim alia dogmata sua, quemadmodum Cicero I. de Finibus. Theodoretus *πρὸς Ἕλληνας* Serm. XI. scribunt, & ex iis, quæ Democriti recenset Plutarchus de placitis Philosophorum satis apparet, à Democrito hausit, eaq; immutata corrupit: ita hoc quoque illi surripuit & invertit. Nam quod Democritus affirmabat eruditionem inutilem, quatenus scilicet totos occupat, & à Philosophiâ seducit. hoc illi subtractum depravavit, & affirmare ausus est optimas artes ad Philosophiam prorsus inutiles. Quod quidem ideo commentus videtur. Epicurus, inertiæ patronus, ut ap-

plau-

plausum aucuparetur, & quam plurimos sectatores attraheret. Omnes enim perverso quodam naturæ instinctu desidiam amamus. Quis igitur non appeteret eam Philosophiam, quæ in proclivi sita & sine labore adipisci potest. Hanc promittebat Epicurus, callidus captator, ut omnes amore desidiæ in assensum pertraheret. Certè ut auceps, qui eam offudit escam, quam appetituras aviculas scivit, eas illices exposuit, quæ blandâ & argutâ voce alias quamplurimas advocarent, non sine spe prædæ aream concinnavit: Ita Epicurus ignaviæ commendationem pro hamo in turbam misit, ejusq; illecebris, velut blandientibus cibis, complures inescavit. Si qua enim Diogeni Laërtio fides, tot ipsius amici, ut vel Athenas capere potuissent. Et Cicero I. de Finibus, *magnos & amoris conspiratione consentientes amicorum greges tenuisse Epicurum* scribit. Lactantius de falsâ sapientiâ lib. III. *Epicuri disciplina multò celebrior semper fuit, quàm cæterorum: non quia veri aliquid afferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo enim non in vitia pronus est. Propterà ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis quibusq; moribus loquitur. Desidiosum vetat literas discere, avarum populi largitione liberat, ignavum prohibet accedere ad Rempublicam.* Nihil ergo conferre aiebat Epicurus bonas artes ad Philosophiam sed ad Philosophiam Epicuri, quæ ut Tertullianus Apologetico, ἀταραξίαν καὶ ἀπραξίαν, id est, animi

animi æquitatem, & à negociis requiem quærebat. Quam quidem animi tranquillitatem puram & integram omnino volebat; ea ut petitori suo constaret, nimia rerum investigatio prorsus tollenda, ne qua sollicitudo aut metus, qui sæpe ex his studiis oriuntur, turbarent. Vitanda omnis molestia & inveniendi labor, ne qua tristitiæ nebula animi tranquillitatem obduceret. Quis enim negare audebit, hæc studia in accuratâ veritatis indagatione posita parere aliquid ex sese vel levis molestiæ, quod indubiè sentiremus, nisi eorum incredibilis amor acerbitatem dilueret. Equidem non probabit artes Epicurus, si aliquid laboris habent, qui ne virtuti quidem ullum precium posuit. Quinimo eam negligendam censet, nisi voluptatem ex se relinquat, quam ἀρχὴν καὶ ῥίζαν παντὸς ἀγαθοῦ ait, & sapientiam supervacuam, nisi ad hanc referatur, ideoq; nec illam voluptatem capiebat, quæ ex optimarum artium cultu ad animum redundat. Eadem caussa fortasse illum induxit, ut multa absurda & à ratione abhorrentia, ferè in omni Philosophiæ parte, statuere minimè veritus. Puto malebat debere ludibrium veritati, risum & contemtum sustulisse aliis Philosophis, quàm secedere contemplationi & arroso ungve in veri investigatione laborare. Etenim ne ullis fluctibus animus ejus infestaretur, nec amore aut odio veritatis torqueretur, maluit omnia aliis subtracta, depravata

aut

aut immutata, absurditate involvere. Quâ ratione & Sceptici ἀταραξίαν καὶ ἀπάθειαν, sive ut Latini loquuntur, animæ ocium quærentes, judicium transtulerunt ad incerti assertionem, & universa suspendere prætulerunt, quàm inconsultâ temeritate vera aut fallacia sequi; ne animus distractus opinionum lasciviâ metu aut amore agitaretur. Liberi enim & tranquilli, dum singulis dubiis ad neutram partem assensionem flectunt, & soluti motu, quem amor aut odium opinionum concitare solet. Sed poteram hæc verba non perdere, qui adversus Epicurum disputem, quem è choro Philosophorum sustulit antiquitas, ut Cicero I. de Finib. D. Hieronym9 Epist. XXII. testantur. Themistius Orat. II. Ἐπίκουρον δὲ ὡς τάχιστα ἀπέπεμπεν ἐκ τοῦ καταλόγου ἅτε ἐραστοῦ τῆς ἡδονῆς. Hoc autem tam asperum antiquorum judicium tulit, non tantùm quòd nulla Philosophiæ decreta vera & incorrupta tenuerit, & in summi boni explicatione graviter hallucinatus sit, sed quod disciplinas ingenuo & libero homine dignas ignoravit aut rejecit. Respondebit igitur pro nobis Epicuro Lactantius, sed non Epicuro Philosopho: *Multis artibus opus est, ut ad Philosophiam possit accedi. Discenda communes literæ propter usum legendi, quia in tantâ rerum varietate nec disci audiendo possunt omnia, nec memoriâ contineri. Grammaticis quoq; non parùm operæ dandum, ut rectam loquendi rationem scias. Nec Oratoria quidem ignoranda est,*

ut

ut ea quæ didiceris proferre atq; eloqui posſis. Geometria quoq; ac Muſica & Aſtrologia neceſſaria eſt, quod hæ artes cum Philoſophiâ habent ſocietatem. Quomodo rudes quæ de principiis rerum dicuntur intelligent? quæ perplexa & involuta vix etiam politi homines aſſequuntur.

CAPUT XXVIII.

1. De alterâ Polymathiæ parte, doctrinâ, quæ acquiritur rerum ipſarum inſpectione, & uſu eruditorum. 2. ἱστορία. 3. Apulejus explicatus & emendatus.

1. SEcundam Polymathiæ partem in ipsâ rerum inquiſitione ſitam adfirmabam. Inquirimus autem duplici modo: oculis & auditu, hoc eſt, inſpectione ſive αὐτοψία, & uſu ac familiaritate illorum, qui doctrinâ clari & illuſtres; utrumq; ſuppeditat peregrinatio, quâ quæſita diſcimus, & nondum inventa quærimus. Seneca Epiſt. CIV. *Peregrinatio notitiam dabit gentium, novas tibi montium formas oſtendet, & alicujus fluminis ſub obſervatione naturam, ſive ut Nilus æſtivo incremento tumet, ſive ut Tigris eripitur ex oculis, & acto per occulta curſu integræ magnitudini redditur.* Conſolat. ad Helviam: *Maxima pars illius turbæ patriâ caret. Alios abducit ambitio, alios impoſita legatio, alios liberalium ſtudiorum cupiditas.* Apulejus de dogmate

dogmate Platonis: Siciliam accessit *historiæ gratia, ut naturam Ætnæ & incendia concavi montis intelligeret, & ut municipaleis leges ejus provinciæ disceret.* † Ubi satis explicat, quid *historiæ gratiâ* 2.
Siciliam accessisse dixerit, ut ipsâ αὐτοψίᾳ disceret naturam incendiorum Ætnæ. Diogenes Laërt. πέπλευκεν εἰς Σικελίαν κατὰ θέαν τῆς νήσου. κατὰ θέαν, historiæ gratiâ. Galenus περὶ αἱρέσεων: ἱστορίαν ὀνομάζουσι. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῷ μὲν τηρήσαντι αὐτοψία. Plutarchus Solone: καί τοι φασὶν ἔνιοι πολυπειρίας ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. Synesius Epist. ad Herculianum: ἢ πῶς θαυμαστῶς ἂν ἡ ποίησις ὕμνησε τὴν ἐμήν τε καὶ σὴν ἀποδημίαν, περιαχοῦσαν ἡμῖν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν καὶ διὰ φήμης ἀπιστουμένων. αὐτόπται γάρ τοι καὶ αὐτήκοοι γεγόναμεν τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων. Auctor vitæ Hippocratis: ἄλλοι δὲ φασὶν ὅτι προθέσθαι τοῦ τὰ κατὰ τόπους ἀποτελούμενα θεάσασθαι καὶ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. *Patriam eum reliquisse dicunt, ut quæcunque in locis variis nascerentur spectaret, & diversis modis exerceretur.* Galenus Orat. ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, medicorum peregrinationes narrat huic fini susceptas, ut propriis oculis intuerentur diversas urbes, naturam locorum scrutarentur, & experimentis comprobarēt, quæ arte didicerant. Hac de caussâ ipse Lemnū insulam accessit. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας de Diodoro Historico: ἐν τριάκοντα

κοντα ὅλοις ἔτεσιν Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν περιελθῶν, καὶ αὐτόπτης τῶν πλείστων γεγονώς. ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ φήσας παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων μεμαθηκέναι, ὅτι ἀρχαῖος νομοθέτης Μωϋσῆς γέγονεν. Thales Epistolâ ad Pherecydem scribit, se comite Solone Ægyptum petiisse, ut sideralem scientiam discerêt, & cum sacerdotibus Ægypti versarentur. Lycurgus quoque ob eandem caussam Ægyptum accessit. Democritus apud Clementem Alexandrinum gloriatur, se plures terras peragrasse, ut remota quæque inquireret, & homines eruditos audiret. Diogenes Laërtius ex Demetrio & Antisthene tradit, Democritum in Ægyptum ad sacerdotes contẽdisse, ut Geometriam perciperet, & in Persidem ad Chaldæos accessisse. Gymnosophistis quoq; in India conversatum, & in Æthiopiam pervenisse. Suidas: Democritus. Idem Diogenes scribit, Pythagoram relictâ patriâ Ægyptum petiisse, illorum adyta ingressum, & apud Chaldæos Magis conversatum, cunctisq; barbaris ac Græcis mysteriis initiatum. In Cretâ deinde cum Epimenide in Idæum antrum descendisse. Clemens Stromat. I. Pythagoram circumcisum scribit, ut adyta ingressus Ægyptiorum Philosophiam mysticam perdisceret, quod & Theodoretus sermone I. & Clemens ex Alexandri de Symbolis Pythagoræ refert, eundem Druidas & Brachmannas audivisse. † Apulejus Floridis: *Pythagoram ajunt doctores habuisse Persarum*

ſarum Magos, ac præcipuè Zoroaſtrem, omnis divini arcani antiſtitem, (ita enim ex veteri libro legendum, non ut vulgò: *arcanum antiſtitem*) *Petiiſſe Ægyptias diſciplinas, atq; ibi à ſacerdotibus ceremoniarũ incredendas potentias, numerorum admirãdas vices, Geometriæ ſolertisſimas formas didiciſſe, nec has artibus animi expletum, mox Chaldæos atq; inde Brachmanas adiiſſe.* Vide quæ de Pythagoræ peregrinatione & diſciplinis, variis doctoribus hauſtis, apud illum ſeqvuntur, quæ & Jamblichus de vitâ Pythagoræ tradit, & Malchus ſive Porphyrius in ejusdem Pythagoræ vitâ qvam hactenus invulgatam propediem publicabimus. Scribit autem Jamblichus valde curiosè Pythagoram illis uſum, qui doctrinâ clari & illuſtres, nec intermiſiſſe, quin viſeret & contemplaretur omnia loca, in quibus aliquid ſingulare ſe comperturum ſperabat. Apulejus de dogmate Platonis: *Poſtquam Socrates homines reliquit, Plato ad Pythagoræ diſciplinam ſe contulit, & quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis diſciplinis ſentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut Geometriam diſceret, eſt profectus, & Aſtrologiam ad usq; Ægyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritꝰ addiſceret. Et ad Italiam iterum venit, & Pytagoreos ſectatus.* Diog. Laërt. in Plat. Cic. V. de Finib. Ita Xenocratẽ, Theophraſtũ, Zenonem, Cleanthem, Chryſippũ, Darneadẽ, Poſidoniũ, aliosq; Philoſ. quàm plurimos, diſcendi ſtudio varias & lõginquas peregrinationes obiiſſe memoriæ prodirũ.

Theodoretus πρὸς Ἕλληνας Serm. I. Hieronymus ad Paulinum: *Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse provincias, novos adisse populos, transisse maria, ut eos quos ex libris noverant, coram quoq; viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum, eamq; oram, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragravit; dum literas quasi toto fugientes orbe persequitur. Ad T. Livium de ultimis Hispaniæ Galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus. Apollonius Indiæ regna penetravit, pervenit ad Brachmannas, ut Hiarcham in throno sedentem aureo, inter paucos discipulos de naturâ, de motibus siderum ac dierum cursu audiret docentem.* Cicero II. de Oratore Antonium Athenis vel Rhodi doctissimorum hominum sermonibus se dedisse. Apelles Rhodum adnavigavit avidus cognoscendi Protogenis opera, ut refert Plinius lib. XXXV. cap. X. Hinc Strabo Eratosthenis multum tribuit, usq; adeò, ut illum solum dignum existimet, adversus qvem Philosophiâ experiri velit, quia, ut ipse Eratosthenes de se scripserat, πλείστοις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν convixerat, qvod præter ejus πολυμάθειαν movit Straboně, ne temerè ipsius scita rejiceret.

CAPUT XXIX.

Polymathia defensa adversus Heraclitum, aliosq; ejus contemtores. Apulejus emendatus.

Hæc

HÆc eſt illa Polymathia, quam nonnulli, ut inutilem, planè improbarunt, qui cum receptam & ſeveram doctrinæ legem evertiſſent, velut effracto oſtio ſordidi & impoliti, ſeu ut Ariſtoteles inquit, *ἄλουτοι καὶ κονιορτοῦ πλήρεις* ad regias diſciplinas irruperunt. Ideoq; nullam eorum rationem habendam cenſeo. Omnem ad Philoſophiã aditum ſine Polymathia obſtructum, ſatis abundè me probaſſe exiſtimo. Si vero ad Philoſophiam absq; eâ pervenire non licet, multo minus ad ſeveriores diſciplinas, quas ſine ea fruſtra adipiſci quærimus. Adverſus hos Polymathiæ contemtores ſummo robore niti, operæ non videtur. Syneſius in Dione: *οὐ γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον οὐδὲ καταβεβλημένον, οὐδὲ θήρα ληπτόν. τί οὖν; ἐνταῦθα καλείσθω φιλοσοφία σύμμαχος, καὶ παρασκευαζέσθωσαν ἀνεξόμενοι πάσης ἐκείνης τῆς διεξόδου, μῆκος ἐχούσης μυρίον, παιδευόμενοι καὶ περιπαιδευόμενοι. δεῖ γὰρ πρῶτον ἀποδοῦναι τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι πρὶν δᾳδουχῆσαι, καὶ δᾳδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι.* Clemens Stromat. I. *ἡ πολυμαθία διασυστατικὴ τυγχάνει τοῦ παρατιθεμένους τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων πρὸς πειθὼ τῶν ἀκροωμένων θαυμασμὸν ἐγγεννῶσα τοῖς κατηχουμένοις, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν συνίστησιν. προπαρασκευάζει ἡ φιλοσοφία προοδοποιοῦσα τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τελειούμενον. ἐπεὶ καὶ σὺ τῷ θριγκῷ ὑπερχυτώσας αὐτὴν διὰ φιλοσοφι-*

σοφίας καὶ πολυτελείας ὀρθῆς, ἀνεπίβατον τοῖς σοφισαῖς τηρήσεις. & mox: αἱ ἐντολαὶ καὶ αἱ προπαιδεῖαι ὁδοὶ καὶ ἀφορμαὶ τοῦ βίου. eumq; demum χρηστομαθῆ, *qui varias disciplinas adsecutus, & ex Geometria, Musica, Grmmatica & ipsa Philosophia colligens utile, integram & incorruptam servet fidem. Athletam probamus, qui se ad certamen præparavit. Ita qui ex Græcis & barbaris singula ad rectam vitam confert, is peritus veritatis indagator, instar lapidis Lydii aurum adulterinum à probo discernet, Sophisticen à Philosophia, & hæreses, quæ in Græca Philosophia, ab ipsa veritate.* Stromaton VI. πολυμαθῆ δὲ εἶναι χρὴ τὸν γνωστικόν. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ἁμαρτημάτων, reprehendit medicos, qui non exercitati ἐν τοῖς πρώτοις μαθήμασι, περὶ τέλους βίου καὶ κακοδαιμονίας ἀκούωσι τοὺς διδασκάλους λόγους τινὰς ἀποδεικτικούς. Et περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων sibi hanc contigisse felicitatem, ut sub patre Arithmeticâ, Logicâ & Grammaticâ, aliisq; humanioribus disciplinis institueretur, usq; ad ætatis annum decimum quintum. Deinde διαλεκτικὴν θεωρίαν amplexus, deinceps soli Philosophiæ animum adjicere posset. Ammonius in vitâ Aristotelis: Aristotelem adolescentem τῇ τῶν ἐλευθέρων παιδείᾳ institutum ἔτι νέον ὄντα, idq; satis ostendere τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ ποιητικῶν καὶ πρὸς ποιητάς, τὰ Ὁμήρου προβλήματα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι. ἑπτακαίδεκα δὲ ἐτῶν γενόμενον Philosophiæ sese dare cœpisse. Alii verò Polymathiam penitus neglexerunt, impulsi præposterâ desperatione, quâ

frustra conceperant, animum humanũ tam variæ & multiplici doctrinæ, tam diversis rebus nullo genere sufficere. Siquidem vera illa Platonis apud Themistium: ἀδύνατον ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. Nihil solidi firmiq; subhærere existimarunt, cum ingenia tracta in diversa & inter se aliena nihil certi concipere potuerunt, quod Q. Fufius Calenus apud Dionem lib. XLVI. in argumentum ignorantiæ trahit. Objicit enim Ciceroni, quod & Reipublicæ se immisceret, & declamator, Poëta, Historicus & Philosophus haberi vellet. Certè facilius unum aliquod rectè & præclarè fecerimus, quàm plurima mediocriter. Aristot. lib. IV. de Republ. cap. XV. βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. Ut diversi cibi corpus non juvant: ita varia eruditio animo nõ accedit, nec prodest. Quem velut fugitivum in aliena ducit, adeò ut cum nihil certi assecutus sit, omnia se amplexum existimet. Athenæus lib. I. refert Calliphanem Poëtam ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν ad tres aut quatuor versus recitasse, πολυμαθείας δόξαν περιποιούμενον. Et Aristoteles, ut tradit Plutarchus Sympos. lib. IIX. probl. X. τὴν πολυμάθειαν πολλὰς ἀρχὰς ποιεῖν. tãquã si nihil ad perfectionẽ deduceret, sed perpetuò in initiis hæreret. Nisi fallor, satis patet, omnia eruditionis mẽbra artissimâ conjunctione inter se concatenata unum finem spectare. Ideoq; Polymathia in aliquâ quidem doctrinæ varietate versabitur una

tamen erit, ex diversis mutuâ communicatione colligatis apta & continuata. Nam ut solis radii passim sese diffundunt, & res varias lumine suo contingunt, ejus tamen globo unde emittuntur affixi: Ita Polymathiæ complures quidem disciplinæ, quæ tamen omnes uni ipsius corpori adhærent. Si igitur Polymathian tollimus, necesse erit scindi illud vinculum, quo omnes scientiæ connectuntur. Sed & suos Polymathiæ terminos me constituisse memini, latissimos quidem & proximos Philosophiæ, eos tamen præfinitos. Scientia igitur Polymathia, si suos fines agnoscit. Cæterùm ne Stoicâ austeritate, majora & difficiliora humano ingenio imponere videar, quàm ejus vires sustinere possint, ajo perfacilè esse omnes disciplinas animo complecti, easq; solis incultis animis & inamœnis desperationis opinionem concitare solere. Vitruvius lib. I. de Architecturâ, postquam caussas prodidit, cur Architectum omnibus artibus exercitatum oporteat: *Mirum*, inquit, *videbitur imperitis, posse naturam tantum numerum doctrinarū perdiscere. Cum autem animadverterint omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum & communicationem habere, fieri posse facilè credetur. Encyclios enim disciplina ut corpus unum ex his membris est composita. Itaq; qui à teneris ætatibus eruditionibus variis instruuntur, omnibus literis agnoscunt easdem notas, communicationemq; omnium disciplinarum, & eâ re facilius*

omnia

omnia cognoscunt. Sed tollamus amicam hanc communicationem. Sine caussâ sanè arbitramur animum confundi, ejusq; vires imminui disciplinis in diversum tendentibus, quibusq; nec mens, nec ætas sufficere videtur. Equidem non satis perspeximus, quanta vis naturæ humanæ, quæ tam agilis, tam velox, ut vel eodem temporis momento in plura & diversa animum flectere possit. Quoties nos subita expediendi necessitas deprehendit, nonne simul dicimus, agimus, cavemus? Specta citharædos, simul mentis, vocis & manuum ministerio utuntur. Cum enim lævâ, diductis digitis, multiplici flexu nervos alios tangunt, alios ut interquiescant continent, & dextrâ alios trahunt & percutiunt, memoriæ & manuum opus est. Cum verò ore tereti, compositis ad certam temporum legem labellis, harmoniam cantu juvant, vocis officio funguntur. Et hæc omnia eodem tempore agunt. Quæ cum tam diversa parent, & uno conatu peraguntur, cur quæso nos impares variis censebimus, cum per intervalla horarum & spatia temporum curas partiri licebit? Dura semper & molesta in eodem opere diutina perseverantia. Subrepit enim lassitudo, & frangitur animi impetus, cum in eâdem intentione mens retinetur. Mutare subinde laus etiam fessos juvat, & sæpe quibus difficilis somnus, dum se versarent, quietem invenerunt. Ipsa disciplinarum, si qua est, varietas reficit animos, & eorum

vires novitate reparat. Mutatus ciborum sapor palatum delectat, & eorum varietate excitatus stomachus fastidio levatur. Nempe ut in longinquâ peregrinatione, locorum mutatio & novitas regionum tædium viæ fallit: ita in hoc eruditionis itinere interjuncta disciplinarum varietas difficultatem earum minuit. Quod si corpus nostrum tardioris motus, inhabile, pigritiæ & veterno oportunum, adsiduo usu variis motibus assvefacimus, ut per extentos funes cœli iter meditetur, infestos mucrones & flammas saltu innoxio trajiciat, tantâ dexteritate ut sæpius oculorum fidem timeamus; quid arbitramur animum capere posse, si recto cultu etiam ad diversa & difficilia duceretur? Novimus repentinos ejus motus, & divinam vim cuncta assequendi, quâ in ipsos mundi census descendit, & quod Poëta ait, in toto orbe vivit. Cœli munimenta perrumpit, maria transvolat, siderum cursus numerosq; collegit, & quæ elementorum in diversis conspiratio deprehendit. Plato VII. de Republicâ: οἱ τε φύσει λογιστικοὶ εἰς πάντα τὰ μαθήματα ὀξεῖς. & Ἐρασταῖς: Philosophum tum demum veram gloriam adepturum, εἰ δοκείη τῶν τεχνῶν ἔμπειρος εἶναι πασῶν. Inde est ut Galenus I. de usu partium, cur admirabilis solertiæ natura, nullam certam artem propriam & peculiarem homini tribuerit, scilicet qui omnibus instructus & ornatus esse debebat. Ut enim nudũ & inermem exposuerat, defectus supplemen-

plementum benignior concesſit, rationem & ejus miniſtras manus. Illam quidem aptam & idoneam recipiendo omnium artium cultu, has vero ad corporis munimentum, & animi imperium, flexibili articulorum curvaturâ miris modis habiles, ut meritò Ariſtoteli lib. X. de partibus animalium, manus ὄργανόν τι πρὸ ὀργάνων. ſicut Galeno ratio τέχνή τις πρὸ τεχνῶν E-quidem fruſtra difficultatis patrocinia ignaviæ prætendimus. Contumelia ſeculi erit, ſi fateamur nos ab antiquâ doctrinæ lege deſciviſſe, ſi paria veterum ingeniis nos facere poſſe negemus. Pythagoram Arithmeticum, Geometram, Medicum, Theologum, Legislatorem fuiſſe Diogeni Laërtio credimus. Certè omnibus artibus & diſciplinis expletum accepimus, quas toto orbe diverſis doctoribus hauſerat, Vir ingenio admirabili, & quantum homini datum, animi auguſtior. Plato palæſtræ ſtudia ſectatus, Pythiâ celebritate certare non detrectavit. Picturæ quoq; ſtudioſus & Tragœdis ac Dithyrambis operam dedit, adeò ut jam confidentiâ Poëtices elatus certatorem ſe profiteri auſus ſit. Proclus in Timæum: Platonem miſcuiſſe τὴν τε Πυθαγόρειον καὶ Σωκρατικὴν ἰδιότητα, & quid ab eorum ſingulis hauſerit, eodem loco tradit. Omnibus diſciplinis præclarum ejus ingenium imbutum fuit, Geometriam à Theodoro Cyrenæo, Aſtrologiam ab Ægyptiis Sacerdotibus didicit. A Socrate verò ſapientiam

ſibi traditam non tantum plenè arripuit, ſed venuſtâ quadam verborum majeſtate dignitatem ei conciliavit. Tam diverſis diſciplinarum comitibus, tam multiplici doctrinâ inſtructus, cum tota Philoſophorum ſucceſſio usque ad Archelaum ſolam Phyſicam, cui Socrates Ethicen addidit, excoluerat, utramqve complexus, rationalem adjecit, atque ita Philoſophiæ membra ex diverſis officinis, quaſi commixta & aptata, in ſuam tranſtulit, unde Platonica Philoſophia auſpicatiori exitu poſteris prodiit. Ariſtoteles per omnes Polymathiæ numeros iverat, quod non impediit, quo minus totam Philoſophiam divini ingenii robore ad miraculum, & perpetuam auctoritatem amplecteretur. Hunc æmulatus Nicolaus Damaſcenus, de quo ita ſcribit Suidas: *γραμματικῆς ὀυδενὸς χεῖρον ἐπεμεμέλειτο, καὶ δι' ἀυτῆς ποιητικῆς πάσης. ἀυτός τε τραγῳδίας ἐποίει, καὶ κωμῳδίας ἐυδοκίμους. ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπεμελεῖτο. Ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας.* Empedoclem Rhetorem, Poëtam, Philoſophum, Medicum tradit Laërtius. Eunapius ſe dubitare ſcribit, quam artium liberalium diligentius excoluerit Porphyrius. Ea vero, quæ in Philoſophia & ſcientiis tradidit, captum humanum ſuperare. Suidas: Porphyrius. Non repetam, quæ de Eratoſthene tradidi, niſi quod legam apud Dionyſium Longinum *περὶ ὕψους*,

ὕψους, eum cognomine Poëtæ laudari, quod præter alia accuratum ipsius poëtices studium ostendit. Galenus multiplicis doctrinæ ad invidiam peritus. Nulla enim ferè Polymathiæ pars, quin eam ingenii sui monumentis illustraverit, ut ex ejus libro περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, & lib. περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων constat. Hunc tamen dogmaticorum Medicorum principem rectè sequimur & admiramur. Q. Ælius Tubero Jurisconsultus, summus Philosophus & vir eruditus fuit, ut Cicero III. de Oratore scribit. & in Bruto: Sextum Pompejum *præstantissimum ingenium contulisse ad summam juris civilis & perfectā Geometriæ, & rerum Stoicarum scientiam*. eundem I. de Oratore, *hominem eruditum in Philosophiâ* appellat. Origenes πολυμαθὴς Grammaticam, Dialecticam, omnesque artes liberales, & Philosophorum dogmata accuratè didicerat, ut testatur Suidas, & D. Hieronymus diversis locis. Vincentius Lirinensis lib. adversus profanas novationes scribit, Tertullianum *omnem Philosophiam & cunctas Philosophorum sectas, omnesq; eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mirâ quâdam mentis capacitate complexum*. Cicero I. Academic. de Varrone: *Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum & locorum, tu omnium divinarum, humanarumq; rerum nomina, genera, officia, caussas aperuisti, plurimumq; Poëtis nostris*

noſtris, omninoq́; Latinis & literis luminis attuliſti, & verbis: atq; ipſe varium & elegans omni ferè numero poëma feciſti, Philoſophiamq́; inchoaſti. Quinctilianus lib. XII. *Multa imò penè omnia tradidit Varro.* Plinius præfat. omnia ſe attigiſſe ſcribit in libris rerum naturalium, quæ Græci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας vocant, ſeq; unum omnia tractaſſe. Sanè ejus nepos epiſtolâ ad Marcum ſcribit, multos illum varii argumenti libros reliquiſſe. *Miraris*, inquit, *quod tot volumina multaq́; in iis tam ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit, magis mireberis, ſi ſcieris aliquamdiu cauſſas actitaſſe, deceſſiſſe anno* VI. & L. *medium tempus diſtentum quà officiis maximis, quà amicitiâ principum egiſſe.* Cornelius Celſus non ſolum de omnibus artibus ſcripſit, ſed rei militaris & ruſticæ & medicinæ præcepta reliquit. Quinctilianus lib. XII. Antoninus Imperator optimis artibus eruditus, ſummus Philoſophus, artem pingendi magiſtro Diogeneto didicit. Spartianus in Alexandro & Lamprid. ſcribunt, Imperatorem Hadrianum optimum Poëtam, Arithmeticum, Geometram, Muſicum, gladiatorem & ducem. His ferè ſimilia tribuit Tito Svetonius. Apulejus Floridis gloriatur ſe omnium artium crateras bibiſſe Poëticæ, Geometricæ, Muſicæ, Dialecticæ: *Univerſas Philoſophiæ, inexplebiles ſcilicet & nectareas. Canit Empedocles carmina, Plato dialogos, Xenophon hiſtorias, Xenophanes ſatyras. Apulejus veſter hæc omnia.* Atq; ita verba illa emendanda

danda. Sed parcam plura antiquorum exempla adducere, ne somno & inertiæ dediti nimis erubescamus. Equidem connivere ad studia nostra oportet, cum audimꝰ illos, qui dies noctesque officiis, quâ publicè, quà privatim districti, arduis studiis posteritatem juvisse, quod isti, qui totâ vitâ pallidi & macri literis intabescunt, ægrè efficere potuerunt. Age verò quis prætextus relinquitur ignaviæ nostræ. Num elementa mutata, aut hæc mundi vertigo solitos motus reliquit? Num perpetua rerum continuatio aliquâ sui parte dissotiata est, ut similia antiquis ingenia emergere non possint? Nisi dixeris ubiq; terrarum ea non oriri. Olus & vinum commendatione soli, non ingenia æstimantur, quæ omnibus gentibus varia provenire solent. Anacharsis sapiens in Scythiæ desertis natus est. Clarissimi Græciæ Philosophi preciosas sapientiæ merces ad usq; Ægyptum, Indias, Galliam petitum iverunt. Sacerdotes divinorum periti exteros in Ægyptum attraxerunt, Gymnosophistæ ad Brachmanas, Druidæ ad Gallos, tanquam ad sapientiæ nundinas, peregrinos advocarunt. Sed paucis concessum fuit ad eam eruditionis summam accessisse. Attamen multi ad sublime eruditionis fastigium pervenerunt. Ne frustra sis, omnium hominum summa est similitudo, omnesque pares inter nos sumus. Ratio ipsa, cujus imperio in singulis utimur, universis communis, inde & discen-

discendi facultas omnibus par, licet doctrina differens. Sane & sensibus eadem omnia percipiuntur, quæque illos movent, ea omnium sensus pari modo adficiunt, & inchoatæ intelligentiæ animis impressæ simul omnibus impressæ sunt, communisq; mentis interpres oratio. Ideoq; si qua est dissimilitudo, eam non parit generis aliqua differentia, sed consvetudinum depravatio & varietas opinionum. Si aliorum exempla sequimur, quin potius perfectissimorum vestigia legimus, quam illorum qui remissius contemplati sunt. Despero quo minus cogam divitias, quæ æs Crassi adæquent. Ideo supinus exspectabo ludentis fortunæ munera, & omne acquirendi studium intermittam. Negat natura Milonis robur, ut iisdem brachiis taurum tollam & occidam. Ergo ignobilis situs contrahet artus. & abjecto omni corporis exercitio ignavus contabescam. Frustra existimarunt tæduli & delicati, sapientiæ cumulum oscitantibus DEum confecturum. Arduum tamen opus & perdifficile, Philosophiam, tot disciplinarum comitibus, domum duxisse. Non negavit rerum natura, ut fieri non possit. Illorum enim exempla, qui ad summum eruditionis culmen evecti, nos monent ingenii humani vires etiam majora ferre. Præferenda indoles læta, generosi conatus, magni spiritus, qui supra humiles & vulgares impetus sese attollere audent. Quis non mallet Achillis gloriam in bellicis

con-

consequi, quàm Ajacis aut Diomedis? Quis non potius Hannibalis, quàm Masinissæ? At verò si Cæsaris laudes adipisci non licet, nisi in Sertorianâ non consistemus. Ita enim demum in secundis hæsisse laudabile, cum summa assequi non potuimus. Nulla dignitas subsequeudi, nisi cum ad suprema transcendendi spes præcisa. Nunquam concitavit admirationem, qui solitâ viâ processit. Exigui & abjecti animi, victum desperatione evadendi quò velis, circa ima subsistere, & tanquam aliis contemtam & relictam prædam occupasse. Si vulgari opinione receptũ, plura ægrè comprehẽdi non erat alẽda falsa opinione ignavia nostra. Exerẽdæ vires, & põderandũ quid ferre posset. Ante Socratẽ Philosophi omnes Physici, nec confidebant Philosophiæ rivos in plures venas diduci posse. At Socrates eam auxit, & post eum Plato ausus fuit plures ejus partes ostendere, easq; omnes simul complecti, quibus singulis alii tantùm suffecerant. Iidem Polymathiæ inimici segnitiem suam velare audent auctoritate Heracliti, qui, ut scribit Diogenes Laërtius, ajebat: Πολυμαθίη νόον ού διδάσκει. Rectius Democritus apud Stobæum serm. XXXII πολλοὶ πολυμαθέες, νόον οὐκ ἔχουσι. Equidem frustra ignavi advocationem inertiæ ab horum auctoritate petunt. Neq; enim Polymathiam contemnunt, sed eos, qui ducti Polymathiæ dulcedine, virtutes probosq; mores & ipsam Philosophiam deserebant, scientias non ad animi cultum, sed ostentationem amplexi. Non ait

omnes, sed multos πολυμαθεῖς νόον οὐκ ἔχειν. Anaxarchus Philosophus ἐν τῷ περὶ βασιλείας, cujus verba refert Clemens Stromat. lib. I. Πολυμαθείη κάρτα μὲν ὠφελεῖ, κάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα. ὠφελεῖ μὲν τὸν δεξιὸν ἄξιον ὄντα. βλάπτει δὲ τὸν ῥηϊδίως φωνεῦντα πᾶν ἔπος κ' ἐν παντὶ δήμῳ. Eadem ratio est horum studiorum, quæ ipsius Philosophiæ, quam sæpe, ut Plato VI. de Republ. disputat, indigni & flagitiis coöperti possident, speciosæ rei titulo sceleribus latibulum quærentes. Quod cum advertit vulgus, culpam transferre solet in res innocentissimas & omnis vitii imunes. Ita legimus apud Scholiasten Aristophanis Νεφέλαις. Aristophanem scripsisse drama, in quo accusaret Socratis ἀθεΐαν διὰ τῆς πολυμαθίας. D. Basilius Homilia εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν: πολλοὶ τῇ περὶ ταῦτα (ἐγκύκλια) σπουδῇ τῆς περὶ θεοῦ γνώσεως κατημέλησαν, ἐν τῇ τῶν ματαίων ἐργασίᾳ καταγηράσαντες. Improbarunt autem antiqui studia illorum, qui in his se artibus desiderent, nec ad ipsam philosophiam accederent. Quò pertinet vulgatum istud Aristippi: τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας, ὁμοίους εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι. καὶ γὰρ ἐκείνους θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Quod alii ad Platonem, Plutarchus ad Bionem refert. Philo περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. & Clemens Alexandrinus: *Nonnullos captos amore ancillarum sprevisse*

ſpreviſſe dominam Philoſophiam, & ex iis alios conſenuiſſe in Muſicâ, alios in Geometriâ. τέχναι ἢ μὴ μετὰ φιλοσοφίας γίνωνται. βλαβερώτεραι παντί πυ εἶεν ἄν. Et: ἡ περιπαιδεία παρεμφήματι ἔοικεν καὶ τραγήματι. Vide graviſſimi ſcriptoris Stromat. lib. I. qui ferè totus in hoc argumento, & Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς. Si verò non utilitas, & verus finis ſtudiorum quæritur, ſed animi quædam liberalis oblectatio, habebunt ſane περιπαιδεύματα, quod cultori ſuo reponant. Rectè enim Syneſius in Dione: ὅστις δὲ οὐ περιτέλειον ἡγεῖται τὰς μούσας, ἀλλὰ τὸ κράτιστον αὐτὸ τῆς σοφίας ἐν ταύταις εἶναι, τὸ ἐγκείμενον αὐτῶν κάλλος ἠγάσθη, καὶ εἰς αὐτὸ κέχηνε, καὶ ὑπὸ τούτου κατέχεται, πολλὰ ἀγαθά γε αὐτῷ γένοιτο, μουσικῷ τε ἀνδρὶ καὶ χαρίεντι. Sanè non ſpernebat Democritus Polymathiam, qui variis libris eam illuſtravit, qui παντοδαπὴς apud Laërt, & Tzetz Hiſtor. Chil. ἦν δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος, inquit Diogenes Laërtius, τὰ γὰρ φυσικὰ, καὶ ἠθικὰ, καὶ τὰ μαθηματικὰ, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Eundem inſignem medicum idem Laërtius, aliiq; tradunt. Hinc illa Democriti verba de ſuâ ipſius πολυμαθείᾳ apud Clementem Alexandrinum Stromat. I. ἐγὼ δὲ κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος

ὐδεὶς με παρήλλαξεν, ὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Αρπεδονάπται. σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτε ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνα τε καὶ Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε μάγοις. καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων. Illa verò apud Athenæum lib. XIII.

Πολυμαθημοσύνης, τῆς ὐ κενεώτερον ὐδὲν. Ιππων ἔφη ὁ ἄθε☉. ἀλλὰ καὶ Ηράκλειτ☉ ὁ θεῖ☉ φησὶ, πολυμαθῆ νόον ἔχειν, ὐ διδάσκειν. καὶ ὁ Τίμων δ' ἔφη,

ἐν δ' πλατυσμὸς

Πολυμαθημοσύνης, τῆς ὐ κενεώτερον ἄλλο. vix digna revinci. Nam de ſupervacuo Grammatices ſtudio intelligenda. Addit enim Cynulcus: Τὶ γὰρ ὄφελ☉ τ τοσύτων ὀνομάτων ὦ γραμματικὲ πάντας ἐπιτρέψαι μᾶλλον, ἢ σωφρονίσαι δυναμένων τὺς ἀκύοντας. καὶ ἐαν μὲν τις σε πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δύρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρυ ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. Heraclitus μεγαλόφρων, ut Diogenes Laërtius ſcribit, καὶ ὑπερόπτης, non poterat, quin Polymathian in aliis rideret. Timon vero indignus eſt, adverſus quem experiar, qui ut σιλλογράφ☉ rectè Grammaticis non pepercit, cujus morſus nulli veterum ſapientum effugere potuerunt. Cum igitur pleriq; ineſcati dulcedine inertiæ, aut inanium rerum illecebris capti, in hoc eruditionis ſtadio ſe relictos intellexiſſent ab iis, quos felicior genius rectaq; mens per latiſſimos diſciplinarum campos inoffenſo curſu ad calcem

calcem duxerat, ſimulatq; illos torquere cæperunt irriti conatus, & improſpera vota, odiſſe & reprehendere in aliis ſuſtinuerunt, quod ſe aſſequi poſſe deſperârant. Alii verò deſerti ab ingenio ſuo, quibus ne ad ſingula quidem ſatis roboris fuit, tacitâ imbecillitatis ſuæ conſcientiâ ſtimulati invidiam conceperunt, & iis, qui exactâ eruditionis lege ſeveriores diſciplinas adepti, detraxerunt. Horum culpâ effectum, ut velut altisſimo montium jugo uno fonte nata flumina diverſo curſu ad mare deſcenderunt: ita doctrinarum facta divortia, unaq; diſciplina in plures derivata, & Polymathia, neceſſaria inprimis & jucunda, prorſus neglecta. Maluerũt enim diſcerpta & divulſa contrectari, quæ tota amplecti nequiverant, aut tædio laboris confugere ad diverticula deſidiæ, iisq; penitus ſuperſedere, quæ difficiliora experiebantur. Hinc natus *mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere*. Quo errore ita oppresſi ſumus, ut communi opinione receptum ſit, imposſibile eſſe, unum plures diſciplinas didiciſſe, usq; adeò ut ubi intellexerint aliquem hac varietate ſtudiorum exercitatum, protinus exclament: Nequicquam eum de gravioribus diſciplinis delibaſſe, ſed cultu inanium & inutilium rerum contritam ætatem, vanosq; conatus citra felicem exitum ſubſediſſe. Verè enim Cicero in Bruto: *Tantum quisq; laudat, quantum ſe imitari poſſe ſperat.* In quo unicè miror, etiam illos, qui ambitioſæ ſa-

 pientiæ

pientiæ gloriam affectant, vulgo accesſiſſe. Quod ſi bonarum artium peritos conſulerent, longè aliter haud dubiè ſentirent. Equidem cum domo ſibi exſtruere parant, ſequuntur, ut arbitror, optimi architecti præſcriptum. Utinam pari lege in artibus obtineret, ut de illarum cultoribus iis crederemus, quos verè eas didiciſſe conſtat. Vulgare quidem hoc convitium, deteſtandâ imperitiâ natum, tam frequenti ictu aures meas feriit, ut callum obduxerint. Quo tamen, ne quis falſus ſit, nunquam me commotum ſenſi, elatus ſcilicet & ſubnixus optimâ conſcientiâ. Propius me novi, & quatenus mihi tutò placere posſim, didici. Jam olim cum genio meo, rigidisſimo pædagogo, rationem diduxi, eiq́; duro & avaro patri exacti temporis ephemeridem probavi; cujus tamen maximam partem occupavit prenſatio & cultus magnorum, ſalutationes antelucanæ, convivia plus quam nocturna, privata amicorum officia, vagæ peregrinationes, plurimaq́ve cognoſcendi præpoſtera curioſitas, quæ me ſæpius turpisſimæ ſuſpicioni immerſit. Qvoties impedimentum objectum, cujus impetu conatus omnes intercidêre? qvoties diverſi conſiliorum eventus incautum oppreſſerunt? qvoties contumacis & malè conſtantis Reginæ ſtabiles iras experti ſumus. Adeò ut quicquid temporis furtivo ſeceſſu his ſtudiis dedi, id negotioſi otii potius præda, quàm præmium. Hiſce rerum fluctibus nos jactati ſumus, dum illi excepti omni diſcri-

discrimine amabili otio frui,& quietis ſtudia meditari potuerunt. Non ſubducant jam ſupercilium ſed rationem; otioſos cum occupato quietos & tranquillos cum vago & fugiente comparent, fallor aut parum reliqui erit,quo lucifuga & umbratica natio ſola gloriari posſit. Sine rivali ſe amant, & ſua ſibi opinione belli & feſtivi, qui ſtrychnum comederunt. Summum locum, apicibus & lauro inſignes, jure ſenatorio in orcheſtrâ occupant, quibus ſcilicet meritò adſurgendum, cum triſtes & ſeveri aliorum contemtu auctoritatem captent, & ignorantiam ſuam ſpecioſi tituli velamento abſcondant. Quaſi verò ſolo nomine hæc accesſio fiat, tanquam ſi quis fœdisſimâ ſpecie Hylæ aut Hyacinthi nomen mentiretur, non tamen,ut arbitror,propterea Nymphis præda raperetur, aut occiſi umbram Apollo revocaret in florem. Qvod ſi iſtos clarorum nominum oſtentatores, deſertos & exules alienus orbis opprimat,quò quæſo confugient, cui titulos ſuos probabunt? Repulſi & faſtiditi oberrabunt, ut ignoti ænigmatis nummi, quos illa tantum ditio, in qvâ ſignati,probos novit. Prudentiores enim detractâ perſonâ & remoto velamento homines æſtimare ſolent. Ut illa enim Phryne,quæ lege convivali æmulis formæ mulieribus imperavit faciem abluerent,ut liquefacti medicaminis rivi totum os, & ſi quæ fuerant ſpecioſa lineamenta creatâ nube confunderent. Præclarè verò, ut omnia, Cicero l. de Orat. *Non eſt interdictum aut à rerum*

 naturâ

naturâ, aut à lege aliquâ atque more, ut singulis hominibus ne amplius, quàm singulas artes nosse liceat. Si humana solertia tanta exuberat, ut præfixos à naturâ terminos latè transmigret, & homo terræ affixum animal natatu aquas petat, in aëre suspendi & jactari soleat. At non omnibus hic animus, non omnes istuc audaciæ progrediuntur. Quin igitur æquo animo patimur, si qui ultra vulgarem captum humanæ mentis emergere, & altius transcendere ausi sunt. Miremur illustres animas excelsius evectas, nec spernamus, quæ adsequi non potuimus. Equidem ut in corporibus nostris non mediocris dissimilitudo: alios enim videas vegetâ & pernici velocitate ad cursum pollere, alios firmis lacertis ad luctam aptos; in ipsâ quoqve formâ magna differentia, unicuiqve lineamenta sua deflexa, illa specie dignitatis, hæc venustatis gratiâ commendatiora. Ita in animis eandem varietatem non negamus. *Virgilium*, ajebat Cassius Sophista, *illa felicitas ingenii in oratione solutâ reliqvit, Ciceronem eloqventia sua in carminibus destituit. Orationes Salustii in honorem historiarum leguntur. Platonis oratio pro Socrate scripta nec patrono nec reo digna. Hoc non ingeniis tantùm, sed corporibus videmus accidere. Illi nemo luctando par est, ille ad tollendam magni ponderis sarcinam prævalet. Ad animalia venio, alii ad aprum, alii ad cervum canes veniunt.* Sed ut in supellectili alia vasa angustiora, alia majora: ita animi hominum alii omnibus disciplinis pares, alii superiores. Alias arbores

arbores ſtirpe ſuâ prognatas unicum tantùm fructum ferre videmus, alias non tantùm nō rejicere ſurculos inoculatos, ſed earum naturum ita derivari in inſititia & transfundi, ut diverſos fructus ex ſeſe gignant. Agricolæ nonnullos agros aſperos aratro & indomitos posſident, ex aliis verò triticum aut oleas ſolas, & ex aliis deniqve frumentum & uvas ſimul legunt. Simili modo inter homines hi vulgari ingenio & hebetati plebeis perſvaſionibus, illi mediocri, certis ſcientiis tantùm apti. Alii verò ita naturæ muneribus ornati, ut ad omnia habiles videantur. Qvod abundè oſtendunt exempla illorum, qvi omnes diſciplinas docti, penè ſupra humanæ naturæ menſuram exceſſerunt, qvibus divinioris operæ immortalis gratia habenda eſt. Qvare qvi Polymathiam repudiarunt, neque rem ſuâ naturâ æſtimarunt, neque ingenium humanum propriis terminis, ſed ſui animi finibus deſcripſerunt; vernaculâ imbecillitate alienas vires æſtimantes, quaſi anguſtis terminis includendi illorum animi, qui omne ſcientiæ genus indefeſsâ alacritate amplexi ſunt, ipſamq; adeò rerum univerſitatem ſubjectum ſuum elegerunt.

CAPUT XXX.

De cauſſis corruptæ diſciplinæ.

SEd fortasſis haud immeritò miramur, quid cauſſæ ſit, cum priora ſecula tot eminentium virorum ingeniis effloruerint, noſtra hæc

ætas deserta, & laude suâ orbata, vix nomen eruditi retineat. Non ausim occurrere percunctationi minus securæ & pravam interpretandi occasionem præ se ferenti. Si enim eadem cum antiquis adsequi non possumus, malè de ingeniis nostris existimandum est, aut de judiciis, si negligimus. Referam tamen, quæ non minus verè ac prudenter à Galeno dicta accepi. Is oratione ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, caussas desidiæ diligentius excutiens ait; Nullum in nobis voluntatis & virium consensum. Proinde felicem eventum conatus nostros non sequi, quorum finem nunquam nanciscimur. Athletas, si corpore infirmo sunt, aut sine exercitationis labore langvescunt, non facilè victoriæ præmium ferre. Si verò firmam & robustam habitudinem natura indulsit, si artus exercitatione subacti, contra omnes alios facilè coronari. Simili modo alterutrum nobis deesse, aut virium & voluntatis dissensum adesse. Cum verò idem hic vertatur mundus, temporum ordo minimè immutatus, Sol eundem cursum, solitaq; spatia sidera conficiant, ab omni ratione alienum videri, adserere velle, non produci homines simili cum antiquis genio. Longè aliam caussam eruendam, cur optima ingenia defecerint, sive ea luxus, sive auri sacra fames, quæ nobis omni virtute antiquior, exstinxit. Itaq; nullos Phidias aut Hippocrates oriri, majore seculi ignominiâ, cum nobis ad omnes artes præparata sit via. At si

operæ

operæ videretur, paulo accuratius inquirere in corruptisſimi ſeculi mores; cur pulcerrimæ artes & bonæ mentis amor paucisſimis, velut prædæ, remanſit? cur bonarum rerum ſtudia adeò ceciderunt, ut antiquorum virtutes ad invidiam & ignominiam tantum nobis narrentur, noſtriq́ temporis ingenia paribus doctrinarum exemplis minimè eniteant? Non invidiosè oſtenderem pravitate ſeculi deſertum virtutis iter, horridum & neglectum, omniq́; bonâ arte in exſilium actâ, ne memoriã quidem honeſti aut præclari in conſcientiis mortalium reſediſſe. Non loquerer inſidias, quas ipſa natura adoleſcentiæ ſtruxit, quarum tanta vis, ut ſæpe ipſa virtus oppreſſa connivere videatur. Sed potius præcipuam cauſſam ad crimen educationis relegarem, quæ vera & legitima, ut priſca virtus, hæredem non invenit. Apud majores noſtros ferè ab ipſo lucis exordio infantes in ſinu caſtisſimæ matris educati, domeſticâ diſciplinâ, temperatâ ſingulari ſanctitate ac verecundiâ, ad virtutum imitationem imbuti, primas literas docebantur. Teſtis eſt Plato, ex cujus Protagora hæc mecum recognoſce: *Ubi eò ætatis provectus infans, ut capere ſermones posſit, nutrix, mater, & pædagogus ſedulò curant, ut optimus & emendatus, quà verba, quâ mores evadat. Deinde Ludimagiſtris tradunt, ut ſcribere & citharâ canere diſcat. Quibus perceptis accedit ad lectionem Poëtarum, in quibus virtutum præcepta & illuſtrium Virorum exempla.* Aptus

 poſt

post hæc optimis disciplinis studia humanitatis, & ἐγκυκλοπαιδείαν totam hauriebat, si naturâ dictante ad ociosa studia & contemplationem inclinasset. Si verò animus agendi cupidus, rem militarem, aut eloquentiam, vel quodvis aliud studium civili societati aptum arripiebat; optimas artes non Sophisticâ lege, sed quatenus illarum usum experiri posset, addiscens. Non tam subtili disputationi, quam ut iis munitus regeret populos, stabiliret leges, opprimeret improbos, tueretur bonos, hortaretur ad decus, & à flagitiis revocaret. Certè quodcunq; vitæ genus ingenii vis, seculi plausus, aut Reipublicæ utilitas sectari jussisset, naturâ incorruptâ exercebat. Nunc verò natos infantes ab eo tempore, quo primum aërem hauriunt, domestici errores excipiunt, quibus teneri & rudes animi depravati, lasciviâ & libertate ebrii, probitati & modestiæ nihil loci relinquunt. Ne prima quidem elementa satis sollicitè traduntur. Præceptores eliguntur non sanctissimi quiq; & optimi, sed quales publicæ scholæ obtulerunt; qui plerunq; vix ultra primas literas progressi, inanem scientiæ persvasionem induerunt, tam tristi fronte & exercitato vultu, tam horridis setis, ut si aliquid supercilio, aut barbæ credendum, Zenonas & Chrysippos eos præferre censeas. Hi jure quodam imperii sceptris ferularum, ut Consules Romani fascibus & virgâ, majestatem agnoscentes, sævi interim & implacabiles ty-

phum

phum & ineptias ſuas docent. Ita puer immixtus frequentiæ, & ſæpe perditorum turbæ, præceptoris operam toties occupatam minus liberalem experitur. Plagis verò ita duratur, ut protinus omnem memoriam liberalis & ingenui perdat, & triſtis confuſusq́ue, penè cum ipſius lucis fugâ & tædio, ſtudia antequam amare posſit, odiiſſe incipiat. Ab his initiis Academias petit, quorum auſpicia ſæpè luxu & ebrietate conſtant. Non protraham familiaria hiſce locis vitia, quibus certè proſcribendis ingenti ocio & non mediocri ſtili laſciviâ opus eſſet. Equidem deſidia & abjectisſimarum rerum induſtria tam latè invaſit, ut frequenti ejus uſu, ne ſentiamus quidem ineptiis honeſtos titulos accesſiſſe. Hiſce occupatus animus, non video quomodo bonæ menti aut optimis artibus operam dare posſit. Sed nec ipſa ſtudia ſaniora, quæ, quaſi eodem cibo paſta, ſimili morbo occubuerunt. Jam olim Sapientum placitis traditum; ſtudia noſtra *naturæ regulâ metienda eſſe*, ad hanc conſilia & conatus noſtros flectendos, quâ reluctante, irritus omnis labor. At nos Naturam in conſilium non vocamus, ut eâ exploratâ has potisſimùm artes toto pectore arripiamus, quas idoneas animo ſuggesſit; ſed tanquam ex omni ligno Mercurius exſculpi poſſet, incautâ imitatione decepti, aliorum veſtigia ſequimur. Nempe hic proximâ memoriâ, ſecutus ſtudia fori, amplisſima prædia, &

tantam

tantam pecuniæ vim coëgit, ut nummos modio metiretur. Alius ſine commendatione natalium Regum ac Principum amicitiâ inclytus, etiam in extremis terrarum partibus, quaſi totius orbis gratia ſubnixus, narratur, Ergo & tibi, quod Petronius ait, cruda adhuc ſtudia in forum propellenda, & alieno dolori rudis lingva elocanda, ut mercenariâ loquacitate aliena patrimonia infami aucupio nundineris. Sed, ne quid erres, omnes conatus ſimili exitu non reſpondent. *Nulla res*, inquit Seneca de vitâ beatâ, *majoribus malis nos implicat, quèm quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt, quorumq́; exempla multa ſunt.* Et Epiſt. CXXIII. *Inter cauſſas malorum noſtrorum, eſt, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſvetudine abducimur.* Videas igitur tot agmina miſeræ juventutis alieno errore ineſcatæ, cujus conatus & vota felicior eventus non juvit. *Φύσιος γὰρ ἀντιπρηττούσης κενεὰ πάντα*, verè ait Hippocrates. Fons hujus erroris ab ipſo ortu noſtro repetendus. Naſcentibus enim nobis & materno utero evulſis ſtatim occurrit doloris aliquis ſenſus. Nam ubi protracti ex humidis & calidis locis, circumjecti aëris frigidi aſperitas teneros adurit. Ideoq́; ut quandam imaginem uteri concipiamus, obſtetricia aquâ calidâ aliisq́; fomentis inſveta conciliat. Hic ſtatim oritur doloris & voluptatis ſenſus, quem adultiores in cibis, in blanditiis & objurgatione retinemus.

nemus. Ab his ergo initiis hausta sententia, quæ firmâ ætate non deserit, omne blandum & jucundum bonum, etiamsi inutile & noxium; laboriosum verò, quamvis commodum, malum. Hinc ergo divitias, præcipuum voluptatis instrumentum, unicè exoptamus, vanamq; gloriam pro honore quærimus. Hæc jam communi consensu bona, & summopere expetenda, quasi per manus traditum & receptum. Hoc omnium sensibus implicatum, hoc à deceptis parentibus discimus, & matrum & educatorum votis credimꝰ. Multitudinis igitur judicio impulsi, ea quæ plurimis placuerunt, maximè adfectamus, & parentum præceptis imbuti ad illorum instituta & errores deducimur; qui præposterâ ambitione & præcipitatis votis, pueris adhuc locis matrum involutis, ampla patrimonia, prætextas ac trabeas promittunt. Hos secuti præceptores ne artificium periret, & quod Cicero Orat. pro Cælio, *soli in scholis relinquerentur*, suum quoq; furorem insaniæ seculi adjecerunt, omnisque bonæ mentis & optimarum artium, quarum institutores esse debebant, institutores esse maluerunt. Animis teneris insidias tendunt, & quos incontaminatos acceperant inficiunt, & flectunt ad communes errores, ac parentum improba vota. Inde hujus perversitatis tam latum contagium, ut velut in strage magni exercitus mutuo compressu alligati alii alios ad terram trahunt: Ita nos communi errore afflati

perea-

pereamus. Negligere enim optimas artes & liberalia ſtudia, ne deguſtata quidem, temerariâ fugâ deſerere, quaſi more à majoribus tradito ab univerſis receptum eſt. Nulli itaq; nobis ſervantur laborum gradus, quibus antiqui ad

Edita doctrinâ ſapientum templa ſerena.

aditum præparabant, nullis ſapientiæ præceptis informamur, in evolvendâ antiquitate nihil operæ inſumitur; nullam deniq; ingenuæ artis ſcientiam ſeriò excolimus. Sed quoties aliquis vulgarium contemtor honeſtis artibus pectus implere parat, & optimis potius, quàm multis ſeſe probatum velit, confeſtim etiam è ſummâ caveâ acclamatur: ὐδὲν πρὸς ἄλφιτα. Arti & compresſi pectoris vilisſimæ animæ magnas opes petunt, ut epulas piſcinæ circumfluant, cum earum inertiæ eluendæ ne ipſe quidem Oceanus ſufficiat, quarumq; ſordes tam latè ſe exerunt, ut gulæ ſuæ & ventris imperium ferre cogantur. Vereri enim videntur, ne defuturum ſit, quò illum impleant. Quaſi verò unquam penuria parvi ſapienti eſſe posſit. Neminem profectò illorũ non modò ingenuæ artis cultorem, ſed ne liberum quidem ajo; quibus venter ad pecuina & ſervilia obſequia imperat. Cedò quis auſus eſt ſequi naturæ ſuæ ductum, & præferre amorem optimarum artium timidisſimis cupiditatibus. Scilicet ut flagra nequisſimos ſervos officii ſui monent: Ita illos ſæpe ad profesſiones, homine libero indignas, coëgit alieni ſuffra-

ſuffragii illiberalis ambitio. Neq; enim virtutem pretio ſuo æſtimant, aut optimas artes ſolo ſcientiæ præmio colunt, ſi tamen colunt, qui tanquam ſordidæ mercis negociatores ad vilem uſum & turpe lucrum accinguntur. Ut vel hinc pateat, quàm ingens diſcrimen inter homines liberaliter natos & educatos, quos in ipſo lucis exordio gratiæ circumſteterunt, ac jejunos & triſtes Pædagogos, quos ſordes & ſerviles maculæ nunquam deſerunt. Hi coacti ingenium ad quæſtum proſtituere, ſeveram diſciplinarum legem corruperunt. Finge nunc aliquem Philoſophiæ, aut graviorum diſciplinarum ſuggeſtum. Si inter eminentes optimarum artium apices conſederunt, & medium locum præſtantiæ ſuæ auctoritate occuparunt, præclaro complexu revinctæ & incluſæ, puto dignitatem ſuam agnoſcunt. Si verò à cohærentium cuneo divulſas, & vicinarum artium nexu ſolutas, ſolas & incomitatas proſtituas, oblitæ ſuæ majeſtatis infra alias longè poſitæ erunt. Nempe quales apud ſordidos & imperitos habitant, qui cum fame morerentur, decentem earum imaginem temerè mentiri auſi ſunt, & diſciplinas principes latrocinio quæſitas indigna poſſesſione contaminarunt. Si quis verò ſplendore natalium inſignis, longa decora illigata ſtemmatum flexuris præferens, aut patrimonio lautus, is conſvetudine ductus vagas ſuſcipit peregrinationes, non ut notet abditas rerum cauſſas parandæ eruditioni, aut

civili prudentiæ obſervet gentium inſtituta, Rerumpublicarum formas, hominum varios mores & ritus: ſed ut ſine certo ſcopo ad nudam oblectationem diſcurrat, avido & curioſo oculo inuſitata camporum ſpatia luſtret, inviſa montium cacumina admiretur; interdum relevet aſpectum longo locorum horrentium ſquallore. Petat deinde laudatos portus, & aujum more per infinita loca transvolet. Spectacula ſubinde mutans urbes accedat, totius orbis æmulas; ubi nova delectatione afficiunt templa, Theatra, porticus. Ita dum ſingula ignota & inviſa, ut pueri, miratur mens infeſtata toties innovato ſtupore, verum guſtum ne iſtarum quidem rerum capere poteſt; niſi quod inhæreat antiqui luxus & faſtus imago, quæ tanto impendio quærenda non erat. Abundè tamen ratus operæ precium feciſſe, ſi ea adſecutus, quæ plauſum ſeculi merentur. Transmarinis deliciis orbem noſtrum inficere, & plurimis lingvis diſertum oſtentare. Quæ an redimenda ſint patrimonii & tot annorum, quos ſine fructu, in tantâ temporum egeſtate, perdimus, jactura, prudentiores conſulo. Non fraudabo laude ſuâ variarum lingvarum cognitionem. Sed in ea canos promittere, & perpetuò morari, tanti profectò non videtur. Quâ intemperantiâ hodie laboramus. Non ſatis eſt enim complures lingvas ad uſum ſtudiorum didiciſſe; quin etiam illas pari deſiderio arripimus, quibus Europæ gentes utuntur. At iſtæ aliud agenti accedunt.

cedunt. Haud nego. Multa tamen externa alunt, quæ à rerum contemplatione ſeducunt. Hic audebo me ipſum profiteri, alterius teſtimonii auctoritate tutus. Sine jactantiâ dixerim, me illam harum lingvarum peritiam conſecutum, ut immixtus peregrinis non erubuerim os aperire, minimè veritus, ne perculſi inſveti ſoni auſteritate civem ſuum non agnoſcerent. Quin hujus lingvæ, quâ utimur, diverſas dialectos didici. Quantum verò hæc ſupervacua à ſeriis ſtudiis avocârint, experimentum cepi. Nam tum demum ſupervacua eſſe intelligo, cum neceſſaria deeſſe mihi comperior. In quo nimio lingvarum ſtudio obliti moris antiqui, mirum quantùm ab illorum diſciplinâ deſcivimus. Galenus II. de differentiis pulſuum, miraculi inſtar fuiſſe ait, unum hominem duarum lingvarum peritum. *δίγλωττός τις ἐλέγετο πάλαι, καὶ θαῦμα τοῦτ' ἦν ἄνθρωπος εἷς ἀκριβῶν διαλέκτους δύο.* Anarcharſin *δίγλωττον* appellârunt, quòd duarum lingvarum peritus, quas facilè percepit, Scythâ patre & matre Græcâ natus. Ergo Græci omnium artium, omnis eruditionis parentes & principes, unicam lingvam excoluerunt, & ætatem integram addiſcendis diſciplinis dederunt, quibus percipiendis an illa ſatis ſit, fruſtra quærimus. Jam * enim alii induſtria ſuâ probarunt, nos potius temporibus ſupereſſe, ut cum Senecâ loquar, quàm tempora nobis deeſſe. Videmus hoc ſeculo inter tot ſtudiorum inania, tam pravâ inſtitutione, tan-

Aa tâ de-

tâ desidiæ commendatione, exempla eruditionis enituisse, quæ antiquorum fœcundissima studia & provocarunt, & fortasse superarunt. Sed supervacua est enumeratio inhærentium oculis ingeniorum. Romani magis strenui factis quàm linguâ, ad commercia & sacrorum ritus percipiendos lingvam Hetruscam discebant, ut Livius lib. IX. & Plutarchus in Publicolâ tradunt. Magistratus Romani Græcis, nunquam nisi latinè, responsa dabant, eosq; per interpretem loqui cogebant, non in urbe solùm, sed Græciâ & Asiâ. Valerius Maximus lib. II. cap. II. Non minus sollicitè Tiberius, ad ostendendam imperii majestatem, Græco sermone abstinuit, ut Svetonius in ejus vitâ prodidit. Vides quantùm discessimus à majorum institutis, qui relictis rebus earum umbras, ita enim Democritus verba appellabat, retinemus adeò ut gloriam horum temporum dixeris, plures lingvas rebus relictis didicisse. Romani Græcis literis erudiri cœperunt, post Romã conditam annis ferè CCCCCX. Livio & Ennio magistris; *q Poëtæ & Oratores semigraci erant, & utrâq; lingvâ domi foris{q}; docuerunt.* Svetonius de Illustribus Grammaticis. Eo nomine Ennius gloriabatur, se tria corda habere, quòd Græcæ, Latinæ & Oscæ lingvæ peritus. Qua ratione & Gerionis tricorporis, & Erichthonii biformis fabulam prodigiosa finxit antiquitas. Ego verò præoptârim habere unicum cor, ejusq; interpretem, animi vestibulo locatam,

lingvam

lingvam puram, ſimplicem, quam nullius mendacii & acerbitatis præminiſtram, opprimendis improbis, & tutelæ innocentiæ exeram, quâ Deo meo preces allegem, ſalutaria diſſeram, & ubiq;, quantùm humanitus datum, proſim. Has artes lingvæ meæ velim, quas nec ambitioſè, nec faſtidioſè, ſed moribus animi conformi temperamẽto exercebit. Cæterùm ut ſordidi & ignavi incredibili quadam animi perverſitate ſcientiam, aut ſcientiæ opinionem, quam ſemel, velut tempeſtate delati, invaſerunt, retinent, in eâq; pertinaciter obhærent. Unde neceſſe eſt animo oboriantur errores, cum aliarum rerum imperiti uni ſcientiæ dediti. Ariſtoteles I. de generatione, Timæum & Platonem eruditisſimos Viros incidiſſe in abſurdas quasq; opiniones, quod mathematicas diſciplinas tantopere amarent, ad quas cum omnia referrent, naturalium rerum ſcientiam adipiſci non potuerunt. Ita hi dum ſingula ambiunt, nihil certi aſſequuntur, ſed vagi & inſtabiles jactantur. Nam cum ſe ad vitæ genus applicant, quod ſub ingenti dignitatis faſce laborat, multa ſciant neceſſe eſt, ut ſe habiles ad omnia ea reddant, quibus inter æquales emineant, & magnorum favorem aucupentur. Hîc ſe ad aliena exempla componunt, iisque paria facere ſatagunt. Ita fit, ut cum non rectè calculum cum Naturâ poſuerint, quid ferre queat, quid recuſet interrogarint, ne illa quidem adipiſcantur, quæ ſi rectâ viâ contendiſſent, ex-

poſita ipſis erant. Jam ſtudia palæſtræ petunt, mox bellica, jam pacis artes & eloquentiæ decus, atq; id genus infinita, quæ ſpecie inanium blandiuntur. Hiſce minutiis conciditur animus, & furtivo fluxu tempora, quæ ſupereſſe poterãt, ſubducuntur. Ita cum omnia ampleƈti conati, curſim & feſtinantes ſingula trãsmiſerunt, deprehendit incompoſitos nullius certæ rei ſcientia, & evenit, quod in peregrinatione ſolet, ut multa hoſpitia acceſſerint, nullas contraxerint amicitias. Sed utinam horum infelicitas hîc reſideret. Non ſine ingenti animi motu dixero: ſæpius illuſtres animi & ad ſumma nati, incidentes in pædagogos triſtes & umbraticos, frangant neceſſe eſt robur à majoribus inſitum, & indolis lætitiam relinquant, ſequãtur ocioſa ſtudia ad præſcriptum magiſtri, in iisq; velut ſcopulo obhæreant, quæ ille didicerat. Inde fit, ut nunquam digna indole ſuâ adfeƈtent, nec quò ſors naſcendi evocârat perveniant, ſed dediti triſtiſſimis ineptiis & difficillimis nugis ſeipſos ignorent. Adde vitia utrisq; familiaria. Nec ordinem, nec modum in diſciplinis ſervant; reciduntq; in primum crimen, genii ignorantiam. Alii vagi transvolant, alii ſingulis nimis immorantur, aut ignavi in certis conſeneſcunt, territi difficultate ad ulteriora progrediendi. Alii deniq; in frivolis & ſupervacuis occupantur, donec illos ſeneƈta ad procedendum pigra opprimat. Adjice infinita, quibus brevem nobis vitam fecimus, irrita

in

in supervacuis studiis laborem, insanam corporis curam, vana spectacula, varia ludendi genera, ociosas fabulas & conviviorum diutinas moras. Quæ omnia effecerunt, ut brevia vitæ spatia & imparia studiis videantur. Hinc ergo est, quòd paucos hodie habeamus, quos antiquorum exemplis tutò opponere possis, sed ut Cicero I. de Oratore appellat, præcones actionum, cantores formularũ, aucipes syllabarum. Sed Theologos, ut milites è Cadmi semine ortos, eâdem die natos & armatos. De quibus rectè Synesius in Dione: *φρονήματος γὰρ ἀντὶ φρονήσεως ὑποπλησθέντες, καὶ πρὶν μαθεῖν διδάσκειν ἐπιβάλλονται, φεῦ τῶν λόγων, καὶ τῶν δογμάτων τέρατα διεσπασμένα καὶ πολυκέφαλα, οἷά φασιν ἐπαναστῆναι πότε τοῖς θεοῖς. καὶ ταῦτα τὶ ἂν εἴποι τὶς, ἢ παραράττειν τὸ θεῖον ἅπαν, ταῖς ἀτόποις ὑπονοίαις περὶ αὐτοῦ. Fastuosâ audaciâ loco prudentiæ suffarcinati priusqvam discunt, docent, heu sermones & dogmata monstra divulsa & multorum capitum, qualia aliqvando contra Deos insurrexisse ajunt. Et hæc qvid aliud quis dixerit, quam Deum absurdis opinionibus lacerare.* Etenim non tam abjectè de ingeniis nostris judicandum, quasi antiqvorum laudem & gloriam æqvare non possint. Voluptatis amor à primo ortu sensibus nostris implicatus effecit, ut ea exoptemus quibus illa alitur & fovetur. Inde ad multitudinis consensum compositi præcipiti cursu festinamus ad vitia delendis ingeniis nata, avaritiam & ambitionem

atq; ita ad inertiam, aut genio nostro repugnantia studia delabimur. Disciplina verò antiqua, & severæ leges, quibus certi laborum gradus constituti, ut animi nostri primis disciplinis initiati, sapientiæ præceptis sese componerent, & quod vellent exercere, diu discerent, ne minimum quidem sui vestigium reliquit. Sed illi successit præpostera festinatio, falsæ persvasionis mater, pestis studiorum, pernicies ingeniorum. Hippocrates in νόμῳ scribit: Medicinæ scientiam adsectanti inprimis opus esse optimâ naturâ, διδασκαλίη, τρόπῳ εὐφυέος, παιδομαθίη, χρόνῳ· ἔτι δὲ φιλοπονίην προσενέγκασθαι εἰς χρόνον πουλύν, ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα, δεξιῶς τε καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. Naturam enim nostram agro similem. Docentium verò præcepta, τὰ σπέρματα. ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη. ὁ δὲ χρόνος, ταῦτα ἐνισχύσει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. At nos de ingenii nostri agro minus solliciti sumus, quibus ferendis minimè exploramus, inania seligimus semina, eaq; terræ incultæ & aratro non domefactæ committimus, quibus nec temporis maturitatem accedere patimur, ideoque nunquam ad fructum perveniunt. Præcipitamus conatus nostros, & velut præruptis delapsi ad destinata ferimur. Ubi nunc Pythagoræa, ubi Platonica κάθαρσις? Ubi quinquennale vocis exilium, & illa morositas disciplinarum, quibus imbuti animi sapientiæ præparabantur. Profani, impii, scelerati doctrinæ mysteria accedimus, sordidi

ſordidi & inquinati pura contrectamus. Ideoq; & illa, quæ percimus, non ad nutrimentum, ſed in corruptelam & perniciem cedunt. Rectè enim idem θαυμαστὸς Hippocrates apud Simplicium Comment. in Enchiridion Epicteti: τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὅσα ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψῃς. Unde & ipſe Simplicius: χρὴ πρῶτον ἐξεμεῖν τὸν τῆς κακοζωΐας ἰὸν, καὶ τότε τοῖς τῆς εὐζωΐας ἀγαθοῖς τρέφεσθαι. ἡ γὰρ προϋπάρχουσα μοχθηρία τὰ προσιόντα χρηστὰ διαφθείρει. Sed Hippocrates Medicos imperitos ſimiles perſonis Tragicorum ſcribit. Nam ut illi perſonam induerunt, nec tamen hiſtriones ſunt: οὕτω καὶ οἱ ἰητροὶ, φήμῃ μὲν πολλοὶ. ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί. Ita & nos non ritè ſervatis omnibus, quæ leges diſciplinarum præſcripſerant, obtecti ſpecioſis nominibus, nihil iſtarum rerum, quas promittimus, poſſidemus. Vulgatus igitur hic error recti locum occupavit, & communi ſuffragio à nobis non invitis receptus eſt, ſive quod deſidiam amemus, ſive quod turpe ſit, quæ imberbes didicimus .-- *ſenes perdenda fateri.* Nam & hic effectus vitii naſcitur, ut quasdam præfinitas opiniones, imperitiâ educatas, intolerabili pervicaciâ tueamur, & etiamſi agnoſcamus culpam, nec fateri tamen aut emendare eam velimus, ne erraſſe videamur. Et facilè quidem hic error ſeneſcit, inertiæ defenſor, cui nemó non indulgere velit, cum honeſto & laudabili inſtituto eam fovere liceat. Dionyſius Longinus

περὶ ὕψους quærens quid caussæ sit, quod suâ ætate grandes & sublimis generis orationes rarò prodirent, magnorum ingeniorum nutricem, ait, Democratiam, cum quâ & vigent & cadunt eloquentes. Libertas enim magnanimos spiritus alit, & alacritatem ad mutuam æmulationem injicit. Excitant Rhetorum curas, proposita in Rebuspublicis præmia & privilegia. Suo verò tempore nihil rectius quàm servitutem homines didicisse, cujus institutis assentatores evadimus. Est enim servitus quasi communis omnium carcer, qui libertatem intercipit. Huic servituti potissimum nos astringit pecuniæ & voluptatis studium. ἡ γὰρ, inquit, φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία, δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ καταβυθίζουσι αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους. Ita cum velut longâ servitute penitus excisa libertatis memoria, dum studia nostra ad aliena suffragia vertimus, optimatum artium precium intercidit. Ignominiosum enim & penè infame ipsarũ cultoribꝰ eas arripuisse. Inde factum est, ut præclara ingenia diutino torpore hebetata, & tãquam veterno sopita obdormierint, & cũ ad sũma pervenire potuissent, ne adspirare quidem ad ea ausi sint. Ut enim æmulatio ingenia alit, & vel invidia, vel admiratio eam accendit: ita cum nulli præcesserunt, quos consequi dignos ducimus, non tantum subrepit pigritia, sed ipsarum rerum studio pereunt. Hinc ergo est, cur de Philosophiâ, aliisq; scientiis usurpare possis, quod vetus Orator de seculi sui eloquentiâ

ſcriptum reliquit: *Eam velut expulſam regno ſuo: ut quæ olim omnium artium domina, pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſam & amputatam ſine apparatu, ſine honore, ſine ingenuitate, quaſi unam ex ſordidiſſimis artificiis diſci.*

CAPUT XXXI.

1. *Avaritia impedimentum bonæ mentis.* 2. *Liberalia ſtudia honore & divitiis potiora.*

PRofectò ita eſt; nullum pernicioſius malum exſtingvendis honeſtis ſtudiis avaritiâ. Quæ quotidianas ſollicitudines ſerit, & perpetuo tormento diſcrutiat. Per aliqua multos dies alienis opibus inſidiatus es. Jam occupaſti prædam, incumbenda eſt. Diſpicis ubi colloces, ne qua vis fortuita eam abſorbeat, aut fallax nomen auferat. Ecce omnem pecuniam Idibus relegiſti, eandem Calendis fœnori dare quæris. Hoc enim agis, ut eo quam latisſimo exuberes. Jam ſedes ad calculos & æra diſpungis. Sordidis hiſce cogitationibus obſeſſus animus, ad omnes caſus pendulus & gemens, non intelligo, quomodo honeſtis & ingenuis ſtudiis invigilare posſit. Somnos ipſos invidia perturbat, & pravarum cupiditatum imagines mentem inquietant. Nihil enim tam occupatum, tamq; variis affectibus conciſum, quam improbus & avarus animus. Galenus Orat. ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ait: cum qui majus preciũ 1.

 divitiis

jactentur variâ ratione, ut vel infra ipsam pecuniam abjecti videantur. *Amor enim ingenii*, ut Petronius ait, *neminem divitem fecit*. Quare nec mihi invidiæ aut fraudi erit, si vel pauxillum temporis in hasce litterulas, sapientiæ nutrices, spretis aliis voluptatibus contulerim, fortassis cum despectu honorum & dispendio rerum mearum, Circæo poculo, ignoscite Musæ, ebrius. Intelligo enim curiosos pro suâ gravitate literarum studia vitio vertere, tanquam si honorum & divitiarum contemtum parerent. Quos si adfectus in me inquirere coëgit, beneficium debeo, & gratias ago humanitati. Si verò nimiæ curiositati hunc adfectum indulserunt, ad risum fortasse vel commiserationem, parcant quæso nihil profuturâ anxietate animum inquietare. Quasi verò eruditio aditum ad honores intercludat, quem munire solet. Nunquam Mehercles dixero, quàm valdè mihi placeam, quod Epaminondæ fatum me dignetur. Narrat enim Plutarchus, cum ob Philosophiæ studia quietum, & ob mediocres opes pauperem judicatum, parietibus domesticis se coërcuisse. Sed ut hanc litem meam faciam, respondendi partes mihi adsignatas putabo. Velim ergo me doceant Censores mei, quid honores appellent. Nam si honorem interpretantur, flectere potentioribus cervices, & anxiè cum iis cõversari; pari fortassis securitate, quâ leoni prandiũ paramus, precium

precium laboris præmeditatam mortem expectantes. Si dignitatem existimant, terere tribunalia inter sordes ac lacrumas reorum, circumfusi populi comitatu premi, & nunquã nisi prænuncio clamore conspici, omnium interim odia experiri, & quotidie invito animo aliquid agere; næ hisce omnibus prætulerim secedere quieti, & bibere sacros illos fontes, gloriam Poëtarum, frui perpetuâ & nunquam intermoriturâ jucunditate, animo puro & nullo scelere inquinato, securitate me defendere pôtius, quam amicitiâ potentum niti; Relinquens interim posteris sciscitandi curam, si qua tamen illis memoria nostri, cur mei me tacitum funus sine ambitiosis lacrymis composuerunt. Si verò honores capiunt, nullius animum invidiâ accendere, non prætextâ & purpurâ, non securibus & virgis potestatem præferre, sed amicis & propinquis præsidium, periclitantibus salutem ferre toti deniq; mortalitati utilem operam præbere, istiusmodi, si quid sentio, nemo sapiens negliget aut repudiabit. Quin ergo prosilis & rebus te immisces. Si nescis, collectæ in se virtus & fallens situ

Parum sepultæ distat inertiæ.

Ignoscite quæso, neq; enim adhuc dies cessit. Satis tempestivè ad Rempublicam accedit, qui ut eam prudenter regat, diu didicit. Mirari soleo cum D. Augustino Pythagoram, de quo Varrone auctore lib. II. de ordine cap. XX. ita scribit:

bit: *Efferre laudibus ſoleo Pythagoram, quod re-gendæ reipublicæ diſciplinam ſuis auditoribus ulti-mam tradebat, jam doctis, jam perfectis, jam ſapi-entibus, jam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere niſi virum, qui & in regendo penè divinè ſcopulos evitaret, & ſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus quaſi ſcopulus fieret. De ſolo enim ſapiente veriſſimè dici poteſt: Ille velut pe-lagi rupes immota reſiſtit.* Brutidium, Tacitus narrat, artibus honeſtis copioſum feſtinationem exſtimulaſſe; *dum æquales, dein ſuperiores, poſtre-mo ſuaſmet ipſe ſpes anteire parat.* Quod multos bonos peſſumdediſſe notat prudentisſimus ſcri-ptor. qui *ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, præma-tura vel cum exitio properarunt.* Scio me in ea tempora natum, quibus inſtruere animum expe-dit alienis exemplis. Sequor itaq; Epicurum, cui ſapienter placuiſſe accepi, *nihil eſſe tentandum, ni-ſi cum aptè poterit tempeſtiveq; tentari. Sed cum illud tempus diu captatum venerit, exiliendum. Dormitare de fugâ cogitantem vetat, & ſperat et-iam ex difficillimis ſalutarem exitum, ſi nec prope-remus ante tempus, neceſſemus in tempore.* Hoc cum ſe nobis oſtenderit, non retinebunt oſcitan-tem nemora & luci, non dilectæ Muſarum ſedes. Haud prorſus ambiendi ignarus ſequar innocen-tiæ & virtutis ſpectatores. Sinite me interim imi-tari totius naturæ ſolenne munus, quæ interpoſi-tâ quiete vices ſuas implet. Laſſus dies decedit nocti, totiusqve adeo mundi honor moritur, ut indi-

indicto communi justitio vires recolligat, & universo orbi redivivo lumine blandiatur; & somno, velut induciis interjectis, fessa corpora reconciliata labori reparentur. Æstatem sequitur hyems, ut terra intermissâ fœcunditate ad vires redeat, semina corrupta revirescant, & arbores à senio & tristitiâ lætiores frondium comas resolvant. Has leges æmulamur; Nam & vis animi soluta feriis & quiete, fortior ac alacrior negociis sese reddit. Quanquam & intra hos parietes magistratum gero. Nonne videor vobis censorem agere, cum vitiis meis minimè adulatus, frugalitati me assvefacio, supervacua præscindo? Nonne præturam exerceo, cum animum timidis votis infestatum, & variis opinionum ac cupiditatum divortiis malè dissidentem compono? Nonne ædilitatem gero, quoties experior, quam exiguum natura desideret? Etenim fluxa, lubrica, incerta & fortunæ insidiis exposita, non video quàm beatum efficere possint. Quæ enim felicitas, cum animus semper æstuans veretur ne amittat, quæ Sisyphæo labore consecutus est. Ecce melior vitæ tuæ pars sub personâ exacta, oculi vultusq; etiam amicissimis mentiti. Libertatem & decus ingenuitatis alienæ potentiæ mancipasti. Magna adeptus es, fastidienda aut timenda. Sed non patebat adscensus, nisi per præcipitia & ruinam. Pervenisti ad summum. In præcipiti hæres, casu descendendum est. Jam veteris blan-

blanditias, ad rumores fictasq; in triviis fabulas contremiſcis, etiam obſcurè cogitata perta perhorreſcis. Palàm laudatus ſecretas criminationes times. Palàm accuſatus, ignorantiæ ſimulatione culpam declinas. Ora omnium atq; oculos intueris, in omnes habitus te componis, ut invidiam aut faſtidium evites; quod tamen, cum omnia molitus, etiam in rectè factis tibi exſpectandum eſt. Quid ipſæ divitiæ nonne in caſu poſitæ & fortunæ injuriis ſubjectæ? Latisſima agrorum jugera equis tuis aras, ingens pecuniæ cumulus fundis nominibusque depoſitus. Magnam tui copiam fortunæ feciſti, ubiq; illi in damnum pates. Inde mille in animo cruciatus, funeſtas clades avarâ mente præſagis. Proſpicis tempeſtates, & nubes rupturas credis, quæ ſine nimbo præterlabuntur. Nihil igitur ex ſuperfluis opibus ad animum posſidentis redundare ſolet, præter timorem, qui velut turbo implicatus involvit & dejicit. Semper enim fortuita metuit, unde infiniti fluctus oboriuntur, quæ εὐθυμίαν turbant, ſine quâ nulla eſt beatitudo. Quin ergo illa paramus, quæ, ut Ariſtippus ajebat, *è naufragio nobiscum enatare poſſunt*, quibus nec potentum iræ, nec publica clades, nec barbara immanitas nocere poteſt. Quibus freti exules & deſerti, ne peregrina quidem auxilia fruſtra invocabimus, ſoli liberi, potentes, divites; ut ii qui fortunæ vomi-

vomitum, tanquam cloacæ, exceperunt, servi, pauperes, miseri. Quomodo enim liberi erunt avaritiæ & pravis cupiditatibus mancipati, pavidi & imparati ad eorum amisſionem, quæ ex arbitrio instabilis fortunæ pendent? Quomodo non egeni & miseri, qui opinione inopiæ omniū rerum desiderio torquentur, quorum animus non magis expleri poteſt, quàm incenſa viſcera humore ſatiari. Neq; enim alienâ opinione, ſed ſuo ipſius animo divitiæ æſtimandæ. Omnia posſidemus, ſi nihil concupiſcimus, ſi alienis non inhiamus. Inſatiabiles avaritiâ ſemper aliquid novâ egeſtatis perſvaſione mendicabunt. Ita qui omnes divitiis ſuperarant; à ſuis cupiditatibus victi ſunt. Neminem igitur pauperem probabis, niſi prius avarum oſtenderis. Certè animo divites ſumus, de externis alii laborent. Quanquam meum non eſt cenſoriâ declamatione opes vituperare. Benè olim ille: *Vanum gloriæ genus, odium divitiarum.* Non perplexè agam; fatebor ſimpliciter me ad iſtum ſapientiæ gradum non perveniſſe, ut intelligam, quàm rectè Anaxagoras patrimonium reliquit, quàm ſapienter Crates Thebanus rem familiarem abjecit. Etenim dum ſe manumittere parat, ineptisſimæ opinionis nexu involutus ambitionem perversâ via ſecutus eſt. Majus opus exiſtimo, frenare cupiditates, & in ſummâ rerum affluentiâ rectè philoſophari. Novit enim ſapiens ſibi divitias inſervire, ſtultis imperare; quas cum poſſidet,

det, indignis ereptas & rectè collocatas credit. Has igitur nec spernat, nec ambitiosè petat, sed eas *habebit nulli detractas, nec alieno sangvine cruentas, sine cujusqvam injuriâ, sine sordidis quaestibus partas, quibus nemo ingemiscat, nisi malignus.* Sed de his disputandi alius locus erit, nunc saltem intueamur istos sub ingenti divitiarum onere suspirantes, & quid magnopere invidendum habeant, inspiciamus. Ampla agrorum spatia arant, & per suburbana splendidè instructa fastuosi incedunt. Culta illis auro servorum agmina, calcatur domus vice templorum exornata. Epulas instruunt, quibus aucupum & venatorum exercitus militârunt. Inter hæc tamen splendida & opulenta miseri Tantalidæ non captant, ut in fabulis est, fugitivam undam, sed concoquunt sitim beatitudinis & bonæ mentis, qvam optimorum studiorum cultores propriam possessionem legitimo titulo occuparunt. Age consideremus quod precium illis ponendum. Arborem infelicem à trunco æstimamus: divites imperitos, amolitis fortunæ exuviis, nudos & solos spectamus. At verò arbor infœcunda rogo imponenda cæditur, & ne locus quidem, cui infixa hæserat, commonstrari potest: simili modo illi quoque plenè exstingvuntur. & cum in vitâ nihil dignitatis, nisi à captatoribus habuerunt, crimen & dedecus ad posteros tradunt. † Eruditi vero postquam mortales reliquerunt, 2.

vera ἀποθεῶσι immortales eſſe incipiunt. Sed parcam hic mihi indulgere. Nullus enim dicendi modus,ſi in hunc campum latius evectus fuero. Et quoniam video ſtultis & impolitis præcipuum divitiarum uſum in voluptate, nihil de utilitate & excellentia optimorum ſtudiorum dixero: ſed opponam eorum delectationem, quæ ſingulis momentis, velut ſuavi pruritu,obludit. Qvid enim dulcius libero & excelſo animo, quā rimari placita ſapientum, præmunire animum adverſus imminentia, & per latisſimos doctrinæ campos libero curſu ferri? Secedere animo in loca innocentia & incontaminata, acie mentis viam ſibi ad ſublimia aperire, ipſumqve cœlum penetrare, excutere ſiderum vias, & mentem univerſi inquirere, tranſilire mortalitatis terminos & divinis adſcribi. Mox relinqvere domicilium,pererrare totum orbem, & quæcunque ille longè lateque tegit uno aſpectu complecti. Et hoc quicquid eſt,non pecuniæ, non cujusque officio, ſed ſibi ipſi dare. Quid quæſo huic ſimile habet ingentium ope & magnæ potentiæ voluptas? qvinimò ſecretum ipſum horrore divino mentem percellit, in quo velut ſacro ſeceſſu in ipſis adytis tacito murmure Deo colloquimur, ſubductis ſipariis, quæ profanorum oculis obtendi ſolent. Quem non delectabit fide Annalium relegere veſtigia majorum, & agnoſcere errantem orbem eâdem vertigine circumvolvi,

vi, inter tam cæcos etiam prudentum errores, & audacium vanos conatus; in tantâ consiliorum & rerum varietate. Quæ cum nos exspectatione suspensos tenent, interdum pressis favemus, felicibus infensi; ad dolorem aut spem rapti. Ipsius fortunæ lusus incredibilem delectationem animo relinquunt, imò vitio gentis humanæ; secura recordatio alienæ miseriæ suavitate quâdam permulcet, sive quòd nobis gratulemur extra eundem ictum constitutis; sive quod pari molestiâ non premamur. Qvem quæso nostrum non adficiet, cum legit ducem illum Pœnum; qui solus invictæ fortitudinis procellâ surgentem Romanorum potentiam; & toti orbi frena minantem; deturbavit & compescuit; haustu veneni ultimam necessitatem pati. Pompeium, quem penè puerilibus annis triumphantem Roma stupuerat, victum à genero, cum ipsius fortunæ tremore effæminatâ manu cadere. Inter has rerum vicissitudines; quis non sentiret idem sibi usu venire, quòd in spectaculis solet; cum histriones adfectus nostros lacrumis & gaudio miscent. Vulgata percenseo & cuivis exposita. Qui verè contemplantur, ipsius gaudii quoddam pondus sentiunt illâ parte, quâ inerudití molestiam arbitrantur. Etenim omnis cognitio obstructa est magnis difficultatibus, cum ipsis rebus tanta obscuritatis caligo offusa, tantaque judicii nostri infirmitas;

ut vel eruditisſimi quique adſequi illa quæ cuperent, ſæpè diffiſi ſint. Non fraudat tamen, ut imperiti exiſtimant, animum noſtrum ſuâ voluptate rerum difficultas. Ipſo enim inventionis labore lenocinatur, & leni quodam gaudio perfundit. Hoc quidem ex eo ſatis apparet, quod ex tot ſæculis nulli defecerunt, aut inveſtigandi ſtudium defatigati reliquerunt. Legimus Socratem à ſummo lucis ortu ad alterum ſolem inconnivum, immobilem, ore atque oculis eundem in locum directis ſtare ſolitum: tanta enim contemplationis delectatio, ut laſſitudinis tædium facilè falleret. Zoroaſter viginti annorum moram in ſecreto tulit, ne ab inveſtigatione rerum abduceretur. Democritus poſt peragratas totius orbis provincias oculos ſibi eruit, ut ad inventionem ſufficeret, nec in exqvirendâ rerum naturâ vanis cogitationibus impediretur. Sanè niſi incredibilis illa voluptas, qvam ex ingenuis artibus percipimus, earum amatores non tantos labores, non damna ſuſtinuiſſent. Videmus earum dulcedine irretitos famem & ſitim tuliſſe, nullam facultatum jacturam æſtimaſſe, rerum ſuarum, imo ſui ipſius penitus oblitos. Carneadem tradunt tanto animi ardore ſapientiæ ſtudia conſectatum, ut cum aliquando diſcumberet, manum ad cibos porrigere non meminerit. Archimedes adeò intentus abaco & pulveri, ut ne patriam quidem expugnatam ſenſerit. Quin ita

animi

animi intentione raptus, ut percunctanti militi nomen suum indicare non potuerit. Ideoq; ferro trucidatus, figuras, quas descripserat, cruore confudit. Adeò ut rectè Plutarchus scripserit, τῆς περὶ τὸ πάντα γινώσκειν ἡδονῆς ἀκρασίαν τινὰ εἶναι, καὶ ῥύσιν ἐκβιαζομένην τὸν λογισμόν. Et cum aliæ omnes voluptates citius quàm cæperunt effluunt, & post primum impetum marcent, sæpeq; nihil ex iis præter pœnitentiæ spolium remanet, aliis verò illorum aliquid demit effœta senectus, & inter initia subrepens tædium: hæc sola perpetua, per omnes ætatum gradus nos comitatur, rebus secundis ornamentum, adversis lenimen & portus; quæ tam arcto vinculo adhæret, ut etiam nobiscum pernoctare videatur. Sæpius mihi lectus, cum à recenti cogitatione, qua exceptus mortalium cœtu, Deo paulisper secesseram, somno remissiore animum solutus, jucundâ imagine cogitata mea reddit: tantâ suavitate, ut existimem ipsam lunam, retectam caliginosâ nube, jucundum os pleniori speculo ostendere, totumque cœlum clariori luce blandiri, adeò ut tunc primum incipiam minus invidere Pythagoræ, cujus aures sibi imaginari potuerunt mirabilem sonum, quo cœlestia corpora motibus suis pertentatum aëra mulcent. At quo tandem impetu, quo ingenii torrente hæc oblectamenta prodam? Quis Spiritus eorum laudibus par erit? Abjungendum est in spacio, licet metam

nondum attigerim. Ut ille olim, inter præcipuos pingendi artifices, ingenii laude apprimè nobilis Timanthes, cum luctuosum Iphigeniæ perituræ sacrificium expresſiſſet, quasi omnibus præ incredibili mæroris acerbitate sanguis refugiſſet. Jamque totâ triſtitiæ imagine manus victas ſentiens, patris Agamemnonis caput pleplo involvit; cujus ſcilicet fletum dignè oſtendere non poterat, ſpectantis adfectui æſtimandum reliquit: ita ego, cum magnitudinem iſtius gaudii, quod ex optimis ſtudiis percipimus, non dicam exprimere, ſed ne adumbrare quidem posſim, peritorum judiciis illud tranſcribam, tanquam picturam, in quâ plus intelligitur, qvam ars exprimere potuit. Qvam tamen immenſam voluptatem nec avarus, nec ambitioſus capere poteſt. Non referam quæ Plato lib. IX. de Republ. diſputat. Ea divina & præclara ſi vos vel leviter guſtaſſetis, omni lucro & ſplendore antiquiora ſtudiorum oblectamenta judicaretis. Non invidebitis igitur nobis hanc voluptatem, opinione veſtrâ perexiguam, nec ſuccenſeatis, ſi nos eam delectationem ex optimis ſtudiis capimus, qvam vobis nocturnæ commeſſationes, ſermones ocioſè arcesſiti, alea, & jucunda inprimis nummorum contemplatio conferre ſolet. Et quis tandem rationem actionum mearum à me exigere audebit? Non perdidi libertatem; ſed ea mihi ſalva genium meum pro arbitratu propitiare. Vota mea

ta mea nihil ultra petunt, quam Socrates apud Platonem in Phædro: Veram pulcritudinem, quam ſola virtutis poſſesſio tribuit, potiorem omnibus aliis bonis; eamq; mentem quæ hanc præferat, ſolumque ſapientem divitem exiſtimet. Nihil ſuperfluentium divitiarum, nihil luxu & libidini paratum, ſed qvantum temperantiæ ſatis. Et illam εὐθυμίαν, quam Democriti ſchola ſummum bonum ſtatuebat, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ ληδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας. Quâ levati ſuperſtitione, liberi à mortis metu vivimus, totaq; ſedes mentis tranqvilla, nullis agitata fluctibus erroris aut formidinis, quæ ex rerum occultarum ignoratione oriri ſolent. Quâ animus in tuto collocatus, & periculis major, velut ex arce prærupti montis, hunc mundum pasſim inaniter motitantem cernit, ejusque incolas velut in fabulâ hiſtriones ridet. Qvanquam hæc inexplebiles opum, quibus libido ſuarum cupiditatum nefanda extorqvet, & ad omne ſcelus impellit, nihili æſtimant. atq; ideo fruſtra me ineptiis meis plauſiſſe judicant. Eqvidem haud ignorabam ob auctoramenta pravarum cupiditatum, eorum vota, qvi ſtudiis liberalibus & ſapientiæ cultu gloriantur, ab imperitis & improbis explodi ſolere. Neque enim aliter fieri poteſt, cum ipſa ſtudiorum diverſitas odia & contemtum ferat, Rectè Plato

VI. de Repub. Qvos ſtudia totos occuparunt, frui ſolidâ & pura animi voluptate; illam verò, quæ corpus adficit, omnino ſpernere; temperantes & minimè avaros, utpote qvi omnes cauſſas, quæ homines ad congerendas divitias impellere ſolent, prorſus reliquerunt. Quomodo enim in ejus mentem cadere poteſt ulla *ἀνελευθερία ἢ σμικρολογία*, qvi mentis acie *παντὸς χρόνου καὶ πάσης οὐσίας*, æternitatis, omniumq; adeo rerum naturam eruit. Deinde cum omnes ex multorum judicio pendemus, illaq; optima exiſtimamus, quæ univerſis probata, omnes eandem viam ſequi elegerunt. Ab hac quisquis, ratione ductus, diſcedit, deſerere partes dicitur. Inde contemtus & injuriæ perditorum, quas ſapientiæ affectator, velut in acie conſtitutus, ut tela inani petitione jactata ſpernit, & apud commilitones ſuos verba Clementis repetit: *οὐ ποτε ἄρα ὀρεκτέον τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν. ἃ μὲν γὰρ ἐκείνους εἰδείην, οὐκ ἀσκοῦμεν ἡμεῖς.* Qui vero & legitimo modo philoſophantur, contemtores popularium opinionum, deflectere à ſolitâ viâ conſveverunt, ut veritatem inveniant, quam profani fruſtra qværunt. Profanos intelligit Philoſophia, optimarum artium ignaros, qvi per hebetes mentis oculos, *τὸ νοητὸν φῶς* videre non poſſunt, ſed tenebris circumamicti ratione & veritate, velut ſpectris & infernis imaginibus turbati, ſtuporem non excutiunt. Quid ergo miramur, ſi contemtum invenerunt, qvi

qvi probis probari potius, quàm communi insaniæ consentire maluerunt. Rectè Plutarchus de tranquill. animi: ὑπεροψίαν καὶ περιφρόνησιν μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδιον. Non repugnabo insanus bono meo, sed invictus & liber tyrannidem vulgaris opinionis feram, bonæ mentis pædagogum. Perficiam profectò, ut intelligant, suam cuiqve sponsam esse pulcram, mihi meam. Benè olim Thebanus ille tibicen, qui cum de coronâ coram imperitis contenderet, non flexit cantum ad theatri compositos applausus, sed decenti harmoniâ legibus artis obtemperans animosè aiebat: SE TIBI CANERE ET MUSIS.

Sinesius Dione:

Ηγώνισαί γε πρὸς τοὺς ἀμούσους ὑπὲρ μουσῶν, οἳ καὶ κακοήθως ἀποδιδράσκουσι τὸν ἔλεγχον τῆς ἀμαθίας, ᾧ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν λοιδορίαν ὧν ἠγνοήκασιν.

Depugnatum est pro Musis adversus ineruditos, qvi malignè declinant crimen ruditatis, & imperitiæ, dum confugiunt ad vituperia illorũ, quæ ignorant.

INDEX CAPITUM.

CAPUT

CAPUT VI.

Alterum Grammatisticæ munus in docendâ scriptione & computatione. Artis scribendi finis, & modus eam docendi. Producere παραγράφειν. ὑπογραμμούς. *De triplici scribendi ratione apud antiquos.* σημεῖα. *Notæ.* σίγγλαι. *Literæ singulariæ. Prudentius explicatus. item, l.* VI. *de bon. poss. Notæ ad celeritatem. Notarii* ταχυγράφοι. *Notas quis invenerit. Notoria Augustino & Apulejo quid notet. Notæ occultæ. Literæ sacræ Ægyptiorum. Antiquarii* καλλιγράφοι. *Librarii. eorum latissimus usus. Scribæ librarii. Grammatista pro librario apud Sveton. Notarii excipiebant* εἰς τάχος, *unde exceptores. librarii redigebant* εἰς κάλλος.

CAPUT VII.

De λογιστικῇ *& duplici computandi ratione. In eam rem plurimi veterum auctorum loci explicati. Ducere & subducere, digitis computare. Summam subducere.* ἐκκαθᾶραι λογισμόν. *Purgare, dispungere rationes. Sortitionis quædam species gestu digitorum peracta. Micare digitis. Mira antiquorum sollertia in flexu digitorum. Græci in primâ institutione etiam Musicen adhibuere.*

CAPUT VIII.

Grammatica definita & divisa. Ejus partes expensæ, & ratio divisionis tradita. Γραμματικὴ τεχνική. *Ejus definitio & divisio. Grammatici technici.* τῆς τεχνικῆς *varii auctores.*

CAPUT IX.

Γραμματικὴ ἐξηγητικὴ *definita & divisa. De primo ejus*

sub-

subjecto: obscuritate, quæ in Verbis. Verba quot modis considerentur. Varro emendatus. Etymologia. Qvid apud Arist. παρὰ γράμμα σκοπεῖν τὴν ἀλήθειαν ἔτυμον τῶν Φρενῶν propositum ex Hippocrate. Plato primus disputavit περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Diog. Laërt. explicatus. Galeni liber περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Stoici studiosi ἐτυμολογιῶν. Earum varii auctores. De modo verborum τροπικῶ γλῶσσαι. Earum varii auctores. Γλῶσσαι fortè nomina Barbarica Varroni. Aristotelis νόμιμα βαρβαρικά. Varii scriptores τῶν νομίμων. Theophrasti περὶ νόμων cujus argumenti. Glossarum variæ differentiæ. λεξικά. παροιμίαι, & earum auctores.

CAPUT X.

De altero exegeticæ subjecto, obscuritate quæ in rebus. Ea est Grammaticæ historicæ. Latissimum ejus subjectum & utilitas. Historia divisa. Definita & divisa historia fabularis. Ejus partes sigillatim explicatæ. De veterum Theologiâ & Physiologiâ Philosophorum & Grammaticorum. Frivolæ qvæstiones Grammaticorum, & illarum varia exempla. Qvæsitum, an aliqvis usus carnis elixæ temporibus heroicis. Petronius illustratus. An Gorgonis caput insculptum Palladis pectori vel clypeo, & alia id genus plura. Theosophista emendatus. Cornel. Nepos explicatus. Grammatici miris qvæstionibus se exagitabant. Furii Bibaculi versus illustrati. Grammatici λυτικοί καὶ ἐνστατικοί. Obscura quæque proposita Grammaticis γρῖφοι. Qvibus locis literati quæstiones proposuerint. Varii auctores, qvi de iis scripserunt.

Disqvi-

CAPUT XVI.

CAPUT XIX.

Grammaticæ dignitas & utilitas.

CAPUT XX.

Διαλεκτική, λογική. Ετυμον τῆς λογικῆς. γοι. *Aristoteles explicatus* διαλεκτικὴ *quomodo* *stoteli usurpata* λογικὰ καὶ κενά. *Dialecticæ o* *Definitio & diuisio.*

CAPUT XXI.

Rhetoricæ definitio, finis, partes.


CAPUT XXII.

Mathematices etymon, subjectum & ordo. M *thematicæ disciplinæ definitæ & divisæ. Apule* *emendatus.*

CAPUT XXIII.

Omnium artium commune vinculum. Virtu *inter se connexæ. Totius universi ratio ex diver* *constricta.* CAP. XXIV.

Εγκυκλοπαιδεία. *Cyclicæ disciplinæ.* ἐγκύκλιος παιδεία. *Circulus disciplinarum.* ἐγκύκλια παιδεύματα, μαθήματα, κυκλικὰ μαθήματα κύκλος. κύκλος παιδείας. *Orbis.* Μουσική, ἐγκύκλιος παιδεία. πολυμάθεια, ἐγκύκλιος παιδεία. ἐγκύκλια *unde appellata.* ἐγκύκλια *quid notent. Aristotelis opera* ἐγκύκλια καὶ ἐποπτικά *Eustratii error* περὶ ἐγκυκλίων Αριστοτέλους. χοροὶ ἐγκύκλιοι. ἐκκύκλημα. περικυκλεῖν. ἐπικὸς κύκλος. *Scriptor Cyclicus & de eo error interpretis Horatii. Horatius explicatus.* κύκλῳ διδάσκειν. κύκλῳ θεραπεύειν *Cyclus quid medicis methodicis. Circulo servos manumittere. Dionysii* κύκλος.



INDEX
RERUM ET VERBORUM
In Summariis Capitum indicatorum

Prior numerus Caput, secundus Paragraphum, tertius Paginam denotat.

A

Proble-


Dema-

D.

E.

Gram-

CA-



INDEX
RERUM ET VERBORUM
In Summariis Capitum indicatorum

Prior numerus Caput, secundus Paragraphum, tertius Paginam denotat.

A

Proble-

B.

C.

D.

E.

Gram-

L.

Ludi-

M.

N.

O.

P.

γραμ-

Verbo-

INDEX

Verborum Græcorum, & quidem potissimorum, quæ hîc vel memorantur vel explicantur.

INDEX AUCTORUM.

ierocles.
ieronymus.
iginus.
ipparchus.
ippocrates.
omerus.
omiliæ Græcolatinæ.
orapollo.
oratius.
amblichus.
sidorus.
sidorus Pelusiota.
oannes Grammaticus.
Philoponus.
osephus.
renæus.
saacus Casaubonus.
ulius Cæsar.
ulius Capitolinus.
ulius Pollux.
Justinus martyr.
Justinus historicus.
Juvenalis.
Laberius mimographus.
Lactantius.
Lampridius.
Lex VI. de bonor. posseß. explicata.
Livius.
Lucanus.
Lucretius.
Lucianus.
Lucillius.
Lysis.
Macrobius.
Manilius.
Marius Victorinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Maximus Tyrius.
Mercurius Trismegistus.
Michael Glycas.
Minucius Felix.
Moschopolus.
Nicarchus.
Nicephorus Gregoras.
Nicephorus Callistus.
Nicomachus Gerasinus.
Nemesius.
Novellæ Justiniani.
Notæ ineditæ.
Olympiodorus.
Oppianus.
Origenes.
Oribasius.
Ovidius.
Palladas.
Palladius.
Pandectæ juris.
Papyrianus.

Et his quidem indiculis contentus esto, L.B. pleniores omninò potuissent adornari ex locupletissimo hoc Polymathiæ Thesauro. Sed festinandum fuit cum festinante Editore. Meretur certè liber uberiorem Rerum Indicem, quem aut ipse conficies Tibi, aut à nobis olim expectabis.

